¶ G Itē ad propositū redeundo/in argumentū superioritatis ꝛ dominij pape ad imperatorē possunt induci exēpla ethnicorū regum ꝛ imperatorū. Scribit eīm magister Petrus manducator in historijs: Alexandrum macedonē monarcham orientis habuisse in visiōe de Joiada summo pōtifice iudeorū: vt ipsi tamq̄ superiori et digniori honorē deferret. Propter quod quū dictus Alexander in iudeā veniret cū proposito destruēdi et humiliandi iudeos: post dictā visionē in itinere habitā ipso appropinquante hierusalē: Joiadas pontifex a deo in visione instructus cum reliquis sacerdotibus in pontificalibus Alexandro extra ciuitatē occurrit. Qui alexander vt ipsum vidit pontificalibus ornatū ꝛ cidarim vbi erat scriptum nomē dei tetragrāmaton s̄m legē in fronte pōtificis: statim de equo descendit: dignissimeq̄ antistitē venerat⁹ est: nomēq̄ adorauit diuinū. Quū autē principes eius admirarentur quod imperator fecerat. Rñdit q̄ nō ipsum adorasset: sed deum cuius principatū teneret: ꝛ vicem gereret: ꝛ in somnis pridie deum in tali habitu cōspexisset: qui ꝛ iusserat ei de asia cōfidere: ad cuius aspirauerat monarchiam. Veniēs igit cū Joiada in hierlm/templū maximis honorauit donis. Barbaricamq̄ contra iudeos feritatē deponens: ipsos ab omni exemit tributo ac libertate donauit. p̄pter quā causam prosperatū est eius imperiū. Simile legit de Totila rege vandalorum circa Leonē papā in anno dñi. cccci. vt habet ex chronicis summorū pontificum. qui Leo papa veniēs de vrbe: occurrit eidem Totile in planicie lōgobardie quā flāmāti gladio crudeliter deuastabat. Et ex visiōe quā habuit Totila de eodē papa de eq̄ descendēs pape reuerentiā fecit. ꝛ papa sibi cū p̄pitiū ꝛ placabilē inuenit. Ad cuius p̄ces a feritate destitit: ꝛ de italia recessit. Sed de Pompeio imperatore ab eodem petro in historijs contrariū scribit. Quū eīm intrasset hierusalē: non exhibuit templo ꝛ pontifici reuerentiam debitam: sed de porticibus templi stabulū fecit equis suis. Qui quum semper in bellis victoriosissimus fuisset: ex tunc hostibus semper succubuit. Ad hoc etiā facit q̄d dicit papa Gelasius anastasio imperatori. xcvi. dis. duo sunt. in fi. Quippe quū videas regū colla ꝛ principū submitti genibus sacerdotum: ꝛ osculata eorū dextera ꝛc.

Pape superioritas ethnicorū regū exemplo ostēditur.

¶ H Tres etiam imperatores tradunt historie preter alios sup alios gloriosos fuisse: et in pace quieuisse in senectute bona: q: deo fuerīt deuoti ꝛ ecclesie subiecti. Primus constantinus a syluestro baptizatus: q̄ quātū magnificauit ecclesiā habet. xcvi. dis. constantinus. etiā quātū deuotus habet. xcvi. di. in scripturis. vbi sic dicit. In scripturis nar sortiti.

Imperatores deo deuoti bonū finē

ratur imperator Cōstantinus dixisse: vere si ꝓprijs ocu- lis vidissem sacerdotē dei aut aliquē eoꝝ q̄ in monachico habitu circumamicti sunt: peccantē, chlamydē meā spo- liarē ꝛ cooperirē eū: ne ab aliquo videret. habet etiā .xi. q. i. sacerdotibus. de quo cōstantino dicit ibi papa Greg. ꝙ quū libellos ɔtra epos accepisset accusatiōis: cōuocauit epos accusatos: ꝛ in ɔspectu eoꝝ libellos quos acceperat incēdit, dicēs: Ite ꝛ inter vos causas disponite: q: dignū nō est: vt nos iudicem⁹ deos. In qua sententia magis sibi ex humilitate: ꝙ illis prestitit ex reuerentia impensa. Ante eū quippe in republica pagani principes fuerunt: q̄ verū deū nescientes: deos ligneos ꝛ lapideos colebant: ꝛ tamē eorū sacerdotib⁹ honorē maximū tribuebāt. Quid ergo mirū si christianus imperator veri dei sacerdotes hono- rat: dum pagani (vt p̄diximus) principes honorē impen- dere eorū sacerdotibus nouerunt: qui dijs ligneis ꝛ lapi- deis seruiebāt? Ad istā materiā facit ex̄ de immu. eccle. nō minus. i. rn̄so. Secūdus fuit iustinianus: qui ecclesiā scē Sophie cōstantinopoli ꝛ alias ecclesias muniuit legib⁹ sacris ꝛ sumptibus amplis ꝛ firmis dogmatibus fidem catholicā corroborauit. ꝓpter quod victoriosus semp extī- tit. vt ex titulis qui sibi adscribunt ex gentibus ꝛ prouin- cijs quas sibi subiecit imperio declarat in principio codi- cis. Tertius fuit Carolus magn⁹: de quo. lxiij. di. hadria- nus papa. ¶ I Et econtra fuerunt alij tres imperatores christiani: qui inter alios truculentiores ꝑsecutores fuerūt ecclesie: qui mala morte finierūt. Prim⁹ fuit Julian⁹ apo- stata: de quo. xi. q. iij. iulianus. qui transuerberatus lācea mercurij militis iā mortui sibi apparentis occubuit: vt le- gitur in vitis patrū. Secūdus Otho. iiij. de quo. i. dicet. Tertius Fridericus scd̄s qui ab Innocētio. iiij. depositꝰ. ex̄ li. vi. de re iudi. ad apostolice. O etiā christus cuius vi- ces plenarie papa gerit: verus etiā fuit dn̄s tēporalis ap- paret ex eo qd̄ dicit magister in historijs: ꝛ Amb. ꝛ Inno. iij. ꝙ quū in die natiuitatis christi Octauianus cesar au- gust⁹ in meridie in secreto suo cubili a sibylla tyburtina de cultu diuino: ꝛ quis verus deus esset in hoc mūdo in- terrogaret. Quum dicta sibylla oraculo se dedisset: appa- ruit circa solē circulus aure⁹: ꝛ in medio circuli virgo pul- cherrima puerū gestans in gremio. Tunc sibylla inquit: respice imperator. Quū aūt cesar stuperet ad visionē: au- diuit vocē de celo dicentē: Hec est ara celi. dixitq; ei sibyl- la. Hic puer maior est te: ideo ipsum adora. qd̄ ꝛ fecit. Tūc ꝓcepit ne quis vt deū ipsum adoraret vel dn̄m vocaret. ¶ K Scribit etiā p Innoc. iiij. ꝙ quū imperator Frede- ricus a summo pōtifice recepit coronā: simul ꝛ recepit en- sem in vagina: sed imperator tūc ipsum. vide qd̄ scripsi. s. lvij. ar. §. sed de ꝑfecta. ꝟ. illud. etiā euaginat et vibrat: ad insinuandū suū ministeriū a papa procedere: ꝛ executio- nis officiū post coronā. Quē enim accepit petrus a chri- sto quū dixit: Conuerte gladiū tuū in locū suum. Matth. xxvi. vbi Innoc. no. ꝙ nō dixit abijce: sed cōuerte. ad desi- gnādū ꝙ ecclesia eo qn̄ voluerit possit vti. vnde dicit tuū. que etiā est sententia Augustini contra faustū: vbi dicta ver- ba ptractat. sicut etiā exponunt p Archidiacono. magistruz meū dicta verba. xxiij. q. viij. §. i. ibi: Conuerte gladiū tuū in vaginā ꝛc̄. vbi dicit. est ergo iussus seruare nō abijcere: ꝛ ita videt ꝙ ecclesia adhuc habeat gladiū materialē. sꝫ ar. contra. xxxiij. q. ij. inter hec. ibi: gladiū nō habet nisi spi- ritualē: quo nō occidit, sed viuificat. sed glo. ibi dicit sup illud: gladiū nō habꝫ quoad executionē. hoc ideo dico: q: imperator habet illud a papa Joan. Itē corporalia ex spi- ritualibus dependēt: sicut corpus ex aīa, quia nec motū habet nisi ex anima. vnde corpus est organū aīe ad operā- dum: vt philosophi tradunt. sicut ergo anima vtitur cor- pore vt instrumento: sic summus pōtifex se habet ad impe- ratorē vt spirituale ad temporale: ꝛ vtitur officio imperā- toris vt instrumēto. ad hec faciunt. xcvij. dist. ecclesie mee. ꝛ. c. victor. xxiij. q. v. pn̄cipes. Itē sicut angeli maioris vir- tutis sunt ꝙ orbis: ꝛ nobilioris nature. ꝛ mouens excellē- tius moto: ꝛ agens melius patiēte. ꝛ actus nobilior poten- tia: vt ꝓbat phs. ix. metaph. ꝛ Aug. sup Gen̄. ad literā: sic papa se ad imperatorē habet ipsum mouēdo in ipsum agē- do. Et sicut deus cuius potentia efficaciter oīa guberna- tur: quia portat omnia verbo virtutis sue. ad Heb. i. quod quidē facit mediātibus angelis: qui sunt spūales substā- tie. vt tradit Aug. in. iiij. de ciui. dei. sic ꝛ papa p imperato- rē. et hoc satis apte: quū ex parte prime cause summi dei: cuius vices gerit in terris. ex̄ vt eccle. bene. c. i. Tū ex par- te bonorū spirituū quib⁹ mediantib⁹ mundū regit: cuius typum repn̄tant officiales ecclesie spirituales ꝛ tēpora- les: vt sic ecclesiastica hierarchia congrue ꝛ ꝑfecte imitet celestē. ar. ad hoc. lxxxix. di. ad hoc. ꝓpter quod argumen- tum concludit, ꝙ iurisdictio imperatoris ex virtute ꝛ au- thoritate dependet summi pontificis. Patet etiā hoc ex quatuor maximis cōcilijs generalibus: de quibus. xv. di. sicut. quibus imperatores se submiserūt. vt patet. xv. dist. canones. ꝛ. c. sancta. ꝛ. xvi. dist. synodus. facit qd̄ no. ex̄ de vsu. quia in omnib⁹. glo. i. Itē facit ad hoc. quia leges ca- nonibus subijciunt: ꝛ p canones corrigunt. nō econtra: q: nec dedignant sacros canones imitari. ad hec. x. di. c. i. cer- tū. ij. q. iij. §. hinc. etiā. ex̄ de no. op. nun. c. i. ex̄ de secun. nup. c. fi. in aut. vt cleri. apud ꝓpri. epis. ad fi. coll. vi. i aut. de ec- clesia. titu. in prin. coll. ix. ꝛ ꝑ ista subiectiōe imperij ad ec- clesiā facit op. x. di. suscipimus. ¶ L Si aūt cōcedat ꝙ cle- rus in imperatorē cōcorditer ꝛ canonice, ex sola electio- ne ante confirmationē pape administret in regno alemā- nie ꝛ in imperio fm̄ Innoc. ꝛ Ostien. qui hoc no. in. c. ve- nerabilē. ex̄ de elec. dicēdū est ꝙ istud ius sibi acquirat ex longa cōsuetudine que ius dat. ex̄ de fo. cōpe. quū contin- gat. cū si. vel forte ex ipsa ordinatione principū alemānie: cui se tamē iure ꝓprio possunt subijcere saluo iure cuius- cūq; superioris. vnde post electionē canonicā et cōcordē, nomen regis sortit: sed nō imperatoris ante coronationē pape. vt pre. c. venerabilem. ¶ Expeditis. xl. ar. punctis de quibus mētionē feci in prohemio in fine istius operis: se- quunt alij articuli ad supradictam materiā, ꝛ alias eccle- siasticas pertinentes. ¶ Articulus. xli. A

SCiendum etiā circa hec est, ꝙ a tēpore Cōstantini eligebantur imperatores antiq̄ more: siue a pplo, siue a senatu, siue ab exercitu: ꝛ aliqn̄ de genere: ꝛ aliqn̄ nō. ꝛ iste modus retentus est in cōstantinopoli: que erat sedes ꝛ caput imperij sicut antiquit⁹ roma. xcvi. dist. cōstantinus. qui quidē modus seruatus est vsq; ad tēpo- ra michaelis imperatoris ꝛ Caroli magni: ꝛ fuit fere spa- tiū quingentorū annorū: vt apparet in chronicis. Cōstan- tinus enim qn̄ cessit imperio occidētali: vt ḋ: pre. c. constan- tin⁹. ꝛ Richardus narrat in chronicis: elegit sibi in thra- cia q̄ nūc grecia ḋr: vrbē vocatā Byzantiū. xxij. di. de cōstā- tinopolitana. quā rome senori ꝓuilegijs coequenit. xxij. di. renouātes. ibiq; sedē suā cōstituit. vn̄ dicit⁹ impator de impio occidētali qd̄ syluestro pape donauerat: se nō am- pli⁹ intromisit: nec sui successores debēt facere, nisi ad ec- clesie inuocationē ꝛ defensionē. ꝛ si alio mō fit: vsurpatiue fit: sicut fecit ɔstātin⁹ arrian⁹, ꝛ julian⁹ apostata: ꝛ quidā alij de facto. nec papa posset licite alienare ḋ dn̄iū in occi- dēte: ꝛ donationē sibi factā a ɔstātino. xij. q. ij. nō liceat pa- pe. In ciuitate enim nihil impator hꝫ facere rome: nec in toto impio occidētis: hoc solo ei reseruato, ꝙ in currib⁹ venie- bat romā, vocat⁹ ab ecclia in succursum. Vn̄ iustinianus impator aduenientib⁹ gotthis romā ꝛ eā infestātib⁹ misit belisariū nobilē ꝓncipē ꝛ patriciū ad subueniēdū summo pōtifici ꝛ rome. Ad cui⁹ aduētū expulsi sunt gotthi de to- ta italia: vt hr̄ ex historia lōgobardoꝝ. ¶ B Per eumdē modū lōgobardis ecclesiā grauātib⁹: quū iperiū cōstāti- nopolitanū iā pene deficeret: vocat⁹ carol⁹ rex frācoꝝ ab ecclia tpe hadriani ꝛ leonis successorꝭ ei⁹: cui p romanos ꝛ lōgobardos ꝑfidos eruti fuerāt ocli ꝛ ligua abscissa: sꝫ

Impato- res chri- stianimi- li ꝛ eccle- sie ꝑsecu- tores.

Christ⁹ ver⁹ dn̄s tpalis de- claratur

Modꝰ eligendi impera- tores.

Impera- tor tenet subueni- re eccl'ie.

diuina virtute postea restitutus: venit in italiā cū exercitu magno: ⁊ capto rege desiderio, ac lōgobardis prostratis de seruitute ipsorū ecclesiā liberauit: ⁊ fuit ab ecclesia priuilegiatus. vt habet. lxiij. di. hadrianus. cū. c. seq. Richardus m̄ claremontensis dicit in chronicis hadrianū solū ex causa dicta dedisse patriciatū Carolo. Sed Leo tertius q̄ hadriano successit. lxiij. dist. in synodo. post miraculū factum de ipso de oculis ⁊ de lingua: iuit ad Carolū regem francorū: q̄ honorifice susceptus ab eo: duxit ipsum romā q̄ vindicauit iniuriā Leonis: quā sibi romani fecerant de oculis ⁊ de lingua: ⁊ restituit eū in sede sua. Leo ꝟo in die natalis dn̄i coronauit eū in imperatorē in basilica beati petri apl̄i: circumdans ei imperatoriā vestē. ⁊ tūc sibi acclamatū est ab vniuerso populo romano: Carolo Augusto magno a deo coronato pacifice romano imperatori vita ⁊ victoria. Facta ergo fuit Carolo donatio: q̄ habet pre. ca. hadrian⁹. sꝫ adhuc vices imperij nō gerebat: quousqꝫ a leone coronā suscepit. Sed iā trāslatio imperij a grecis in germanos facta fuerat antea iam septē annis per stephanū papā. ij. in ꝑsonā eiusdē Caroli. vt no. ex͂ de elec. venerabilē. ⁊ in glo. legit. ¶ E In dicta aūt trāslatiōe diuersificatus est modus assumēdi imperatorē. q: primo ꝑ electionē: et tūc ꝑ successionē. ⁊ hoc durauit vsqꝫ ad octauam generationē Caroli vt chronici ponunt. Eadē deficiente generatione Caroli quantū ad potentiā in regno frācie ⁊ imperio: primo q̄dē Hugo dux aurelianēn. sibi regnū francie vsurpauit ocasis illis ⁊ extirpatis q̄ erāt de genere regio. vnde de dicto Hugone descenderūt oēs reges francie: ⁊ nō de Carolo vsqꝫ ad tempora ista: nisi q̄ fert q̄ dictus Hugo vxorē habuit de genere illo. Imperio etiā deficiēte ⁊ scisso in multas partes, intm̄ q̄ Ludouicus imperator vltim⁹ de genere Caroli a lōgobardis orbatus est oculis: vt historie tradunt. Quidā berengarius inuasit italiā. ibiqꝫ ipso tyrannizante cōtra italicos, ⁊ cōtra ecclesiā: quū ipsa fluctuaret in capite: quia summ⁹ pōtifex: cui nomē erat Ioānes: vir lasciuus ⁊ lubricus erat: aduocauit cetus cardinaliū Othonē primum regē saxonū: qui dictū berengariū eiecit de regno. ⁊ cū assensu ecclesie totā sibi italiā subiugauit. Veniens ꝟo romā, primo quidē cū cardinalibus ꝑsuasit pape correctionē: quia erat filius cuiusdā nobilis romani: qui vocabat albeic⁹. Sed dictus papa in sua malitia ꝑsistēs: coactus est renūtiare papatui ⁊ factus est leo. ix. Dicto aūt Othone se absentante ab vrbe romana: romani in contemptū ecclesie fecerunt aliū papā quē benedictum vocauerūt: papā ꝟo leonē eiecerunt a sede. qd̄ audiens Otho romam rediēs cū exercitu magno ipsam obsedit: quousqꝫ benedict⁹ papa ei a romanis traditus est: quē ipse misit in saxoniā in exiliū: ibiqꝫ vitā finiuit. Ex hoc aūt beneficio collato ecclesie ꝑ othonē primū, ꝑdictus princeps a leone ꝑdicto summo pontifice cū toto clero ⁊ populo in imperatorē constitutus est: vt habet. lxiij. di. in synodo. licet ibi nō fiat mentio de imperio: sꝫ de regno italie ⁊ theutonie. Talis autē institutio ꝓcessit per successionē vsqꝫ in tertiā generationē. hoc est in tertiū othonē: qui fuit nepos primi. i. filius filij. nō eñ inuenitur de istis q̄ fuerint electi: sed sola ꝓuisione per summū pontificē. vnde dictus otho secūdus vocatus est a ioanne papa. xi. qui fuit post ioannē depositū. de quo. s. facta est mentio. Causa aūt sue vocationis fuit persecutio magna quā romani fecerunt ecclesie. ⁊ dictū Ioan. xi. in castrū sancti angeli detruserunt: et postea in exiliū ipsum miserunt. tunc dictus Otho ꝑ procuratorem iurauit fidelitatē pape: cuius forma habet. lxiij. disti. tibi dn̄o. tandē veniēs personaliter romā coronatus est a benedicto septimo cū magno gaudio ⁊ pace inter papā et imperatorē. ¶ D Post hunc fuit otho tertius fili⁹ othonis medij: cuius tēpore vexabatur ecclesia a quodā crescētio scilꝫ patricio. Qui crescentius intm̄ ꝑsecutus est papā Ioannē. xij. q̄ coactus est vrbē derelinquere: et tuscā intrare. Sed vocatus otho tertius, totā illā progeniē extirpauit. Tandē mortuo dicto Ioan. ad instantiā dicti othonis, electus est in papā quidā cōsanguineus eius: qui vocabat Brunus: postea vocatus est Grego. v. a quo dictus otho est coronat⁹: hic otho redijt in germaniā. ¶ E Sꝫ crescētius consul romanus fugato Greg. papa, fecit papam quendā grecū epm̄ Placēn. noie Ioan. Quod audiens imperator romā rediens cū exercitu magno ⁊ furore immenso: tamdiu crescentiū in castro sancti angeli obsedit: quousqꝫ ipsuꝫ ⁊ papā eius cepit: ⁊ vtrūqꝫ membris debilitauit. Deinde imperator ordinatis imperij sui reb⁹: ⁊ Greg. restituto in sede sua: ducēs secū multos nobiles romanos, in saxoniā reuersus est. Huis ergo pactis vlterius per ordinationē ecclesie viuente dicto Grego. vocatis ⁊ requisitis dictis pricipibus alemānie, instituti sunt per papā de consensu principū electores: videlꝫ officiales curie imperialis: q̄ quidē sunt septē: quatuor laici: ⁊ tres clerici. Prim⁹ rex bohemie: qui imperatori ꝓpinat de cuppa. Secundus dux Saxonie: qui coram imperatore portat ensem. Tertius comes palatinus: qui ei de scutella ministrat. Quartus marchio brandeburgēsis: qui est camerarius eius. Inter clericos. Primus archieps Maguntinus: qui est cancellari⁹ in germania. Secūdus archieps Coloniensis: q̄ est cācellarius in italia. Tertius archieps Treuerensis: qui est cancellarius in gallia. De istis electoribus no. per Ioā. and. ex͂ de re iudi. ad apl̄ice. li. vi. in glo. s. ibi etiā no. q̄ papa nō posset priuare electores iure eligendi. hoc idem no. ibi Ber. cōtra crederem quū ab ecclesia hanc habeant potestatē. ex͂ de elec. venerabilē. §. j. ⁊ in clemē. de iureiur. romani. sed ꝓpter periculū ⁊ scandalū nō est faciendū. l. dist. vt constitueretur. ex͂ de renun. nisi. §. pro graui. ⁊ de tēp. or. sane. c. ad aures. Item scripsi in. xv arti. post prin. ꝟ. item credo. ¶ F Causa autē quare oēs electores assumpti sunt de germania. vna est principalis: quia de germania fuerūt qui liberauerunt ecclesiā de seruitute longobardorū ⁊ impiorum romanorū: vt patet de Pipino qui venit in italiā cōtra regem arnulphum: q̄ nimis grauabat ecclesiā. de quo. xxiij. q. viij. vt pridem. Itē de Carolo filio eius: qui venit ad requisitione ecclesie cōtra Desideriū regem in longobardiā: vt. s. dictū est. ⁊. j. dicetur. ⁊ hi duo principes fuerūt de germania inferiori citra rhenū: que antiquitus gallia bracata vocabat. vnde ⁊ decre. venerabilē. ex͂ de elec. dicit q̄ imperiū est trāslatū in germanos in persona Caroli: quia scꝫ in germania natus ⁊ ibi sepultus est. Idē de othone qui liberauit ecclesiam de manu alberici romani. vt. j. patebit. Et hic otho fuit de germania superiori. Secūda ratio fuit deuotio illius populi ad sanctū petrū ⁊ paulū: que apparet in eoꝝ peregrinatione rome. Tertia causa fuit voluntas summi pontificis: qui tunc erat, scꝫ Greg. v. q̄ de theutonia fuit natus: ⁊ consanguineus othonis vt. s. ⁊. j. tangit. Quarta causa: quia germani ꝓbiores sunt alijs ⁊ audaciores. vnde a nobili germine germani dicti sunt. Ista ergo electio vsqꝫ modo perseuerat: que incepit anno dn̄i. M. xxx. ⁊ ꝑseuerabit quātū ecclesia romana ꝑmiserit: cui⁹ est regna transferre: ⁊ principes de sua sede deponere. vt Hiere. testat Hiere. j. ex͂ de sup. ne. pre. grandi. li. vj. xv. q. vj. itē alius. ⁊ pre. c. venerabilē. hoc autē de facto inuenimus in multis principibus. Nā legit Zachariā papā deposuisse regē francorū: vt pre. c. item alius. quia dissolutus et effeminatus erat: vt dicit ibi glossa ⁊ inutilis. vt dicit textus. Item legitur in chronicis Innocen. iij Othonem. iiij. deposuisse ab imperio: quia ab iuramento fidelitatis ecclesie resiliuit: quod fuit circa annos domini. M. cc. xxij. Itē Innoc. iiij. natiōe Ienuēn. de domo de flisco: Fridericū imperatorē: qui primo amicus su⁹ erat intim⁹ tēpore cardinalat⁹: deposuit: amiciciā ei⁹ dissoluit, ne ꝯ dominū impio ꝓberet auxilium. ij. Paralip. xix. ⁊ quia sanctū est fin ꝓbm preponorare veritatem. que depositio habetur ⁊ forma eius. ex͂ lib. vj. de re iudi. ad apostolice. ⁊ sic de multis alijs: vt legit in chronicis. ¶ G De verbo aūt illo quod

Institu-unt ele-ctores i-periales

Electo-res q̄re ex ger-mania assumā-tur.

opponitur: Reddite que sunt cesaris &c. vt .s. in ar. xxxvij §. ad illa. &. s. respōsum est. Item illud intelligit Origenes quantū ad equalitatē iustitie legalis. quasi eque sit preceptū seruādū cesaris debite sicut diuinū pceptū: vt videlz vnicuiqz ius suū reddatur. sicut aplus dicit ad Rom. xiij. Reddite inquit oībus debita. cui tributū tributū: cui vectigal vectigal: & cui timorē timorē: & cui honorē honorē. ad hanc solutionē facit. xi. q. j. magnū. xxiij. q. viij. §. ecce ꝙ nicolaus. Sed non ꝓpter hoc excludit qn iurisdictio imperatoris pendeat ex iurisdictione pape: qui immediate ipsam habet a christo. ex quo imperator minister dei vocatur ab apostolo pre. c. ad Rom. quia eius ministeriū est ecclesiā dei defendere. xcvij. dis. ecclesie. & c. victor. xxiij. q. v. principes. Itē ꝙ cesar recipiat tributū suū dignum est: quia iure nature & diuino sibi debet tamꝙ ministro christi. vt dicit paulus in pre. c. ad Ro. xiij. ibi: Ideoqz enī & tributa prestatis. ministri enī dei sunt & in hoc ipsum seruiētes. vnde sequit: Reddite ergo omnibus debita &c. vt .s. quis enī pascit gregē et de lacte eius nō manducat: quis militat stipēdijs suis: .j. ad Cor. ix. xiij. q. j. §. his ita. xxviij. q. j. iam nunc. in fi. et de pscrip. quū ex officij. cū si que Abba exponens Aug. de verbis dni, ait: Quadā diuina prouidentia sunt militantibus stipendia cōstituta: ne dū sumptus queritur: predo grassetur. xxiij. q. j. militare. O: scdo opponitur ꝙ ante fuit imperiū & imperator ꝙ papa. s. late in alio ar. xxxvj. probaui rationibus & authoritatib' cōtrariū. quibus adhuc & hic addo querendo vnde ortū habuit imperiū: vel quodcūqz dominiū: nullo enī iure nature inuenim' aliquē cōpetere dominij dignitatē. & hoc ostēdit Aug. li. xix. de ciui. dei. c. xix. Quū oēs hoīes ex eadem radice originē duxerint, scilz ex adam & muliere vna eua. xxv. q. j. quū igitur. & xxxiij. q. v. nec illud. ex qua ꝓpagine bona mūdialia cōcessa homini ad vsum: vt pz Gen. j. communi iure essent equaliter diuidēda. Licet enī in hominibus etiā in statu innocētie fuisset platio: sicut apparet in primis parētibus: in quibus adam platus fuit eue. xxxiij. q. v. hec imago. c. quū caput. c. mulierem. alio tn̄ intuitu & respectu: quia nō inquantū dominiū opponit seruituti: qr hoc penale. Jure enī nature communis est possessio: & cōmunis omniū libertas. di. j. ius naturale. & fm Greg. quū culpa nō exigit: oēs fm rationē humanitatis equales sumus. xxij. di. de constantinopolitana. Nā post peccatū introducta est seruitus & ꝓpter peccatū. xxxv. di. sexto die. q̄ qualiter fuerit introducta ne. j. di. ius gētiū. & ex de iude. ita quorūdā. in glo. nō. sed ex officio consulendi & diligēdi: sicut in angelis. lxxix. dist. ad hoc. homo enī naturaliter animal sociale: quē oportet adinuicē ordinare. in his autē que sunt ordinata adinuicē: oportet semp esse aliqd principale ac dirigēs: vt dicit pho in primo politice. & hoc apparet in corpore humano: & preterea hoc requirit ipa cōditio ordinis. Est enī ordo fm Augu. xix. de ciui. dei. c. xiij. parū disparuūqz sua cuiqz loca tribuēs dispositio. idē est de iustitia. instit. de iusti. & iur. in prin. & in prohe. decre. rex pacificus. ¶ D Sed ꝙ vnus alteri est ꝓpositus ab initio seculi post peccatū: nō eo mō dn̄ium est assumptū: sed ex quodā fastu superbie per vsurpationē incepit: sicut in lucifero volente sup alios ex superbia exaltari. Esa. xiiij. de peni. di. ij. principiū. Cuius signū & argumentū haberi potest: quia soli reprobi in principio creationis mūdi dominiū acceperūt. vnde ante diluuiū primus dn̄s inter homines fuit cayn. vt dicit Augustinus. xv. de ciuitate dei. c. j. et inde motus fuit ad ciuitatē edificandā: vt dominaretur in ea: & hec fuit prima ciuitas in mundo: quam nomine filij sui vocauit enoch. Gen. iiij. ad ꝑpetuationē dominij filij. Post diluuiū ho qui primo dominiū acceperūt fuerunt de maledicto genere cham: vt habet ex Gen. ix. c. & magister in histori̇s & Josephus dicunt. ¶ J Nam post diluuium prim' accipiens dominiū fuit nēroth de genere cham. Gen. x. & dist. vi. §. fi. cuius cōsilio edificata est turris babel: vt historie tradunt, ad dominādū. in cui' signū legitur in pre. c. Gen. xi. ꝙ volebant per cacumē ei' in celum ascendere: ignorantes altitudinē celi indimmmerabilem: ad designandum cordis ambitionē in pemines do alijs. propter quod deus in suā displicentiā ostendendam scissurā fecit eorumdem dominij confundendo eoz linguas: quum essent vnius labij vt pre. c. ix. De nemroth descēdit belus rex babylonie: de quo natus est ninus rex niniue: qui primus fuit monarcha assyriorū arte magica procreatus: vt historie tradunt. & hic primus statuam erigens patri suo belo in reuerentiā habendam, fuit occasio idolorū: que primo vocata sunt bel, baal, baalim, beelzebub fm diuersitatē linguarū fm magistrū petrū in historijs: qui etiā dicit ꝙ iste ninus primus regnauit in barbaria (al's babylonia) alio nomine dictus zoroastres, inuētor primus artis magice. Ex quibus. s. dictis satis apparet ꝙ dominiū in principio mundi consideratis personis que assumpserunt corrupta processit intentione: scz fastu superbie & tyrānidis. ¶ L Unde prim' imperator post diluuiū nemroth: de quo. s. dixi. & xxxj. ar. nō rex, sed tyrānus erat: qz homines opprimebat. vnde venator robust' corā dn̄o vocabatur. vt pre. §. fi. vj. dist. & x. c. Gen. Et ideo nō placuit deo: in cui' signū cayn primus imperans fratricida occisus est a lamech. Gen. iiij. xxxj. q. j. quō. Ninus q zoroastres fili' noe: vt dicit magister Pet. i histori̇s rex in barbaria, occisus est: vt dicit in lib. clemētis a demone: quē exercendo artem magicā colebat: & familiarē habebat: & vt sub compendio loquamur omnes antiqui dn̄i & monarche dura morte interierūt: vt pharao. Exo. ix. xxiij. q. iiij. nabuchodonosor. Rex egypti in mari rubro submersus. Datan & abiron principari volentes absorpti a terra. Nume. xvj. de conse. di. ij. & dixit. vij. q. j. deniqz. Sennacherib a filijs iugulatus. iiij. Reg. xix. in fi. Antiochus a vermibus cōsumptus. ij. Mach. ix. Alexander macedo veneno. Gualterus. Tabefactus interijt. in libro alexandri. Et multi alij vt historie tradūt & sacra scriptura. Hic est etiam ꝙ saul primus rex israel a dn̄o extortus poti' ꝙ datus: vt. j. Reg. viij. dicente dn̄o samuele, ibi: Nō enim te abiecerūt: sz me ne essem rex super eos. viij. q. j. audacter. percussus letaliter a philisteis ab amalech ita morte dolorosa interemptus est. ij. Reg. j. c. ¶ L Quāuis aūt ambitio dominādi deo esset odiosa: dnoz tn̄ ambientiū regimē ad refrenandā inordinatorū hominū maliciā: & ad cōseruandū vnūquemqz in sua iustitia: quū ad disponendū ciues in cōcordia ꝑmissum est a deo dominiū & prouisuz. Permissum ad punitionē malorū. Prouisum ad concordiā bonorū. xxiij. q. v. §. hinc notandū. di. iiij. facte sunt. de hoc. j. ar. proximo. in fi. Hinc est ꝙ apl's dicit. xiij. ad Rom. Nō est potestas nisi a deo. qd Aug. contra manicheos exponit dicēs: A deo siue iubēte, siue sinēte. xxiij. q. j. qd culpat. Et quo quidē verbo satis est manifestū a deo omne ꝑuenire dn̄ium. vn̄ christ' ad pilatū: Nō haberes ptātem aduersum me vllā: nisi tibi datū esset desup. Joā. xix. puisum siue cōsiderata natura entis, siue motus, siue finis. Rōne aūt entis: qm̄ oē ens ꝑ participationē hz se ad ens ꝑ se. Sz illi q habēt dn̄ium, plus viget in natura entis ꝙ ꝑuate ꝑsone: q: gerūt vices toti' entis cui ꝑsunt. vn̄ & populus dixit dauid. ij. Reg. xviij. Tu vn' ꝑ x. milib' cōputaris. vn̄ & bn̄ ꝑsidētes merent diuinos honores. etiā duplicatos: vt dicit Augu. ꝓpter qd dicit apl's. j. ad Timoth. v. Qui bn̄ ꝑsunt. glo. vita & doctrina, ꝑsbyteri duplici honore digni habeant. igit magi appropinqnt ad summū prīcipiū: & plus participāt de diuia influētia rōne sui regimis. vn̄ & .s. illud Luc. ij. Pastores erāt in regiōe eadē vigilantes &c. glo. Illi pre ceteris sublimia audire merent: q fidelib' solicite ꝑsunt. Hinc est etiā ꝙ de saule scribit: ꝙ assumptus in regem per samuelē ex hoc influentiā meruit prophetie. vnde insiluit in eū spiritus dn̄i: & cū prophetis ꝓphetauit. j. Regū. x. Et de salomone legit ꝙ ordinatus in regem meruit diuinā sapientiam. iij. Reg. iij. Et cayphas contra dn̄m impius cōcionator ratione sacerdotij ꝓphe

In statu innocentie fuiss platio.

Quare introducta sit seruitus.

Dn̄ium vbi & qn̄ cepit.

Zoroastres rex bactrianorū fm berosum & alios. est cham fili' noe a nino rege assyriorū bello superatus: vt etiā vult Aug. lib. xxi. de ciui. dei. c. xiiij.

Dominādi ambitio deo odiosa: sed non dnorum ambientium regimē.

rat. Joan.xi.ad hoc facit.i.q.i.ꝓphetauit. Reges fràcie et anglie habere dicunt virtutē sup quibusdā egritudinib⁹ laborantes. ¶ Scda ratio, ꝙ omne dominiū fit a deo: sumitur in cōparatione ad motū. Probat enim phs in.viij. physicorū: ꝙ in mouentibus et motis nō est in infinitum abire: sed est venire ad aliquod mouens quod nō mouet ⁊ hoc est de⁹. iuxta illud Boe.iij.de cōsol. phie.metro.ix. Stabilisq; manēs das cuncta moueri. Quum ergo dñi in gubernando sint motores orbis: ergo oportet motum sui regiminis in deū sicut in pmū motorē reducere. vnde Job.ix. Sub eo curuant qui portant orbē. Hanc rationē tradit beatus Aug. in.iij.de trini. vbi ordinē motus ⁊ mobilis ponens, ab infimo corpore: puta terra, ꝑ subtiliora ⁊ virtuosiora dicit moueri gradatim ascendēs ẜm ordinē elementorū, vsq; ad supremū mouens: quod est deus: in quo consistit tota ratio motus. vnde ⁊ apl's Act.xvij. In christo viuimus, mouemur, ⁊ sum⁹. ¶ Tertia ratio, ꝙ omē dominiū fit a deo: sumit ex parte finis. Diuina em̄ ꝓuidentia oīa in debitū finē deducit. inquantū mouet vnamquāq; creaturā in suū finē distinctū: sicut sagittator sagittā ad determinatū signū. qua ratione dicit beat⁹ Augustinus.iij.de trini. Q de⁹ quibusdā ordinatissimis motibus primo spiritualibus: deinde corporalibus semꝑ cūcta descendit: ⁊ vtitur omnibus ad cōmutabile arbitrium sententie sue sicut ad finē congruū. Si ergo alias creaturas debito ⁊ ordinato fine cōcludit: multo magis creaturā rationalē aut hominē. quod apparet: qn̄ ipsam gubernat per suos dispensatores: vt sunt reges ⁊ principes ecclesiarū prelati. hinc est ꝙ quū apl's dixisset Rom.xiij. Nō est potestas nisi a deo. statim subdit: Que aūt sunt a deo, ordinata sunt: itaq; qui potestati resistit, ordinationi dei resistit. quia ad hoc deus de eis huic mundo prouidit, vt vniuscuiusq; status prosequat in debitū finē. hinc dicitur in Prouerbijs.viij.c. Per me reges regnāt: ⁊ legū conditores iusta decernūt. Per me principes imperant: ⁊ potētes decernunt iustitiā. Preterea, quāto quelibet natura nobilē finē apta est cōsequi: tanto habet magis mouētia disposita ad cōsummationē finis. sicut manifeste in corruptibilibus pꝫ: sicut in incorruptilib⁹ celestibus ⁊ spiritib⁹ angelicis que sine agente contrario mouent ad suū finē. puta corpus celeste ad dominiū sui motus. angelus autē ad diuinorū cognitionē ⁊ suū ministeriū adimplendum. Quū ergo creatura rationalis creata sit ⁊ producta vt sit dei capax: ⁊ hic est finis eius ꝑcipu⁹: vt dicit Aug.xiiij. de trini. ⁊ item Aug. Natus est homo ab exterioribus ad interiora redire: ab interioribus ad superiora ascendere. Tante em̄ dignitatis est humana conditio: vt nullū bonum posset ei sufficere. Sed in solo summo bono satiat. Ps.xvi. Satiabo: quū apparuerit gl'ia tua. Ad hūc ergo finē cōsequendū: etsi homo adiuuetur luce diuine gratie. maxime ideo iuuatur per mundi gubernatores. tū ꝑ bone vite exempla. tū per quotidiana documēta. tum ꝑ correctionē cōtinuā. qua rōne Paulus vocat rectores coadiutores dei: dicens.i.ad Corin.iij. Dei enim adiutores sumus. Sunt enim iudices et rectores mūdi, sicut instrumenta principalia.

¶ Articulus.xlij. A

Sed licet principat⁹ omis agentis a deo sit prouisus: specialiter tamē romanus de quo Aug. in li.de ciui.dei plures causas assignat: sed tres nos tm̄mō colligam⁹, scꝫ ꝓpter tres virtutes quas lex precipit euāgelica: quibus precipue romani primitus claruerūt: et ex eis tamq̄ mercedē condignā dominiū meruerūt. vnde ⁊ dicit a Hiero. Romani virtutibus ꝓmeruerūt imperiū. xxviij.q.i.§.et his itaq;. Prima virtus fuit sincerus amor ꝓ patria. Secunda traditio legū sanctissima. Tertia morū beneuolentia. ¶ Quantū ad primā, exempla veterū romanorū habentur in promptu: quia tota coꝝ intentio erat in ipsorū regimine ⁊ dominio ad conseruandā rempublicā vt eiusdem consulerēt profectibus. vnde Aug.v. de ciui.dei.c.xij.⁊.xiiij. inducens verba Sallustij de bello catiline sententiā catonis in dicto lib. contentā de virtutibus veterū romanorū attollit vnde respublica diuina prouidentia facta est magna dicens: Nolite inquit catō existimare maiores nostros armis rempublicā magnam fecisse. Si ita quidē esset: multo pulcherrimā nos haberemus. Quippe sociorū atq; ciuium ꝑterea armorū ⁊ equoꝝ maior copia nobis est q̄ illis. Sed alia fuere que viros illos magnos fecerūt: q nobis nulla sunt. domi industria: foris iustū imperiū: animus in consulendo liber: nec delicto, nec libidini obnoxius. Pro his nos habem⁹ luxuriā ⁊ auaritiā: publice egestatē: priuatim opulētiā: laudam⁹ diuitias: sequimur inertiā. Inter bonos ⁊ malos discrimē nullū: omnia virtutis premia ambitio possidet. ⁊ sequit: Ut erariū esset locuples: res priuate egebant. Nūc econtra vt.s. pro ista materia faciūt.viij.q.i.c.si ergo.c.nec nouum.c.sunt in ecclesia.lxi.dist.miramur.c.quid proderit.i.q.i.principatus.lix.dist.si officia secularia.cum.c.seq. vsq; ad finem dist.xlviij.di.c.i.⁊.ij.xxiij.dist.c.i.xxiij.q.iiij. sicut excellentiam.xl.distin. qui'priuatum.xxiij.q.iiij.si non ex fidei merito.ibi: Ubi em̄ meritorum vestrorū loquat nō discurrit opinio: que bella vos frequēter appetere nō desiderio fundēdi sanguinis: sed tm̄ dilatandi causa reipublice: in qua coli ꝓcū cōspicimus: loquitur ⁊c̄.i.q.i.fertur. ibi: Si em̄ is dignus sacerdotio creditur cui nō actionis materia: sed pecunie copia suffragat: restat vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas: nihil sibi defendat industria: sed totum sibi auri profanus amor obtineat ⁊c̄. ⁊.c.quibusdā.in fi.ibi: Nisi eū quē vite meritū ⁊ actionis qualitas ad hoc dignū esse mōstrauerit.i.q.iij. et multis. post mediū.ibi: Nec eligant in domo dñi, qui maiores sacculos pecunie conferant: sed eos qui moribus ⁊ disciplina atq; scientia diuites, pro officio suo ipsam valeant sustentare ecclesiam.xxiij.q.i.paratus.ibi: Ac per hoc si terrena res ista publica christiana precepta custodiat: etiā ipsa bella sine beneuolētia nō gerentur: sed vt ad pietatis iustitieq; societatē victis facilius cōsulatur ⁊c̄.⁊.c.militare.ibi: Nec rēpublicā gerere criminosuꝫ est: sed ideo agere rempublicā vt diuitias augeas: videtur esse damnabile ⁊c̄.⁊.c.summa. Sūma militie laus inter alia merita bona hec est: obedientiā reipublice vtilitatibus exhibere. et xxiij.q.iij.c.sex differētie.§.item ab aliquo.ibi: Petere aūt vel prestare solatiū vt malis facultas delinquēdi adimat vt ecclesie pacem adipiscatur: vt aliquis multorū vtilitati seruetur: vtile est ⁊ honestū ⁊c̄.⁊.j.ibi: Non sue volūtati: sed omī vtilitati victurus ⁊c̄.⁊.q.viij.vt pridem.ibi: Et quecūq; vobis deo adiutore pro vtilitate reipublice persuaserint: facite.⁊.j. ibi: Quicquid vtile reipublice iudicaueritis peragite.⁊.j.ibi: Neq; vtilitas nostre reipublice (quod dn's auertat) negligatur ⁊c̄.viij.q.i.in scripturis. ibi.expressum.⁊.q.ij.dilectissimi.ibi: Nullus vestrū neglecta vtilitate cōmuni, suo lucro prospiciat: ne si quispiā ꝓpria cōmoda appetit: friuola estimatiōe fallatur ⁊c̄. facit.c.causa.⁊.q.i.sciendū.xvi.q.i.nos autē fratres.eꝫ de renun. nisi quū pridē.§.porro. ¶ B Antiqui etiā cōsules romanorum pauperes erāt in rebus priuatis: prout narrat Augustinus.v.de ciuita.dei.c.xviij. ꝙ Lucius valerius defunctus in suo consulatu, adeo pauper fuit vt nummis a populo collectis eius sepultura curaret. Consimile narrat Uegetius de re militari, de Attilio regulo: qui quum summis rebus prefuisset: adeo pauper fuit, vt coniugem liberosq; collocaret in agello: qui colebatur ab vno villico. Ibi etiā narrat Augu. de quintio, qui quū quatuor iugera possideret ⁊ manibus suis ea coleret: ab aratro abductus est vt dictator fieret: maior itaq; honore q̄ cōsul. victisq; hostib⁹ ingentē gratiā cōsecutus est: ⁊ tm̄ in eadē paupertate mansit. Ibi etiā narrat Aug. ꝙ quidā eoꝝ qui fuerat bis consul: ex illo senatu est pulsus eo ꝙ.x. pondera argēti in vasis habere cōpert⁹ est. Nō em̄ ditari intendebāt

Quib⁹ romani imperiū meruerunt.

Qui reipu. apud ro. ꝑficiebantur.

propter lucra:nec ħ fuit apud eos ingeniū,put r̄ndit Cu-
rius consul quū samnites magnū ei pondus argenti at-
tulissent.q̄bus nō habere aurū p̄clarū ait sibi videri:s; eis
q̄ habēt aurū imperare. Cōsimile narrat Vegetius li.iiij
de re militari:ꝙ quū legatus epirotarū fabricio consuli
grande pōdus auri offerret:illo nō accepto/dixit se mal-
le habētibus id imperare:q̄ illud habere. Et ob hoc nole
bant p̄fici dignitatibus/nisi possent reipublice proficere.
prout dicit Valerius li.vj.de Cornelio scipione. Cui quū
hispania sorte venisset:r̄ndit nolle illuc ire:adiecta causa
ꝙ recta facere nesciret. ¶ C Itē suos filios nō patieba-
tur p̄fici:nisi possent ꝓficere prout narrat Helinādus his-
toriographus de elio.qui quū ex senatore esset creat⁹ im
perator:⁊ obsecrāte senatu vt filiū suū augustū cesarē vo
caret:r̄ndit sufficere inq̄t debet/vt ego ipse inuit⁹ regna-
uerim quū nō mererer. Primatus em̄ nō sanguini debet
sed vite ⁊ fidei claritati.viij.q.j.moyses.xl.disti.nos q̄.Et
inutiliter regnat:q̄ rex nascit ⁊ non meret. Proculdubio
parētis affectū exuit:qui paruulos suos importabili mo
le sup terrā extinxerit. Hoc em̄ est suffocare filios:nō pro-
mouere. Alendi prius sunt ⁊ virtutibus exercēdi:⁊ quum
eo profecerint vt ꝓbent illos antecedere quos debet ho-
nore anteire: inuiti ascendāt. et tūc ciuiū suorū nequaq̄
se subtrahāt votis. Implebāt em̄ illud tūc Eccli.vij. Noli
querere fieri iudex:nisi valeas virtute irrūpere iniquita-
tes.⁊ Prouerb.xx. Rex q̄ sedet in solio iudicij:dissipat oē
malū intuitu suo.ad hoc faciūt.xxvj.di. vna tm̄.ibi Quō
aūt pōt esse hortator viduitatis:q̄ cōiugia frequentauit?
xliij.di.sit rector.xxv.di.primū.ibi:Quō pōt p̄ses eccl'ie au
ferre malū de medio ei⁹:q̄ in delictū simile corruerit? aut
qua libertate corripere peccantē:quū tacitus ipse sibi re-
spondeat eadē se admisisse que corripit:xlij.di.§.j.lxj.di.in
sacerdotibus.ibi: Irreprehensibiles esse cōuenit:q̄s preesse
necesse est corrigēdis.longa debet vitā suā ꝓbatione mō-
strare:cui gubernacula committunt ecclesie.xxviij.di.p̄sulq̄
iij.q.vij.q̄ sine.cū.iiij.c. sequētib⁹.viij.q.j.licet.cū.c. seq̄nti.
¶ D Spernentes etiā auaritiā nō p̄ficiebant reipublice:
vt narrat Valerius li.vj.titu.de grauiter dictis aut factis
ꝙ quū duo cōsules cōtenderēt in senatu/q̄s eorū in hispa
niā mitteret:ait scipio emilianus oībus suā sententiā ex-
pectātibus. Neutrū inq̄t mihi mitti placet:q: alter nihil
habet: alteri nihil satis est.eque malā licētis imperii ma-
gistrā inopiā indicans ⁊ auaritiā. Narrat etiā Valerius
maximus li.iiij.c.de abstinētia ⁊ cōtinētia de marco curio
quō ipse samnitū diuitias cōtēpsit etiā post victoriā ha-
bitā de ipsis. Nā quū ad eū in scamno ligneo sedentē:⁊ ca
tino ligneo ad focū cenantē: magnū pondus auri legati
tulissent:benignis verbis inuitatus vt eo vti vellet:vultū
protinus risu soluēs/supuacue igit̄ inq̄t: Narrate inquit
samnitib⁹ Marcū curiū potius malle locupletib⁹ impe-
rare:q̄ locupletē fieri.⁊ memētote me nec acie vinci: nec
pecunia posse corrumpi. Hoc idē scribit idē Valerius in
eodē/de fabricio: qui quū honore ⁊ authoritate oībus in
ciuitate sua maior esset:censu ħo paupimus:a diuitib⁹
tm̄ samnitib⁹ quos in clientela tenebat: pecuniā et seruos
sibi missos cōtempsit:ac frustratos remisit: cōtinētie sue
beneficio:ac zelo patrie sine pecunia p̄diues sine vsu fa-
milie abunde comitat⁹:q: locupletē illū faciebat nō mul
ta possidere:sed pauca desiderare. ¶ E Itē iustitia ro-
manorū patebat erga rempublicā intm̄/ꝙ nec sibi parce-
bant ob salutē reipublice. vtilitatē em̄ reipublice vite ꝓ-
prie etiā p̄ponebāt:prout narrat Augu.j.de ciui. dei.c.xv.
Et tullius de officiis li.j.⁊.iij. ꝙ quū esset marc⁹ regulus
ductus captiuus ad carthaginē:⁊ missus romā ⁊ sub iu-
ramēto redeūdi ꝓ cōmutatione captiuorū. Ille romā ve
niēs in senatū venit.⁊ captiuos reddi vel cōmutari nega
uit esse vtile:eo ꝙ illi essent adolescētes ⁊ boni duces:ipe
aūt senectute cōfectus. Et quū retineret̄ a ꝓpinq̄s ⁊ ami
cis:redire maluit magis q̄ hosti fidē datā fallere. Nā ħm
Aug.ad bonifaciū: Fides em̄ q̄n ꝓmittit̄ etiā hosti seruā-
da est.xxiij.q.j.noli.qđ verū/si ipse hostis fidē seruat.alio
nō.vt ibi no.⁊ ex̄ de iureiur̄.peruenit.ij.vbi de hoc.⁊ licet nō
ignoraret se ad crudelissimū hostē/⁊ ad exquisita suppli-
cia ꝓficisci: iusiurandū tm̄ seruādū putauit.ar.bonū.xxij.
q.iiij. innocēs. ex̄ de elec.venerabile.⁊ ex̄ de iureiu.cōtin-
gat. ¶ Cōsimile exinde narrat Aug.xviij.de ciuita.dei.c.
xix.⁊ Tullius de senectute de Codro rege atheniensium.
Quū em̄ instaret bellū inter athenienses ⁊ peloponnēses:
⁊ accepissent in r̄nsis/ꝙ illi essent futuri victores quorum
dux occideret̄. Hoc audiēs Codrus in habitu pauperis
transiuit ad hostes:seq̄ obiecit eis necē p iurgiū ꝓuocan
do.de quo Virgil̄.in bucol̄. Et iurgia Codri. Maluit em̄
mori dū vincerent sui:q̄ viuere suis superatis. Seruauit
aūt ad literā iste Codrus ħbū dn̄i:sed nō ꝓpter dominū.
Maiorē charitatē nemo habet q̄ vt aīam suā ponat q̄s
ꝓ amicis suis. Joan.xv.⁊.j. Joan.iij. Ille ꝓ nobis animā
suā posuit:⁊ nos debemus ꝓ fratrib⁹ aīas nostras pone-
re.⁊.j.Mach.ix. Moriamur in virtute ꝓpter fratres no-
stros.qualiter hoc intelligit̄ habet̄.vij.q.j.§. hoc tunc. de
hoc etiā de peni.di.ij.qui vult facere dei mādata.⁊.c.si q̄s
tantā. Duo em̄ fuerūt p̄cepta ħm Platonis sn̄iam volēti-
bus ꝓdesse reipublice:vt ait Tullius li.j.de officiis. Vnū
vt vtilitatē ciuiū sic tueant̄:vt quecūq̄ agant/ad illā refe
rāt obliti cōmodorū suorū.ad hoc.viij.q.j.sunt in ecclesia.
alterū p̄ceptū/vt totū corpus reipublice curēt: ne dū par-
tē aliquā tueant̄: reliq̄s deserāt. ar.ad ħ ex̄ de ꝓben.maio
rib⁹.⁊.c.quā causam. Itē narrat Aug. dicto li.de ciui. dei.
lib.iiij.c.xx.⁊ li.v.c.xviij.de marco curio:q̄ se armato equo
sedētē in abruptū terre hiatū p̄cipitē dedit: vt pestilentia
cessaret ab vrbe. ¶ Itē de marco regulo q̄ cōsulēdo salu-
ti vrbis a carthaginēsib⁹ est occisus. Itē nec pater parce-
bat filio ꝓ republica.prout narrat Valeri⁹ li.v.⁊ Aug.v.
de ciui.dei.c.xviij.de bruto/q̄ filios cōprehensos ꝓ tribu-
nali virgis cesos/⁊ post ad palū religatos securi percuti
iussit:q: dominationē tarquinij a se expulsam/reducere
volebāt.exuit em̄ patrē vt ageret consulē: orbusq̄ viuere
q̄ reipublice vidicē deesse maluit.de q̄ ait poeta: Natosq̄
pater noua bella mouētes: Ad penā pulchra ꝓ libertate
vocabit Infelix: vtcūq̄ ferēt ea fata minores. Sed versu
sequēti cōsolatus est infelicē. Vicit amor patrie laudūq̄
immēsa cupido. ¶ Cōsimile narrat Augu.vbi.s̄.de tor-
quato q̄ filiū nō q: cōtra patriā/sed etiā ꝓ patria pugnabat:
tm̄ quia cōtra imperiū suum:licet vicisset/occidit:ne plus
mali in exēplo contempti imperij:q̄ boni in gloria occisi
hostis esset.sicut scripsi.j.lxvij.ar.ħ. ampli⁹. ¶ Similiter
idē narrat Valeri⁹ vbi.s̄.titu.de parētū seueritate aduer-
sus liberos:de manlio torquato:q̄ quū esset fili⁹ su⁹ accu
satus ⁊ cōuict⁹:ꝓtulit sn̄iam de eo dicēs: Quū syllanū fi-
liū meū pecunias a sociis accepisse mihi probatū sit:cum
republica ⁊ domo mea indignū iudico. Idē sic adiudica-
tus/pre tristitia suspēdio se cōsumpsit. Narrat etiā dictus
Valerius li.vj.titu.de iustitia/de zaleuco locrensiū duce:
ꝙ quū legē tulisset inter alias saluberrimā:ꝙ dep̄hensus
in crimine adulterij vtroq̄ oculo carere deberet:⁊ filius
eius esset in tali crimine dep̄hēsus quū tota ciuitas in ho
norē patris necessitatē pene adolescētulo remitteret: ali-
quādiu repugnauit. Ad vltimū p̄cib⁹ ppl'i deuictus suo
prius: deinde filij oculo eruto:vsum vidēdi vtriq̄ reliq̄t.
ita debitū supplicij modū legi reddidit:eq̄tatis admirabi-
li tēperamēto se inter misericordē patrē/⁊ iustū legislato
rē partitus. Facit ad hoc:q: saul ionathan filiū suū/q: cō
tra edictū suū fecerat etiam ignorans: voluit occidere.j.
Regū.xiiij.xxij.q.ij.§.itē opponit̄.ibi: Probat̄ hoc etiā.fa
cit etiā.xxiij.q.v.si audieris. Deut̄.xvj.xlv.disti. disciplina.
ibi: Ite ⁊ redite.⁊.j.⁊ occidat vnusquisq̄ fratrē ⁊ amicum
suū ⁊c. Exo.xxxij. Itē nec fili⁹ debebat parcere patri agen
ti cōtra rēpublicā: put ait Tullius li.iij.de officiis.c.ꝙ ni-
hil est vtile qđ ab iniustitia ⁊ malitia ꝓficiscit̄:ante finem
inquirēs an si tradere patriā conabit̄ pater silebit ne fili⁹
et r̄ndet ꝙ primo obsecrabit patrē ne id faciat: deinde si
nihil proficiet

Primatus cui debeat̄.

Duo precepta cupientib⁹ ꝓdesse reipublice.

Virgil̄. vj.eneid.

nihil proficiet:accusare debet.ad extremu3 si ad perniciē patrie res spectabit:patrie salutē anteponat saluti patris nec mirū vt ait ibidē.Si duo sapiētes essent sup vnā tabulā in mari:q̄ nō posset vtrūq3 deferre simul:minus sapiēs deberet cedere sapiētiori:eo q̄ ille vtilior esset reipublice. ppter hec exempla de laude romanorū consulū et multa alia concludit Aug.in.li.v.de ciui.dei sic dicēs: Talib⁹ inquit dominādi potestas nō dat̄: nisi summi dei prouidentia qn̄ res humanas iudicat talib⁹ dominis esse dignas. ¶ Secūda ratio quare romani habuerūt dñium: traditio legū sanctarū per ora principū diuinitus promulgatarū.C.de legi.leges sacratissime.xvi.q.iij.nemo.ad cōseruandū vnūquemq3 in sua iustitia.vnde τ Aug.dicit.xviij. de ciui.dei.c.xxij.q̄ deo placuit orbē terrarū p romanos debellare:τ in vnā societatē reipublice legūq3 pductū lōge lateq3 pacare. In.v.etiā li.eiusdē.c.xv.dicit.q̄ quia romani auaritie restiterūt:cōsuluerūt patrie consilio suo libero:neq3 delicto fm̄ suas leges/neq3 libidini obnoxij. Sed ijs oībus artibus vsi sunt tanq̄ recta via ad honores.τ imperiū/τ gloriā. Nec habēt vnde cōqueri debeāt de summi τ veri dei iustitia. perceperūt em̄ mercedē suā scz ex vigore virtutū suarū legaliū dominādo τ imperando. Justitia ergo quia suis legibus vnūquemq3 regebāt: fecit eos legitime dominari. Quāta aūt iustitia viguerit apud romanos:satis apparet in paulo cesarē appellāte: de quo festus p̄ses ait: Quū essem hierosolymis:adierūt me principes sacerdotū τ seniores iudeorū postulantes aduersus paulū damnationē. Ad quos respondi:q: non est cōsuetudo romanis dānare aliquē hoīem prius q̄ is q̄ accusat̄ p̄sentes habeat accusatores :locūq3 defendēdi accipiat ad abluenda crimina que ei obijciunt̄. Act.xxv. Ad hoc faciūt capl'a totius questionis.ix.iij.cause. manifesta.nō oporteret.c.habet̄.c.qui accusare.c.absens.τ.c.j.et.ij. q.viij.τ.ij.q.viij.c.j.c.perscripta.cū si. ¶ Apparet etiā p multa exempla.primo quidē q̄d sanciebāt legislatores: seruabāt.vñ narrat Trogus pompeius de Lycurgo:qui lacedemonijs multas leges duras dedit:s3 nihil in alios sanciuit:quod ipse nō prius seruaret. Nā princeps se velle viuere legibus psitet̄.C.de legi.digna vox.C.de testa. ex impfecto.ff. de leg.iij.ex impfecto.insti. q̄bus mo.testa. infir.§. vlti.ix.dis.iustū est.palea est.pricipes legib⁹ teneri suis:nec in se posse damnare iura:que in subditis constituūt iustū est. Justa est eī vocis eoꝝ authoritas:si q̄ populis phibēt,sibi licere nō patiunt̄.facit ex̄ de homi. cū iuramento.q̄d legit̄ τ no.ex̄ de cōsti.quū oēs.§.quū igit̄.de rigore tn̄ princeps legibus humanis solutus est.ff.de legi. princeps.nō diuinis.x.di.nō licet imperatori. Narrat aūt Ualerius li.vj.titu.de iustitia.de Charōda turioꝝ legislatore:qui quū lege cauisset ob seditiosas cōciones ciuiū: vt si quis cū ferro concionē intraret: interficeret̄.τ ip̄e de rure longinquo domū repetēs/accinct⁹ gladio ex improuiso cōcionē intrasset: et admonitus de solutiōe legis ab eo qui proxime stabat:fuisset.Ego inq̄t illā resarciā:ac ptinus:q̄d habebat:ferro districto incubuit:τ penā mortis ppriē reportare maluit: q̄ fieret fraus iustitie.Fuit autē generale edictū apud antiq̄s:nihil expedire q̄d non erat iustū.vñ τ narrat idē maxim⁹ Ualeri⁹.vj.li.tit.de iustitia. q̄ quū Themistocles diceret athenięsibus/q̄ sciret saluberrimū eis consiliū/scilic3 q̄ incēderent classem lacedemoniorū:nec cōsiliū publicare voluit/sed petijt vnū sapiētē cui tacite id exponeret:cui fuit dat⁹ Aristides. Qui audito ɔsilio/redijt ad cōcionem dicēs Themistoclem vtile ɔsiliū:minime tn̄ iustū/aio voluere. At vniuersa cōcio q̄d equū nō ē/nec vtile nec expedire pclamauit.Et sic edicto ciuiū ancillata est iustitie prudēn a : imo nō esse prudentiā/s3 poti⁹ calliditatē dicēdū est:cui iustitia aduersat̄.pro h̄ facit ex̄ de vo.et vo.re.magne.§. q̄uis. ibi: Quid liceat fm̄ eq̄tatē:q̄d deceat fm̄ honestatē: q̄d expediat fm̄ vtilitatē.igit̄ nō est vera vtilitas: vbi nō equitas τ honestas. Cōtra talē malā vtilitatē dicit Aug.in sermone innocētiū:

Nota

Romanorū iustitia.

Nihil expediens q̄d nō iustum.

¶ Hec aũt duo regna quãtũ ad hoĩes pmista sunt in hac vita.xxiij.q.iiij.hic aũtẽ.q: ꝛ boni cũ malis:ꝛ mali cũ bonis miscent:et ambo tpalibus bonis piter vtunt.ꝛ malis piter affligunt:donec vltimo iudicio separẽtur.ꝛ vnuſqꝗ recipiat suũ finẽ: cui⁹ nullus est finis. Ut Aug.dicit.xviij.li.de ciui.dei.in area em̃ eccłe frumẽtũ mistũ paleis ↄtinet:donec veniat xp̃s. Mat.iij.ꝛ Luc.iij.arec vẽtilato: triticũ disiungẽs a paleis.electos videlꝫ a repꝛobis.rectos a puersis:qꝫ distinctio designat p virgines prudẽtes ꝛ fatuas. p pisces bonos ꝛ malos in sagena collectos.p vasa hono:is ꝛ vasa cõtumelie.ij.ad Timoth.ij. De pabola virginũ Math. xxv.de piscibus ꝛ sagena. et de zizania mista cum tritico. Mat.xiij.De ista mistura in ecclia ista militãti.j.ad Cor. v.§.q.j.spũsctũs.ij.q.j.multi.xj.q.iij.nolite.xxiij.q.iiij.qui sm.cũ duob⁹.c.seque.ꝛ.c.q̃dã.vij.q.j.§.h aũt.de cõ.di.iiij. est vnitas.vbi no.q̃re mali vocant palee.ꝛ.c.quõ exandit.ꝛ.xxiij.q.vij.c.j.in fi.vbi Aug.ponit similitudines q̃tuo: misture in ecclia.scʒ palee cũ grano i area.ꝛ pisciũ bonorũ ꝛ maloꝝ in reti.et hedoꝝ ꝛ agnoꝝ in grege.ꝛ vaso:ũ ↄtumelie ꝛ hono:is i domo.Uñ ꝛ Aug.de q̃stionib⁹ euãgelij sup illud Mat.xiij.ibi. Ne fo:te colligẽtes zizaniã/ eradicetis sil ꝛ triticũ.ait.i q̃ eos patiẽtissimos reddidit hoc em̃ dicit:q: boni quũ adhuc infirmi sunt opus hñt in q̃busdã maloꝝ cõmistiõe:siue vt p eos exerceãtur.xxiij.q. iiij.hic aũtẽ.vij.q.j.§.hoc aũt.siue vt eoꝝ cõparatiõe magna illis exho:tatio fiat/vt incitent ad meli⁹: aut fo:te simul eradicat triticũ quũ auferunt zizania:q: multi pmo zizania sunt:ꝛ postea triticũ fiũt.q̃ nisi patiẽter quũ mali sunt tolerent: ad laudabilẽ imitationẽ nõ puenirũt.itaꝗ si euulsi fuerint:simul eradicabit ꝛ triticũ qð futuri essent si eis pceret. Itẽ sup illud Mat.xiij.ibi:Quã quũ impleta esset:edu.ꝛ se.litus se.ele.bo.in va.sua.ma.aũt fo.miserũt.Greg.in homilia. Sicut em̃ mare sclm:ita scli finẽ significat litus maris.in q̃ scʒ fine/boni pisces i vasis eligunt:mali pꝛiciunt fo:as:q: ꝛ elect⁹ q̃sꝗ in tabernacula eterna recipit:ꝛ interni regis luce pdita/ad exterio:es tenebras repꝛobi ptrahunt. Nũc em̃ malos bonosꝗ cõiter quasi pmistos pisces fidei sagena ↄtinet:sed lit⁹ indicat sagena eccłe qd trahebat. Itẽ sup Mat.xxv.i pn.de decẽ ꝟginib⁹.Greg.in homilia. In qnꝗ em̃ co:pis sensib⁹ vnusqꝗ subsistit. Geminat⁹ em̃ quan⁹ denariũ pficit:ꝛ q: ex vtroꝗ sexu fideliũ multitudo colligit:sctã ecclia. p ꝟginibus silis denũciat:in q̃ q: mali cũ bonis:ꝛ repꝛobi cũ electis admisti sunt:recte silis ꝟginib⁹ prudẽtib⁹ ꝛ fatuis esse phibet. Propter hãc permistionẽ nõnulli ad regnũ xp̃i ptinere vident:q: sunt intra ecclesiã numero: q̃ finaliter ab ei⁹ regno excludẽtur:q: nõ sunt intra ecclesiã merito. Uñ Aug.in li.de correctiõe ꝛ grã. Mirãdum est q̃re de⁹ dedit q̃busdã filijs pditiõis fidẽ opantẽ p dilectionẽ:nec dat in ea pseuerãtiã. Itẽ Greg. Multi bene incipiũt q̃ in malo vitã suã finiũt.hec legunt de pe.di.ij. §.euidẽter.ꝟ.mirãdũ.ꝛ.ꝟ.multi.ate sunt capitula sub illo.§.maxime.h hꝫ locũ in hypocritis: de q̃b⁹.e.di.c.citi⁹. Ceterũ vterꝗ ciuitati vl regno rex q̃ ad hãc vitã sunt necessarie: cõis e vsus.xij.q.j.c.j.ſʒ finis vtrẽdi su⁹ cuiusꝗ popul⁹ multũꝗ diuersus:vt Aug.dic.xix.de ciui.dei.vtrũꝗ regnũ leges hꝫ diuersas.pꝑter qð xp̃i regnũ a terreno regno disco:dat:ꝛ sepe iras ꝛ odia ꝛ psecutionũ ipet⁹ sustĩnet.vñ Ro.vij.Uideo aũt aliam legẽ ꝛc.h duplex regnũ initiatũ ẽ ꝛ signatũ i abel ꝛ cayn.Gen.iiij. In abel ecclia iustoꝝ:q: ipe pm⁹ iust⁹. Mat.xxiij.ibi.a sanguine abel iusti. In cayn maligno ecclia malignãtiũ.ps.xxv. Odiui ecclesiã malignãtiũ.de cayn malitia Gen.iiij.xxiiij.q.v.scriptũ.iij.q.vij.i qũb⁹. Ue aũt illis q̃ viã cayn abierũt.vide c.ij. Et in duob⁹ abꝛae filijs isaac ꝛ hismael: de q̃b⁹ Gen.

xvi.⁊.xxi. Per isaac natū de libera ecclia electoꝝ a pctō liberoꝝ et si ceciderūt resurgētiū. Per hismael ferū. Gen. xvi. ⁊ fratrē Ysaac ꝑsequētem/ ecclia ⁊ regnū reprobоꝝ. de his. lvi. di. hismael. xxiij. q. iiij. qui sm. Gala. iiij. xxxij. q. iiij. recurrat. Ab exordio ꝙppe generis humani semꝑ fuerūt hoies ad vtrūqꝫ regnū ꝑtinentes: vñ ⁊ vocati sunt filij dei ⁊ filij hoim. Gen. vi. ⁊. xxxv. q. i. cū igitur. ⁊ ibi glos. ps. iiij. Filij hoim vsqꝫquo graui corde. et ps. lxxxi. Et filij excelsi oēs. Totūqꝫ genus humanū cōprehendit hoc duplici regno: ita vt necessariū sit ad alterum horū quēlibet ꝑtinere. vna distinctio intelligi pōt ꝑ distinctionē lucis ⁊ tenebrarū factarū in mūdi ꝑncipio. Gen. i. Hoc etiā duplex regnū ꝑ duas ciuitates intelligit/ scꝫ hierlm ⁊ babyloniā: vt. s. dictū est. Hierlm em̄: q̄ visio pacis interpretatur: designat regnū christi. Babylon vo: q̄ interpretatur ꝯfusio: regnū diaboli insinuat. de q̄ babylō Apoca. xviij. hoc aūt ecclie regnū dicit orthodoxorum. i. recte gl'iosum: cui⁹ gl'iam tāgit dauid ps. lxxxvi. quū ait. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. qđ tā de militāti: q̄ de triumphanti ecclesia intelligi pōt. ⁊ Esa. vlt. đ: de hierlm q̄ figurat ecclesiā: vt delicijs affluat/ ab oīmoda gl'ia ei⁹. dicitur quidē ecclia gl'iosa ꝑpter bona q̄ hꝫ gl'ia digna. scꝫ meritoꝝ ⁊ virtutū ꝑconia. est aūt gl'ia sm Tulliū/ alicui⁹ dici vel facti magni frequēs fama cū laude. ¶ Articulus. lxij. A

Vmvero ecclesia regnū dicat: vt pꝫ ex ꝑmissis: cōsiderādū ē q̄ et q̄t sunt illa ex qb⁹ regnū aliqđ đ: gl'iosuꝫ vt cū illa inuenient ꝑcipue in ecclastica cōmunitate: dicat merito regnū ecclie gl'iosum: sicut đ: in ps. Gloriā magnificētie regni tui. i. magnificā gloriā. et ps. cxliiij. Magnificētiā gl'ie scitatis tue loquent. ⁊ ibidē. Gloriā regni tui dicēt. Est aūt gloriosuꝫ regnū q̄druplex: q: q̄druplicitер đ: regnū dei sm Innocē. iij. in sermonib⁹. Regnū dei đ: ecclia vniuersalis: celestis ꝑria: fides recta: sacra scriptura. Regnū ꝑmū est in ꝑātri exilio. de q̄ Mattħ. xiij. Colligēt de regno ei⁹ oīa scādala. de quo. s. in ar. pxi. vđ. ꝙ aūt satis dixi. Scđm in ꝑpolo. Mattħ. xxv. ibi. possidere regnū. Tertiū in corde. Luc. xvij. regnū dei intra vos est. Quartū codices. Mat. xxi. auferet a vobis regnū ⁊c. et de his. s. in pxi. ar. vđ. ꝙ aūt. Istoꝝ regnoꝝ dicunt veri reges: ⁊ q̄ vere dn̄ant: de qb⁹ Cassiodorus sup ps. xxxiij. Reges terre sunt q̄ corporibus suis diuinitatis munere dn̄ant. Nā ille vere rex nō đ: q̄ seruire monstrat. vñ ⁊ Greg. in moralib⁹ li. vi. Qui mēbrorū suoꝝ mot⁹ bn̄ regere sciūt: nō immerito reges vocātur. ⁊ se male regentes indigni sunt regali noie. ij. q. i. scelus. đ. Scelus qđ lotharius rex: si em̄ rex veraciter dici possit: q̄ nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat: sꝫ lubrica eneruatione magis ei⁹ illicitis motib⁹ cedit ⁊c. De regno ait Ber. sup Missus est. Veni dn̄e iesu: aufer scādalum de regno tuo/ qđ est aīa mea: vt regnes tu q̄ debes in ea. Venit em̄ auaritia ⁊ vendicat sibi sedē in me. Iactātia cupit dn̄ari mihi. Supbia vult mihi esse rex. Luxuria dicit: ego regnabo ab initio. detractatio/ ira/ inuidia certāt in meipo/ cui⁹ potissimū esse videar. ego resisto: enitor: te esse dn̄m meū. clamo ⁊ dico nō habeo regē nisi dn̄m meū. Ioā. xviij. veni ḡ dn̄e. ps. lviij. Disꝑde (al's disꝑge) illos in vtute tua. et regnabis in me: quia tu es ipse rex meus ⁊ de⁹ meus.

Regnū qb⁹ reddat gloriosum.

¶ B Sūt aūt. x. ꝯditiōes ꝑcipue/ q̄ regnū efficiūt gloriosuꝫ. Prima ꝙ recte sit institutū. scđa ꝙ sit antiquū. tertia ꝙ sit ordinatū. q̄rta ꝙ sit vnitū. q̄nta ꝙ sit iustū ⁊ bonū. sexta ꝙ sit amplū ⁊ magnū. septima ꝙ sit abūdnas et copiosuꝫ. octaua ꝙ sit forte ⁊ firmū. nona ꝙ sit pacificū ⁊ quietū. decima ꝙ sit durabile ⁊ ꝑpetuū. Sed anteq̄ ad harū ꝯditionū expositionē ⁊ ꝓbationē veniā: ꝑmittēdū est/ q̄d intelligat noie regis/ regnū regētis. Vn̄ sciendū est/ ꝙ in oīb⁹ q̄ ad finē aliquē ordinant: in qb⁹ ꝯtingit sic et aliter ꝓcedere: opus est aliq̄ dirigēte ꝑ quē directe ad finē aliquē ꝑueniat. Nā nauis vt ad portū ꝑueniat: gubernatore indiget. ⁊ christo dormiēte nauis fluctuabat. ⁊ Mat. viij. Mar. v. Luc. viij. q̄ si nō fuerit: vel dormierit nauis non ꝑueniet ad portū. Prouerb. iij. in fi. ibi. Et q̄si sopit⁹ gubernator amisso clauo. facit. vij. q. i. sciscitaris. ibi. q: si ꝑniciosuꝫ est ꝑretā. i. gubernatorē nauis a prora in tranq̄llitate nauim deserere q̄ntomagis in fluctib⁹. Hominis aūt est aliq̄s finis ad quē tota eius vita ⁊ actio ordinat: quū sit agēs ꝑ intellectū: cuius est manifeste ad finē operari: ad quē finē rector ecclesie paulus dirigit ad Rom. vi. in fi. ibi. Habētes quidē fructū in sanctificationē. de q̄ plene in ꝑma collatiōe moysi de destinatiōe monachi. ⁊ fi. i li. coll. Io. cassiodori. finē vo vitā eternā. Cōtingit aūt hoies diuersimode ad finē intētum ꝓcedere: qđ ipsa diuersitas humanoꝝ studioꝝ ⁊ actionū declarat. Indiget ergo hō aliquo dirigente ad finē. Naturale aūt homini est vt sit aīal sociale ⁊ politicū in societate ⁊ multitudine viuēs magis/ q̄ oīa alia aīalia. Unus aūt hō ꝑ se sufficiēter trāsire vitā nō pōt: vñ ē necessariū ꝙ in multitudine viuat: vt vnus ab alio adiuuetur. vñ Prouerb. xviij. Frater q̄ iuuat a fratre: quasi ciuitas firma. Hoc autem euidētissime declarat per hoc ꝙ est ꝓpium hoīs locutiōe vti: ꝑ quā vn⁹ hō alijs suā cōceptione exprimere pōt totaliter. vñ Aug. i enchiridion. Et vtiqꝫ vba ꝓpria sunt instituta: vt eis quisqꝫ in alteri⁹ noticiā cogitatiōes suas ꝓferat. xxij. q. ij. is aūt. hoc cōsiderās Salomon ait Eccle. iiij. b. Melius est duo q̄ vnū esse. hn̄t em̄ emolumentum mutue societatis. lxxxi. di. in oibus. vđ. de hoc. Sicut ergo naturale est hoi in societate viuere: sic necesse est in oīb⁹ esse aliquē ꝑ quē multitudo regat. Nā multis existentib⁹ hoīb⁹: ⁊ vnoquoqꝫ id qđ est sibi cōgruū ꝓuidēte. vñ li. iudicū. In illo tpe nō erat rex in isrł: sꝫ vnusquisqꝫ qđ rectū erat in oculis suis faciebat. Iudic. vlt. sꝫ ꝯ tales đ: Ve q̄ sapiētes estis in oculis vr̄is. Esa. v. ex̄ de cōsti. ne innitaris. Multitudo in diuersa disꝑgeret nisi esset aliq̄s q̄ haberet curā multitudinis. qđ ꝯsiderās salomō dixit Prouer. xi. b. Ubi nō est gubernator: dissipabit ppłs. Et Innocē. iij. ex̄ de ap. oblate. §. superior. ibi: ne gregi dn̄ico desit cura pastoris. ⁊ ex̄ de elec. ne ꝑ defectu. Hoc aūt rōnabiliter accidit. Nō em̄ idē est qđ comune/ ⁊ qđ ꝓpriū ē. ꝓpria q̄dē differūt: cōmunia vniunt. xxiij. q. vij. qđ autē. in oibus aūt q̄ in vnū ordinant: vnū inuenit alteri⁹ regitiuū. In vniuersitate em̄ corporū/ ꝑ ꝑmū corp⁹ scꝫ celeste/ alia corpora ordine q̄dā diuine ꝓuidētie gubernātur. oīaqꝫ corpora ꝑ creaturā rōnalē. in hoie etiā aīa regit corpus. arg. xxxviij. di. sedulo. atqꝫ inter ꝑtes aīe/ irascibilis ⁊ ꝯcupiscibilis rōne regunt. Oportet ḡ in oī multitudine aliqđ cē regimē. sic corp⁹ a capite regit. ex̄ de sacra. vnc. c. i. §. i vbi ce. Cōtingit aūt i q̄busdā q̄ ordinant ad finē recte: nō recte ꝓcedere. Recte aūt dirigit vnūquodqꝫ q̄n ad debitū finē deducit. Nō recte q̄n nō ad finē couenientē. Si ḡ nō ad bonū cōe multitudinis: sꝫ ad bonū ꝑuatū regētis regnū ordinet: erit regnū iniustū atqꝫ ꝑuersuꝫ. vñ ⁊ dn̄s talib⁹ rectorib⁹ cōminat ꝑ Ezech. dicēs. Ezech. xxxiiij. a. Ve pastorib⁹ israeli q̄ pascebāt semetipos. q̄si sua ꝓpa cōmoda q̄rētes. Phil. ij. viij. q. i. sunt in ecclia. xxiij. q. iiij. tres ꝑsonas. Nonne greges pascunt a pastorib⁹: q̄si di. sic. xcv. di. ecce. i. Pet. v. ibi. Pascite eū q̄ in vobis est gregē. Bonū siquidē gregis pastores q̄rere debent. ⁊ rectores q̄qꝫ bonū multitudinis sibi subiecte. facit. xxiij. q. viij. vt ꝓdē. ⁊ ar. vij. q. i. §. h autē. al's talis rector tyrānus vocat. noie a fortitudine ⁊ oppressione deriuato: q: scꝫ ꝑ potētiā opprimit: vt nērorh. nō ꝑ iustitiā regit. vi. di. §. fi. vñ ⁊ apud antiq̄s potētes q̄qꝫ tyrāni vocabant. Dan. iij. in ꝑn. ⁊ de hoc. s. satis. in. xij. ⁊. xxxvij. ar. Si vo iniustū regnū nō ꝑ vnū fiat: sꝫ ꝑ plures. siq̄dē ꝑ paucos holigarchia vocat. i. ꝑncipat⁹ paucoꝝ/ scꝫ q̄n pauci ꝓpter diuitias opprimūt plebē sola pluralitate a tyrāno differētes. Si vo iniquū regnū exerceat ꝑ multos: democratia noiat. i. ꝑtās ppłi/ q̄n. s. ppłs plebeoꝝ ꝑ potētiā opꝑmūt diuites ⁊ nobiles. sic eī ⁊ ppłs tot⁹ ē q̄si vn⁹ tyrān⁹. Silr ⁊ iustū regnū distri

Cōditiones regnū reddentes gl'iosuꝫ.

gul opz. Si eñi administret̃ p aliquã multitudinẽ cõi noie politia vocat̃: vtputa bellatoꝝ in ciuitate vel puincia. Si ṽo administret̃ p paucos ṽtuosos: hmõi regnũ aristocratia vocat̃. i. potentat⁹ optim⁹ vel optimoꝝ: q̃ ppter hoc optimates dicunt̃. Dañ. iij. ibi: Optimates q̃ erãt in potestatib⁹ cõstituti. ꝛ. xcvi. dist. cõstãtin⁹. in pn. Si ṽo iustum regnũ ad vnũ tm̃ ptineat: illud ppꝛie vocat̃ monarchia. ex̃ de elec. fundamẽta. §. ne aũt. ꝛ ibi d: etiã de optimatib⁹ vñ dñs p Ezech. dicit Ezech. xxxvij. g. Seruus me⁹ dauid sup oẽs erit: ꝛ pastoꝛ vn⁹ erit oim eoꝝ. Ex quo manifeste apparet/ ꝙ de ratione regis est/ ꝙ sit q̃ p̃sit: ꝛ ꝙ sit pastoꝛ bonũ cõe multitudinis: ꝛ nõ suũ q̃rens. Quia aũt multe cõitates sunt/ scz domoꝝ/ vicoꝝ/ ciuitatũ/ ꝛ regnoꝝ: q̃ pfectam cõitatẽ regit. i. ciuitatẽ vel puinciã antonomastice vocat̃ rex. Qui ṽo domũ: p̃familias. xxiij. q. iiij. duo ista. Ex dictis ḡ pꝫ/ ꝙ rex est q̃ vni⁹ multitudinẽ ciuitatis vel puincie: ꝛ ppter bonũ cõe regit. vñ Salomõ dicit Ecclesiastes. v. Vniuerse terre rex imperat seruiẽti. ¶ C Dis pmissis/ inq̃rendũ est q̃d puincie vel ciuitati magis expedit: vtrũ plurib⁹ regibus vti vel vno. Hoc aũt cõsiderari põt ex fine regiminis. Ad hoc eñi cuiuslibet regẽtis ferri dꝫ intẽtio: vt salutẽ pcuret subditoꝝ. Bonũ autẽ ꝛ salus cõsociate multitudinis est/ vt eius vnitas conseruet̃: q̃ dr̃ pax. q̃ remota socialis vite perit vtilitas. facit ad h. xxiij. q. j. noli. ibi: Bellũ gerit̃ vt pax fiat. ꝛ ibi: Si autẽ pax humana tã dulcis est p tẽpoꝛali salute ꝛc̃. qñimmo multitudo dissentiẽs sibiipsi fit onerosa. Et ſm legem multitudo onerosa nihil hꝫ honesti. in aut. de refe. i fi. coll. ij. vñ aplꝰs cõmendans fidelis multitudinis vnitatem/ dicit: Soliciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Eph. iiij. a. Manifestũ est aũt ꝙ vnitatẽ põt efficere magis q̃d est p se vnũ/ q̃ plures: sicut efficacissima cã calefactiõis est q̃d p se calidũ est: vtilius ḡ est vni⁹ regnũ q̃ pluriũ. Itẽ vniri dicunt̃ plura p appꝛopinquationẽ ad vnũ: meli⁹ ḡ regis vni⁹ q̃ pluriũ: ex eo ꝙ plus appꝛopinq̃t ad vnũ. Ea etiã q̃ ſm naturã sunt: optime se habẽt. Omne aũt naturale regnũ ab vno est. vñ ꝛ in mẽbꝛoꝛũ multitudine vnũ est q̃d pncipaliter mouet/ scz coꝛ: et in partib⁹ aie/ vna vis pncipalr̃ p̃sidet scz rõ. Et in apib⁹ vn⁹ rex: et in vniuerso vn⁹ de⁹ oim factoꝛ ꝛ rectoꝛ. ad hoc. vij. q. j. in apib⁹. ex̃ de sum. trini. c. j. ois eñi multitudo deriuat̃ ab vno. vñ vnus hõ pꝛimo fuit creat⁹: a quo oẽs eiusdẽ vni⁹ nature. vt dicit Amb. in lib. de paradiso. ꝛ ponit̃. xxxiij. q. v. nec illud. h pbat̃ experimẽtis. Nã puincie vel ciuitates/ q̃ nõ regunt̃ ab vno: dissensionib⁹ laboꝛãt: ꝛ absq̃ pace fluctuãt. vt videat̃ ipleri q̃d dñs p pphãm q̃rit̃ dicẽs: Pastoꝛes mlti demoliti sũt vineã. Hiere. xij. c. E cõtrario ṽo puincie ꝛ ciuitates/ q̃ sub vno rege regunt̃: pace cõiter gaudẽt/ iustitia floꝛẽt ꝛ affluẽtia rerũ letãt̃. vñ dñs p magno mũere p pphas suos pmittit/ ꝙ ponẽt sibi caput vnũ: ꝛ princeps vn⁹ erit in medio eoꝝ. Ezech. xxxvij. f. de hoc. s. in arti. xl. ṽ. adhuc nulli. ꝛ. ṽ. item ꝙ sit. Sicut autem regnum regis est optimum: ita regnum tyꝛãni est pessimũ. Opponitur eñi politie quidẽ democratia. vtraq̃ eñi sicut. s. ṽ. si ṽo. cũ. ṽ. seq. apparet. ẽ regnũ q̃d p plures exercet̃. aristocratie ṽo holigarchia. vtraq̃ eñi p paucos. q̃d aũt sit regnũ optimũ dñsuz est pꝛi⁹. Si ḡ optimo opponit̃ pessimũ: necesse est ꝙ tyꝛãni regnũ regni vel ciuitatis sit pessimũ. Nec etiã tyꝛãnice factiõis puersitas laudabilis erit: si regia clemẽtia tyꝛãnice subditos tractet: nec vituperet̃ oꝛdo regie p̃tãtis/ si rex crudelitate tyꝛãnica seuiat. xiiij. q. v. neq̃ si agis. Item ṽtus vnita magis est efficax ad effectũ inducẽdũ q̃ dispsa vel diminuta. Multi eñi cõgregati simul trahunt/ q̃d singulariter a singulis trahi nõ põt: sicut ḡ vtili⁹ est ṽtutẽ operantẽ ad bonũ esse magis vnã quã sit ṽtuosio: ad operandũ: ita magis est noxi⁹: si ṽtus. i. potẽtia operans malũ sit vna q̃ diuisa. ¶ D Expedit ḡ vt regnũ iustũ sit vni⁹ tm̃/ ad hoc vt sit foꝛtius/ ꝙ si in iniustitiã declinat regnũ: expedit magis vt sit multoꝛũ vt sit debili⁹: ꝛ se inuicẽ impediãt. vñ Salomon: Inter supbos semp sunt iurgia. Pꝛouerb. xiij. et/ Vbi superbia: ibi contumelia. Pꝛouer. xi. Inter iniusta ergo regimina intolerabilius est democratia. i. p̃tãs ppl̃i. quãdo totus ppl̃s sicut vn⁹ tyꝛãn⁹ est. vt. s. dixi. Pessimũ ṽo tyꝛãnis: ꝛ hoc manifeste apparet/ si quis cõsideret mala q̃ ex tyꝛãnis pueniũt: de q̃b⁹ etiam dixi. s. lxiij. ar. ṽ. tyꝛãnis. Quia eñi tyꝛann⁹ cõtempto bono cõi/ q̃rit pꝛiuatũ: cõns est vt diuersimode grauet/ ſm ꝙ diuersis passiõib⁹ subiacet ad bona aliq̃ affectãda: quia eñi passione cupiditatis dñat̃: bona subditoꝝ rapit. vnde Salomon: Rex iustus erigit terrã: vir auarus destruit eã. Pꝛouer. xxix. Si ṽo iracũdie passioni subiaceat p nihilo sanguinẽ fundit. vñ Ezech. xxij. f. Pꝛinceps ei⁹ in medio ei⁹ q̃si lupi rapiẽtes p̃dã ad effundendũ sanguinẽ. Hoc ḡ regnũ fugiendũ esse sapiẽs monet dicẽs Eccl̃i. ix. c. Lõge esto ab hoie habẽte potestatẽ occidendi: q̃si scz non p iustitia: sed p p̃tãtẽ occidit p volũtatis libidine. sic ḡ nulla põt esse securitas: sꝫ oĩa sunt incerta quñ a iure discedit̃. Nec solũ grauat tyꝛãnus subditos in coꝛpoꝛalib⁹: sꝫ etiã bona spũalia eoꝝ impedit. q̃ eñi plus p̃esse appetit q̃ pꝛodesse: oẽm pfectũ subditoꝝ impedit. ar. bo. xlvij. di. c. virũ. lxxxiij. di. nihil. suspicãs oim subditoꝝ excellentiã sue iniq̃ dñationis p̃iudiciũ. xxiij. q. vij. ꝙ aũt. ibi: Quis eñi auarꝰ q̃rit possessoꝛẽ? q̃s dñandi cupiditate inflatus/ desiderat h̃re cõsoꝛtẽ? Conant̃ eñi tyꝛãni ne eoꝝ subditi ṽtuosi effecti magnanimitatis cõcipiant spũs: ꝛ eoꝝ iniquã dñationẽ nõ ferant. Conant̃ etiã ne subditi inter se pacẽ habeãt: vt dũ vn⁹ de altero nõ cõfidit: cõtra ei⁹ dñiũ aliq̃d moliri nõ possint. Pꝛocurãt etiã tyꝛãni ne eoꝝ subditi potẽtes ꝛ diuites sint: ne talia sint eis nociua: vt ꝯ charitatem viuentes/ ꝯ se possint dicere: gaudem⁹ sup iniq̃tate/ nõ congaudem⁹ sup ṽitate. ꝯtra illud. j. ad Coꝛ. xiij. ibi: Nõ gaudet sup iniq̃tate. vñ de tyꝛanno põt dici verbũ Job: Sonitus terroꝛis semp in auribus illi⁹: ꝛ quũ pax sit semp insidias suspicat̃. Job. xv. Ex hoc aũt ꝯtingit vt dũ p̃sidẽtes: qui subditos ad virtutes inducere deberẽt: virtuti subditoꝝ nequiter inuidẽt: ꝛ eã p posse impediũt: vt sub tyꝛannis pauci ṽtuosi inueniant̃. vñ ḡ dicit Leo papa. Integritas p̃sidentiũ salus est subditoꝝ. lxj. di. miramur. ad pn. ꝛ ſm Aristo. apud illos inueniunt̃ foꝛtes viri: apud q̃s foꝛtissimi quiq̃ honoꝛant̃. Et Tullius: Iacent semp ꝛ parũ vigẽt: que apud quosq̃ impꝛobant̃. Naturale etiã est vt hoies sub timoꝛe nutriti/ i ſuilẽ degenerẽt animũ. vt. xxiij. q. vj. §. ex his. ꝛ vt pusillanimes fiãt ad oẽ opus virile et strenuũ: q̃d experimẽtis pꝫ in puincijs q̃ diu sub tyꝛãnis fuerũt. vñ Col. iij. d. Patres nolite ad idignationẽ filios vestros puocare: vt nõ pusillo aio fiãt. Salomõ: Regnãtibus impijs ruine hoim. ꝛ iterũ: Quũ impij sumpserint p̃ncipatũ: gemet ppl̃s. Pꝛouer. xxix. q̃si sub ſuitute redactus. ꝛ iterũ: Quũ surrexerint impij: abscondent̃ hoies. Pꝛouer. xxviij. c. in fi. vt tyꝛãnoꝝ crudelitatẽ euadãt. Nec est mirũ: q: hõ absq̃ rõne ſm animi sui libidinẽ p̃sidens/ nihil differt a bestia. vñ Salomõ: Leo rugiẽs: ꝛ vꝛsus esuriẽs: pnceps impi⁹ sup ppl̃m pauperẽ. Pꝛouerb. xxviij. ꝛ ideo a tyꝛãno se abscodũt hoies sicut a crudelib⁹ bestijs: q: optimũ ꝛ pessimũ regimẽ ꝯsistit in monarchia. i. in pncipatu vni⁹. Multis ppter tyꝛãnoꝝ malitiã reddit̃ regia dignitas odiosa. Quidã ṽo dũ regimẽ regis desiderant: incidunt in seuitias tyꝛannoꝛũ rectoꝛesq̃ cõplures tyꝛannidẽ exercent sub p̃textu regie dignitatis. Hoꝛũ quidem exemplũ euidẽter apparet in romana republica. Regib⁹ eñi a romano ppl̃o expulsis: dũ regimẽ vel poti⁹ fastũ et tyꝛannidem ferre nõ possent: instituerũt sibi cõsules. di. ij. quedã. ꝛ alios magistrat⁹ p q̃s ceperunt regi ꝛ dirigi. vñ ꝛ vna de autẽticis est autẽtica de cõsulib⁹. Et sicut refert Sallusti⁹: Incredibile est memoꝛatu quãtũ adepta libertate breui romana creuit ciuitas. Plurimũ nãq̃ ꝯtingit vt hoies sub rege viuẽtes/ segni⁹ ad bonũ cõe nitant̃: vtpote existimãtes id q̃d ad bonũ cõe impẽdũt: nõ sibiipsis cõferre: sed alteri sub cuius p̃tãte vident esse bona cõia. Quum ṽo nõ vident cõmune esse in potestate vnius: nõ

Vtrum expediat cõitati p vnũ aut plures regi.

Regnuꝫ iustũ vni⁹ tm̃.

Regia dignitas odiosa reddit̃.

accedūt ad bonū cōmune. quasi ad id qđ est alterius: sed
quilibet ascēdit ad id sicut ad suū. vñ in experimēto appa
ret ꝙ vna ciuitas ꝑ annuos rectores administrata/plus
pōt ītrdū: ꝙ͂ rex ꝗ haberet tres vel ꝗtuor ciuitates. Par
uaq̄ʒ seruitia exacta a regibus grauius ferunt: ꝙ͂ magna
onera si a cōmunitate ciuiū imponant. qđ in romana re
publica euenit. Nā vt scribit Titus Liuius prima decade
ꝑ totū. Plebs ꝛ ad militiā scribebat: ꝛ ꝓ militātibus sti
pendia exoluebāt. Et quū stipendijs soluēdis nō suffice
ret erariū: in vsus publicos opes cōuenere priuate/adeo
vt ꝑter singulos aureos anulos: singulaq̄ʒ decora dino
dia: que erant dignitatis insignia: nullū auri in republi
ca fundebat. Sed q: fatigabant dissensionibus ꝯtinuis:
que vsq̄ʒ ad bella ciuilia excreuerūt: ꝗbus bellis ciuilibꝰ
eis libertas/ad quā multū studuerāt: de manibus erepta
est: ꝛ sub potestate imperatorū esse ceperūt: ꝗ se reges ap
pellare noluerūt: q: romanis fuerat nomē regiū odiosuʒ.
Horū autē quidā more regio cōmune fideliter ꝓcurauerunt: ꝑ quorū studiū romana respublica adaucta est ꝛ cō
seruata. Plurimi ṽo eorū in subditos quidē tyranni: ad
hostes ṽo desides effecti ꝛ imbecilles/romanā rempubli
cā ad nihilū redegerunt. Similis etiā ꝓcessus fuit in po
pulo iudeoꝝ. Primo quidē dū iudicibꝰ regebant: vndiq̄ʒ
diripiebant ab hostibꝰ: ꝛ vnusquisq̄ʒ qđ erat bonū in suis
oculis faciebat. vt in lib. Judicū ꝑ totū. ꝛ. c. vlti. in fi. Re
gibus ṽo eis diuinitus datis ad eoꝝ instantiā. j. Regū. ix.
Propter regū malitiā a cultu vnius dei recesserūt: ꝛ fina
liter in captiuitatē sunt ducti. Tob. j. Vtriusq̄ʒ ergo peri
cula imminēt siue dū timent tyranni ꝛ euitent. regis opti
mū regnū: siue dū desiderat potestas regia in malitiā ty
rannicā cōuertat. Quū autē duo ex ꝗbus periculū immi
net/instant: id optimū eligendū est ex quo sequit minus
malū. xiij. di. c. j. ꝛ. ij. magis eñi ꝑoptandū est vnius regnū
ꝙ͂ multorū: ꝙuis ex vtroq̄ʒ sequant pericula. Nā fere om
ne multoꝝ regimē est in tyrannidē terminatū: vt in roma
na republica maxime apparet: que quū diu ꝑ magistratꝰ
administrata fuisset: exortis simultatibus dissensionibꝰ
ꝛ bellis ciuilibꝰ/in crudelissimos tyrannos crudeliter in
ciderūt. Relinquit ex dictis magis esse expediēs sub vno
rege viuere ꝙ͂ multorū. Quia ergo vnius regnū ꝑeligen
dū: qđ est optimū. ꝛ contingit ipsum in tyrannidē cōuer
ti: qđ est pessimū/vt ex dictis ptʒ. diligēter laborādū est vt
sic ꝓuideatur de rege: vt nō incidat in tyrannū. vñ neces
sariū est/vt illi qui habent officiū eligēdi talē in regē ꝓ
uideant quē nō sit ꝓbabile in tyrannidē declinare. vnde
ꝛ Grego. xiij. c. Quesiuit dñs virū ꝭm cor suū: ꝛ ꝑcepit ei
dñs/vt esset dux super populū suū. facit. viij. q. j. licet. Dein
de sic disponenda est regis gubernatio: vt regi iā institu
to/tyrannidis subtrahat occasio: sic etiā eius tēperet po
testas: vt de facili i tyrānidē declinare nō possit. ¶ E De
mū curādū est si rex in tyrannidē declinaret: qualiter pos
sit occurri. Et si nō sit excessus tyrannidis: vtilius est re
missam tyrannidē tolerare ad tempus/ꝙ͂ cōtra tyranni
dem agēdo multis implicari periculis que sunt grauio
ra ipsa tyrannide. sic eñi frequēter in tyrannide cōtinge
re solet: vt posterior fiat peior ꝙ͂ ꝑcedens/dū ꝑcedentia
grauamina nō deserit: ꝛ etiā ipse ex sui cordis malitia no
ua excogitat. Vñ siracusanis quōdam Dionysij mortem
omnibus desiderātibus: anus quedā vt incolumis et sibi
supstes esset continue orabat. Qđ vt tyrannus cognouit:
cur hoc faceret interrogauit. Tunc illa puella ait exñs/
quū grauē tyrannū haberemus/cū interfici cupiebā: quo
interfecto aliquātulū durior successit: eiꝰ ꝙ͂ fuuri dñatio
nē malā existimabāt. Tertiū importuniorē hr̄e cepimꝰ re
ctorē: itaq̄ʒ si fuerꝭ absūptꝰ: deterior timeo i locū tuū succe
det. Eēt seuissima sit tyrānis: decet ēm nō solū bōis ꝛ mo
destis: sʒ etiā dyscolis subditos eē. Hec est eñi grā si ꝑpter
cōsciētiā dei sustinet ꝗs tristitiā patiēs iniuste. j. Per. ij. c.
facit. xj. q. iij. iulianꝰ. Vñ quū multi romanorū fidē christi
ꝓsequerent tyrānice: magnaq̄ʒ multitudo tam nobiliū ꝙ͂

Expediens sub vno rege viuere.

Regi in tyrānidē declinanti qliter obuiandum.

ppl'i esset ad fidē ꝯuersa: nō resistēdo/sed mortē sustinēdo
ꝓ christo laudant: vt in sacra legione thebeoꝝ apparet.
facit ad hoc. xxiij. q. j. §. j. vñ ꝛ in veteri lege legunt occisi
fuisse hi ꝗ occiderūt Joas regē iuda: ꝙuis a cultu dei re
cedentē: eoꝝ filijs reseruatis. iiij. Reg. xij. Si aūt nō ex ꝓ
sumptione priuata: sʒ authoritate publica ꝛ cōi. rex in ty
rannū ꝯuersus: vel aliꝰ tyrānꝰ destruat/vel eiꝰ ptās ipsa
refrenet: nō est putāda talis multitudo infideliter agere
tyrannū destituēs: etsi in ꝑpetuū antea sibi se subiecerit.
q: hoc ipse meruit in multitudis regimine se nō fideliter
gerēs: vt exigit regis officiū/ꝙ ei pactū a subditis nō ser
uet. Sic roma in tyrānū Tarquiū: quē in regē susceperāt:
ꝓpter eiꝰ ꝛ filioꝝ tyrānidē. xxiij. q. v. ꝓposito. ibi: Cū vio
lenter Tarqnij regis filiꝰ a regno eiecerūt substituta sibi
minori scʒ cōsulari ptāte. Sic ꝛ domitianus ꝗ modestissi
mis imꝑatoribꝰ Vespasiano prī/ꝛ Tito filio eiꝰ successe
rat: dū tyrānidē exerceret: a senatu romano iterēptꝰ est.
oībꝰ ꝗ idē ꝑuerse fecerat ꝑ senatusconsultū iuste ꝛ salubri
ter in irritū reuocatis. Quo etiā factū est vt btūs Joan.
euāgelista dilectꝰ dei discipulus: ꝗ ꝑ ipsum domitianū in
pathmos insulā fuerat exilio relegatꝰ: ꝑ senatusconsultū
ephesuʒ remearet. ¶ Ad hāc materiā expsse faciūt. C. de
pac. cū ꝓponas. ff. de inoffi. testa. si instituta. ff. ꝓ socio. si cō
uenerit. xxviij. q. ij. si ifidelis. ibi: Nec est ei fides ꝭuāda ꝛc.
xcv. dist. esto. xxij. q. v. de forma. ex͂ de iureiur. ꝑuenit. ij. ibi:
Nec tu ei etiā si ꝓmissum tuū iuramēto vel fidei obliga
tione interposita cōditione firmasses: aliq̄tenꝰ teneris: si
cōstat ei cōditiōi minime paruisse. ex͂ de penis. ꝯstitutꝰ. xj.
q. iij. iulianꝰ. xlv. di. cū beatꝰ. ex͂ de pactis. cū ꝑdē. de renun.
lanc. ff. de cōdi. cā da. ꝛ cā nō se. si ꝗs accepto tulerit. ex͂ de
elec. cū inter. R senior. ē. j. mso. ibi: aduersarijs cōpositio
nē ipsam nolētibꝰ obseruare ꝛc. Si ṽo ad ius alicuiꝰ supe
rioris ꝑtineat multitudini ꝓuidere de rege: expetēdū est
ab eo remediū ꝯtra tyrāni nequitiā. Sic ptās archelai: ꝗ
ꝓ prē herode regnare iā ceperat: ꝛ eū in tyrānidē ꝛ ma
litiā imitabat: ꝑ cesarē augustū ptās diminuit: ꝛ inter fra
tres suos diuidit. Et tandē quū nec a tyrānide cessaret: a
Tyberio cesare relegatꝰ est i exiliū apud Lugdunū gal
lie ciuitatē. sicut narrat historia scholastica. Si aūt alius
nō esset supior tyrāno: inuocādū esset ecclie auxiliū cōtra
eū. arg. ex͂ de fo. cōpe. licet. xxiij. q. v. administratores. defi
ciēte eñi hūano auxilio/recurrēdū est ad deū vt cor humi
liet. Nā cor regū in manu dei/ꝗcūq̄ʒ voluerit inclinabit il
lud. Prouer. xxi. a. Deꝰ eñi cor assueri regis irati ꝯ iudeos
in mānsuetudinē ṽtit. Hester. v. ꝛ ꝑ totū. ꝛ Nabuchodono
sor regē crudelē ꝯuertit. Dañ. iiij. qñ. ꝛ. cū. xxiij. q. iiij. nabu
chodonosor. autē tales tyrānos supbos destruit. Eccli. x.
Sedes supboꝝ ducū destruxit: ꝛ sedere fecit mites ꝓ eis.
q: ipe est ꝗ crudelē pharaonē ꝛ ꝯ iudeos tyrānū cū exerci
tu suo deiecit in mare. Exo. iij. b. ꝛ. xiiij. f. ꝛ. xv. c. nabucho
donosor. ipse est qui nabuchodonosor superbientem in
similitudinem bestie commutauit. Dañ. iiij. de pen. dist. j.
§. ex his. ṽ. nabuchodonosor quoq̄ʒ. Ipse enim deus ꝓ
mittit pplo suo requiē se daturū a labore ꝛ cōcussione et
seruitute dura/ꝗ añ ꝭuierat. Esa. xiiij. a. ꝛ Ezech. xxxiiij. di
cit: Liberabo gregē meū de ore eoꝝ. s. pastorū ꝗ pascūt se
ipsos. ꝯ illud. j. Pet. v. Pascite eū ꝗ in vobis est gregē dñi.
xcv. di. esto. Sʒ vt ħ pplꝭ cōseq̄ bñficiū mereat: dʒ a pctis
cessare: q: in vltiōe pctī diuina ꝑmissiōe impij accipiūt pn
cipatū/dicēte dño ꝑ Osee. Osee. c. xiij. Dabo eis regē i fu
rore meo. ꝛ Job. xxxiiij. Qui regnare fac hoiem hypocri
tā ꝓpter pctā ppl'i. tollēda est ꝑ culpa vt cesset tyrānorum
plaga. ad ħ. xxiij. q. v. §. hinc notādū. vbi de ħ. ꝛ. vij. q. j. au
dacter. ꝛ ex͂ de pe. ꝛ re. cū infirmitas. ¶ F Quia aūt ꝭm
ꝑdicta regis est bonū multitudis q̄rere: nimis videt one
rosum regꝭ officiū: nisi ei aliqđ bonū ꝓpriū ex ħ ꝓueniret.
Oportet ꝑ ꝯsiderare q̄le sit boni regis ꝯueniēs pmiū. ar.
j. di. ius militare. ibi: veluti quū corona vel torꝗs donat. ꝛ
lxj. di. miramur. ad fi. ibi: nec pōt de eiꝰ ꝓuectiōe dubitari/
cui ꝓ laboribꝰ multꝭ/ꝓ moribꝰ castis/ꝓ actiōibꝰ strenuis
celsioris loci

Boni regis recōpensatio

celestis loci premiū debet. Quibusdā ergo visum est regis premiū nō esse aliud q̄ honorem & gl'iam. vñ & Tullius de republica definit principem ciuitatis alendū esse gloria. cuius rōnē Aristoteles in lib. ethi. assignat. q: princeps cui nō sufficit honor & gl'ia: consequēter tyrānus efficitur. Inest em̄ animis hoim/ vt ppter bonū querāt. viij. q. j. sunt in ecclesia. Si ergo nō fit contentus gloria & honore princeps: querit voluptates & diuicias: & sic ad rapinas & iniurias cōuertitur subditorū. Sed si hanc sniam recepimus: plurima sequētur inconuenientia. Primo nāq̄ hoc esset regibus dispendiosum: si tot labores & solicitudines paterent̄/ p mercede tam fragili. nihil em̄ videtur in rebus humanis gloria & honor fauoris hoim: quū dependeat ex hoim opinionibus. & verbis eorū q̄bus nihil mutabilius est in hoim vita. vñ & gloria flos feni dicatur. Matth. vj. j. Pet. j. d. Esa. xl. Deinde humane glorie cupido animi magnitudinē auferet. Qui em̄ fauorē hominū querit: necesse est in oi qd dicit aut facit/ vt eorū voluntati deseruiat. & sic dum placere hoibus studet: fit seruus singulorū. ar. l. di. si quis diaconus. ppter qd idez Tullius in lib. de officijs/ cauendā dicit esse gl'ie cupidinē. eripit em̄ animi libertatē: qua magnanimis viris oīs dz esse contētio. nihil aūt principem qui ad magna peragenda est/ magis decet: q̄ animi magnitudo. facit. lxxviij. di. nihil. Est ergo incōpetens regi/ ppter officiū/ humane gl'ie pmiū. pertinet em̄ ad boni viri officiū/ vt contēnat gl'iam: sicut & alia bona tpalia. Et fit quoddā mirabile. vt q: virtuosos actus cōsequit̄ gl'ia: ipsaq̄ gl'ia virtuose cōtēnitur: ex contemptu gl'ie hō gl'iosus reddatur: sm̄ sniam Fabij dicentis. Gloriā q̄ spernit: verā habebit. Et de Catone dicit Sallustius quāto min⁹ appetebat gl'iam: tanto magis asseq̄batur eā. vñ Greg. Gloria vmbre similis est: q̄ fugientē seq̄tur: & que fugit sequentem. iuxta illud Eccli. xj. Si secutus fueris: nō apprehendes. & si pcurreris non effugies. Vñ phs. Hoc solū hz humana gl'ia gloriosum: q sē appetentes fugit: & sē fugientes appetit. Ipsiq̄ christi discipuli se sicut dei ministros exhibebant: p gl'iam & ignobilitatem: p infamiā & bonā famā. ij. ad Cor. vj. Amplius ex cupiditate glorie periculosa mala sequūtur. multi em̄ dum immoderate gloriā in rebus bellicis quesierūt: se ac suos exercitus pdiderūt: libertate p̄rie sub hostiū seruitute redacta. vñ Torquatus roman⁹ princeps in exemplo huius vitādi discriminis/ filiū qui contra iperiū suū ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauit: licet vicisset: occidit. ne plus esset in psumptiōis exēplo q̄ vtilitatis in gl'ia occisi hostis. Idem scripsi. s. xlij. ar. iij. cōsimile narrat. Habet etiā cupido glorie aliud vitium familiare/ simulationis. Quia em̄ est difficile/ paucisq̄ cōtingit: veras virtutes assequi: q̄bus solis honor debet̄: multi gl'iam cupientes virtutū simulatores fiūt. ppter qd sicut Sallustius dicit. Ab initio multos mortales falsos fieri coegit: aliud clausum in pectore: aliud promptū habētes in lingua. Sed & saluator noster eos q̄ bona opa faciūt/ vt ab hoib⁹ videantur: hypocritas. i. simulatores vocat. Matth. vj. c. & xxiij. A. Sicut g̃ periculosum est multitudini: si princeps diuitias & voluptates q̄rat p pmio: ne raptor & contumeliosus fiat: ita periculosum est ne q̄rat gl'ie pmiū: & sic psumptuosus et simulator existat. psumptio aūt sm̄ Ber. de elatiōe nascit̄: sicut vera māsuetudo ex humilitate. Quid autem maior psumptio & supbia: q̄ honores appetere hui⁹ mūdi: p q̄s pdant̄ honores regni celestis: sic pdidit clarus lucifer: dicēs Esa. xiiij. In celū ascēdā. i. ad eq̄litatē dei: sup astra celi. i. sup angelos: exaltabo soliū meū q̄si rex eorū. ecce appetitus dn̄andi. similis ero altissimo. ecce contēptus subijciēdi. Sz subito pcipitat⁹ est de celo in abyssum eterne dānatiōis. vñ Lu. x. Videbā sathanā sicut fulgur de celo cadentē. Occasio aūt isti⁹ psumptiōis & noxij appetit⁹ i eo fuit ex imēsitate bonorū naturaliū. supbiuit aūt & vltra se extēdit: de nobilitate nature: peminentia potentie: subtilitate intelligentie: & arbitrij libertate. & iste est lect⁹ Og regis basan: in quo requieuit. s. supbia. ferreus/ q: superbus os frāgit. de q̄ Deut. iij. lect⁹ regis basan erat ferreus hñs. ix. cubitos lōgitudinis. & iiij. latitudinis. Og interptat̄ cōgregās seu coaceruans/ vel abscōdit⁹. Hic est lucifer suis terminis nō contēt⁹: cōgregās sibi ampli⁹ p appetitū honoris: abscōdit⁹/ q: trāsfigurat⁹ in specie boni. Dis ambitiosus rex basan. Basan cōfusio interptat̄. cōfusio ista abiectio ē & depssio. vñ Apoc. xij. ibi. Et piect⁹ ē draco ille magnus serpēs antiqu⁹: q̄ vocat̄ diabolus & sathanas. & quātū q̄sq̄ se gl'iauerit: tātū tormētū habebit. Apoc. xviij. Cōfusio ista nuditas ē ab oi bono. de q̄ Apoc. iij. ibi. vt nō appareat cōfusio nuditatis tue. De hac cōfusione Chrysosto. Quicūq̄ desiderauerit pmatū in terra: iueniet cōfusionē in celo. nec inter seruos dei cōputabit̄: q̄ primatū tractauerit. xl. di. q̄cūq̄. als est in. c. multi. Nouē cubitos habuit lectus ille: q: sup. ix. ordines angelorū se extēdere voluit. Et iiij. latitudinis: q: de. iiij. supbiuit. vt dict. & habuit imēsitatē bonorū naturaliū. vñ Ezech. xxviij. Tu signaculū similitudinis plen⁹ sapia perfect⁹ decore i delicijs paradisi fuisti dei. Dis lapis pciosus opimentū tuū. & paulopost. Repleta sunt interiora tua iniq̄tate. i. ineq̄litate. iniquū em̄ mai⁹ esse nō potuit: q̄ se deo similē in potētia facere. Et peccasti/ pcto maxime supbie. de q̄ in ps. xviij. Et emūdabor a delicto maximo. glos. i. supbia. de h̄ de pe. di. ij. principiū. q: sicut ait Bern. puidit rōnalē creaturā fore assumēdā ad eq̄litatē dei in vnitate psone: & quū se videret ceteris angelis pulchriorē: putauit q ipse eēt illa creatura. & ideo supbiuit: & h̄ supbiēdo appetijt. fuit em̄ in eo cōuinctio contraria scz nature bone. ex de sum. tri. c. j. §. diabolus. xxiij. dis. q̄ eps. & volūtatis a se male. vñ. j. Reg. xvj. Spūs dñi malus exagitabat saul. Dñi d̄r/ ppter naturā bonam. Malus/ ppter volūtatē malā. ¶ Supbi g̃ psumptuosi ad imitationē diaboli rapiūt dei potētiā duobus modis. Primo p libidinē dn̄andi. nō em̄ est naturale hoi: vt appetat dn̄ari hoibus. quū nō sit creat⁹ vt dn̄aret̄ hoib⁹: sed brutis. vñ Gen. j. Dn̄amini piscib⁹ maris & volatilib⁹ celi & bestijs terre. sed h̄ est ex appetitu diabolico. vñ Bern. Quāti vsq̄ hodie feda sequunt̄ infeliciaq̄ vestigia. imo q̄ pauci euadūt q̄bus libido dn̄andi nō dn̄et̄. quē[...] miseri. nōne iste est mons in quē ascēdit angelus: & factus est diabolus: Scdo p contemptū obediēdi suo supiori. qd similit̄ assimilat hoiem diabolo. Vñ illi q̄ contempserūt obedire Saul. j. Reg. x. dicunt̄ filij belial. qd interpretatur absq̄ iugo. Hiere. ij. A seculo cōfregisti iugū meū. vtrūq̄ aūt habet honorē appetēs. q: pesse vult/ & nō subesse. Contra istos Aug. Locus supior sine q̄ pplus regi non pōt/ etsi ita teneat̄/ & administret vt decet: tn̄ indecēter appetitur. viij. q. j. q̄ eparū. Item Ber. Quoties hoib⁹ pesse desidero: toties deū meū pire contēdo. de illo nāq̄ scriptum est Luc. ij. & erat subdit⁹ illis. Itē Grego. Supbus toties ad culpā apostasie dilabit̄: q̄ties pesse hoib⁹ delectat̄. Item Chrys. O plate tāto igne sumis caput tuū. Miror si quē contigerit saluari de ijs q̄ principant̄ in tātis ruinis & tanta pigritia. video tñ currētes: & spōte se in picula pijciētes. Item. Lu. xiiij. Villā emi. vno mō exponit̄. i. plationē multo labore acq̄siui. necnō pcio aie cōparaui. Nā dn̄iū q̄ ambit: aiam pdit. q: grām amittit: q̄ est vita aie. hanc lucifer pdens cupiditate & desiderio/ emere voluit: & sedē regni celi pdidit. Silr pm⁹ hō ambiuit: & q̄ erat dn̄s oim. Gen. j. in seruiturē oim etiā publice cecidit. & seq̄tur in Luc. Et necesse habeo exire/ ab eternorū contēplatiōe/ & animi cōsideratiōe/ & cordis cōpunctiōe. vt ait Greg. in plogo sup li. dialogorū. Et videre illā. i. studiū applicare ad tpalē gl'iaz vel alteri⁹ curā. sz d̄r: Eccl's. vij. Quid necesse est hoi maiora se q̄rere: Grandis villa est vita ppria. felix q̄ hāc custodire sufficit. Prouer. iiij. Di custodia serua cor tuū. vere hz locū hodie Cañ. j. posuerūt me custodem. i. platū. non torore scz aiarū & rerū eccl'iasticarū. xvj. q. j. in sacris canonib⁹. Iste est custos cui d̄r. iij. Regū. xx. ppe fi. Custodi virū istū: q̄ si lapsus fuerit/ erit aia tua p aia eius. Hoc d̄r

Nimia glorie et honoris cupido.

Fastosa luciferi supbia

Peccatū maximū

p͛lato:de cuius manibus requirit͛ sanguis subditoꝝ.ix. xliij.di.ephesijs.ex͂ de offi.or.irrefragabili.vbi de hoc. In vinea.i.i eccl'ia.Esa.v.Vinea dn̄i exercituū isrl' est. Mat. xxi.Malos male ꝑdet ⁊ vineā ⁊c.Vineā meā nō custodi ui:ꝯsciam meā ⁊ vitā meā.Cañ.viij.Vinea mea.i.ꝯscien tia mea coram me est. Quirem̄ recto:es hodie ⁊ custodes positi sunt in vinea dn̄i sabaoth:sunt illi q̄ vineā suā i.vi tam suā male custodierūt ⁊ custodiūt.Talib⁹ pessimis cu stodibus/nō custodib⁹ sed vastatorib⁹ vinearū/plena est eccl'ia scā dei. de ista materia satis ꝑ Bern̄. in p̄c. Mis. Posuerūt me custodē.Cōtra tales ambientes ⁊ p͛sump tuosos dicit sp̄us mendax.de q̄.iij.Regū.xxij.Egrediar ego sp̄us mēdax in ore oim̄ ꝓphetarū. ascēde in ramoth galaad.Ita clamāt cogitatiōes elatiōis in corde hoīs. Ascēde ad p̄lationē:q: sufficiēs es:optime poteris admi nistrare dignitatē cū salute aīe tue: imo magnā vtilitatē facies:q: malis q̄ iā extulerūt caput/poteris ꝯtraire: hu miles q̄ iam depssi sunt/releuare.s3 manifeste falsa sunt q̄ ꝓponit.q: multi fuerūt boni ante p̄lationē/q̄ rep:obati sunt post adeptā dignitatē.vt p3 in Saule p̄us humili.j. Reg.ix.ibi.Erat saul elect⁹ ⁊ bon⁹: ⁊ nō erat vir de filijs isrl' melior illo.Iste tn̄ postea malus ⁊ sup̄bus effect⁹/me ruit rep:obari:⁊ diabolo tradi.j.reg.xvj.ib:.Sp̄us dn̄i re cessit a Saul: ⁊ exagitabat eum sp̄us nequā a dn̄o. Ra moth aūt interp̄tat͛ excelsu3 signū: ⁊ significat dignitatē cui⁹ appetitus est certū signū rep:obatiōis. Galaad in terp̄tat͛ trāsmigrātes testes.q: ibi fit trāsmigratio de bo nitate in iniq̄tatē.ps.x. Trāsmigra in montē sicut passer. Cōtra hm̄ōi cogitatiōes elatas sanū dat͛ ꝯsiliū Prouer. xxij.Noli esse cū ijs q̄ defigūt man⁹ suas.i.p̄niūt fideiu bere ꝑ subditis.ex͂ de renū.nisi.§.verū.quū vix sufficiant ꝑ se reddere rōnē.ex͂ de accu.q̄liter.ij.⁊ q̄ vades.i.fideius sores ⁊ se offerūt ꝓ debitis.i.aīam suam obligāt ꝑ pctis oim̄ s̄bditoꝝ.De materia āḃitōis.xl.di.añ oīa.c.q̄cūq3.lxj. di.miramur.j.q.j.p̄ncipat⁹.c.nō ē putāda.i fi.c.q̄cq̄d.c.or dinatiōes.c.si q̄s neq3.c.nullus itaq3 ꝑ ambitū.⁊.q.vj.si cut.⁊.q.vij.sanxim⁹.xlvij.dist.mirū.viij.q.j.in scripturis.c. sciendū.c.q̄ ꝯparū.c.si ergo.ex͂ de elec.q̄liter. ex͂ de rescrip. p.quia.li.vj.de con.p͛c.detestāda.li.vj.ff.ad le.iul'.de am bitu.ꝑ totū.lxxix.di.si q̄s papa.ex͂ de elec.in plerisq3.in cle men.⁊.c.cū ꝯcessa ibidē. Adde hic qd̄ scripsi.j.in.ij.p͛c. in ij.c.tre.in ar.v.in.§.iuxta tropologiā.⁊ in ar.x.§.postq̄.§. ambitiosa.cū.§.seq.⁊ in.ij.p͛c in.§.expeditis.in ar.lxxiiij.

❡ Qd̄ autē dictū est.s.regis p̄miū esse honorē ⁊ glo:iā: quātū ex dictis sapientū apparet:nō ea rōne gl'iam ⁊ ho norē ꝑ p̄mio p̄ncipi decreuerūt:tā͞q ad h' p̄incipalit͛ ferri debeat boni regis intētio. S3 q: tolerabili⁹ est: si glo:iā q̄rat vl' cupiat/vl' voluptatē sectet͛.Hoc em̄ vitiū ꝯtrm p pinqui⁹ ē.quū gl'ia quā hoies cupiūt nihil aliō sit (vt Au gu.definit) q̄͞ iudiciū hoim̄ bn̄ de hoībus opināntium.Cu pido ergo gl'ie aliqd̄ h3 virtutis vestigiū:dū saltē bonoꝝ approbationē querit:⁊ eis displicere recusat. Paucis er go ad virtutē venientibus/tolerabilius videt͛ si p͛ferat͛ ad regnū qui vel iudiciū hominū metuens/a malis ma nifestis retrahit͛.Qui em̄ glo:iā cupit:aut vera via ꝑ vir tutis opa nititur vt ab hoībus approbet͛:vel saltem dolis ad hoc tendit atq3 fallacijs:aut ꝑ apertissima scelera q̄rit obtinere qd̄ diligit.vnde bestias superat siue crudelitat͛ siue luxurie vitijs.sicut in Nerone ⁊ Cesare p3. cuius vt Aug.dicit.fuit tanta luxuria:vt nihil putaret͛ ab eo virile metuendu3. Tanta crudelitas: vt nihil molle h̄re puta retur.Hoc aūt satis exp:imit͛ ꝑ id qd̄ i eth̄.Aristoteles di cit de magnanimo:q̄ nō querit gl'iam ⁊ hono:ē: nec ali quid magnū est qd̄ sit virtutis sufficiēs p̄miū. ❡ Qm̄ g̊ mūdanus hono: ⁊ hoim̄ glo:ia regie celsitudinis suffici ens p͛miū nō est:inq̄rendū restat quale sit sufficiēs p͛e miū.Est aūt ꝯueniens vt rex premiū expectet a deo. mi nister em̄ ꝓ suo ministerio p̄miū expectat a suo dn̄o.Rex aūt ppl'm gubernādo minister dei est dicēte ap'lo Roma. xiij.a.Qd̄ oīs ptās a dn̄o deo est.⁊ ibi. dei em̄ minister est

Gloria nō est regal' dominij p̄miū.

vindex in irā ei qui malū agit.⁊.xxiij.q.v.nō solū. ⁊.c.qui malos.xxij.q.ij.qui monet. xxiij.q.j.q̄d culpat͛. ⁊ Sap.vj. Reges regni dei ministri esse describunt͛. Reges g̊ deb̄ꝫ p:o suo regimine p͛miū expectare a dn̄o.xxiij.q.iiij.si nō ex fidei.Remunerat aūt interdū deus reges ꝓ suo mini sterio bonis tp̄alibus.xxiij.q.v.§.hinc notandū.sicut ali os.xxij.q.ij.si quelibet.sed taliū p̄mia sunt bonis malisq3 cōmunia.vn̄ Ezech.xxix. Nabuchodonosor rex seruire fe cit exercitū suū seruitute magna aduersus tyrum:⁊ mer ces nō est reddita ei neq3 exercitui eius de tyro ꝓ seruitu te q̄ seruiuit mihi aduersus eā.ea sc3 seruitute qua ptās: s̄m ap'lm Rom̄.xiij.dei minister est videx in irā ei qui ma le agit.❡ Et postea de p̄mio subdit.ꝓptera hec dicit dn̄s deus.Ecce ego dabo Nabuchodonosor regē baby lonis in terra egypti.⁊ diripiet spolia eius:⁊ erit merces exercitui eius.Ezech.xxix.d.Regib⁹ aūt bonis mercede3 dabit eternā.j.Pe.v.ibi. Pascite q̄ in vobis est gregē dn̄i: vt quū venerit p̄nceps pastoꝝ: ch:istus sc3: ꝑcipiatis im marcessibilē gl'ie coronā.xcv.dis.esto.de qua corona Esa. xxviij.Erit dn̄s sertum exultatiōis ⁊ diadema gl'ie ppl'o. Ista corona est btitudo p̄ie.btitudo aūt d͛ bonū ꝑfectū: cōp:ehendens oīa desiderabilia.tale aūt nō est bonū ter renū qd̄ nū͞q satiat.xxiij.q.iiij.quid dicā.Quū g̊ nihil ter renū quietare possit aīam:neq3 terrenū aliqd̄ btm̄ facere pōt:vt esse possit regis ꝯueniēs p̄miū. vn̄ Aug.li.v.de ci ui.dei.c.xxiiij.Ch:istianos p̄ncipes nō felices dicimus:q: diu imperarūt: vel imperātes filios morte placida reliq̄ runt:vel q: hostes reipublice domuerūt. vel inimicos ci ues aduersus se insurgentes cauere ⁊ opprimere potue rūt:s3 eos felices dicim⁹. si iuste imp̄ant: si malūt cupidi tatibus p:auis q̄͞ q̄buslibet gentib⁹ imp̄are:si oīa faciunt nō ꝓpter ardo:ē inanis glo:ie/s3 ꝓpter charitatē felicita tis eterne.Tales ip̄atores ch:istianos esse dicim⁹ felices: interim spe:postea re ipsa futuros: quū id qd̄ expectam⁹ aduenerit.s̄.posui.xxxvij.ar.§.item p̄bus. Item nihil est qd̄ hoiem btm̄ possit facere ei⁹ implēdo desideriū.s̄.nisi deus. Ps̄.cij.Qui replet in bonis desideriū tuū.August. Tante dignitatis est humana cōditio:vt nullū bonū p͛e ter summū bonū ei sufficere possit. Ps̄.lxxij.Quid enim mihi est in celo:⁊ a te q̄d volui sup̄ terrā: sequitur. Mihi adherere deo bonū est: ⁊ ponere in dn̄o deo spem meam. Ipse est q̄ dat salutē regibus.s̄m ps̄.cxliij. Nō solū tp̄alē: qua cōiter saluat hoīes ⁊ iumēta.vt in ps̄.xxxv. Hoies et iumēta saluabis ⁊c.sed etiā sp̄ualem.de qua Esa. dicit li. c.Salus aūt in sempiternū erit.qua hoies saluat:eos ad equalitatē angeloꝝ ꝑducens.Sic g̊ verificari pōt q̄ regi p̄miū sit hono: ⁊ glo:ia. Quis em̄ mūdanus ⁊ caducus hono: huic hono:i similis eē pōt:vt hō ciuis sit dei.Eph. ij.⁊ domesticus dei:⁊ inter filios dei cōputat⁹: ⁊ heredi tatē regis celestis assequat͛ cū ch:isto: heres dei: coheres ch:isti:s̄m ap'lm.Rom̄.viij.de hoc hono:e ps̄.cxxxviij. Ni mis hono:ati sunt amici tui de⁹ ⁊c. et iteru ps̄.viij. Glo ria ⁊ hono:e co:onasti eū ⁊c.Hec est glo:ia q ꝯfitebit͛ su os ꝯfesso:es in gl'ia p̄ris ⁊ co:am angelis filius.Math. x.d.Qui hanc gl'iam.de qua.j.Co:.iiij.Lu.xiij.ps̄. cxlix. glo:ia hec est ⁊c.querūt:eā inueniūt. ⁊ q̄ eā non querunt: humanā ꝯsequūtur.Cōsiderādū est etiā q̄ eminenter obti nebunt btitudinē dei:q̄ officiū regiū laudabilit͛ exequū tur.tum q: se ⁊ alios regūt.tum q: bonū multitudinis di uini⁹ est q̄͞ vni⁹.tum q: si a deo dat͛ p̄miū cuiq3 ꝓuare ꝑso nē:si egēti subueniat.Math.xxv.lxxxvj.di.pasce.si discor dantes pacificet.xc.di.c.j.⁊.c.p̄cipim⁹.si oppssum a poten te eripiat.ps̄.lxxi.⁊.lxxxj.si liberauit pauperē a potēte.xxiij. q.iij.ab imparo:ib⁹.quāto magis laudādus est ab hoīb⁹/ ⁊ p̄miādus a deo:q̄ totā ꝓuinciā facit pace gaudere:vio lētiā cohibet:iustitiā seruat: ⁊ dispōit q̄d sit agēdū ab ho minib⁹/suis legib⁹ ⁊ p͛ceptis:Tu3 q: p̄cipue magnitudo regie ꝟtutis p̄cipue dei similitudine gerit:dū hoc agit in regno qd̄ deus in mundo.vn̄ in Exo.xviij.c.iudices mul titudinis vocant͛ dij. Imperato:es etiā apud romanos

btitudo regum merces

Gloria quā reguū dicunt p̄miū.

dñ vocabant.⁊ leges vocāt imperatorē diuū. Item Gre-
go. Quid est regnū multitudinis: nisi tēpestas mentis?
quieto aūt mari/⁊ imperitus nauē dirigit. turbato autē
tēpestatis fluctibus/etiā peritus nauta se ꝯfundit. vnde
plerūq; in occupatione regiminis ipse q̄ boni opis vsus
ꝑditur. q̄ in trāquillitate tenebat. Ualde em̄ difficile est
vt inter linguas sublimiter honorantiū: ⁊ obsequia hu-
militer salutantiū nō extollant̄ pncipes. s3 sese hoies me-
minerint. ⁊ Eccli. xxxi. Beat⁹ diues q̄ post aurū nō abijt.
⁊ fm ꝓuerbiū. Principatus virū ostēdit. multi ad pnci-
patus culmen ꝑuenientes/a virtute deficiūt. q̄ dū in sta-
tu infimo essent/virtuosi videbant̄. vñ dr. Honores mu-
tant mores. dicebat Archidiaconus. imo detegunt. vt in
Saule prius humili: in regno supbo. j. Regū. xv. Ipsa er-
go difficultas q̄ pncipibus iminet ad bene agendū: eos
facit maiori premio dignos. xl. dist. ante oia. Et si aliqñ ꝑ
infirmitatē peccauerint: apud hoies excusabiliores red-
dūtur: ⁊ facilius a deo veniā ꝓmerent̄: si/vt Augu. ait/ꝓ
suis pctis humilitatis ⁊ miseratiōis ⁊ orōnis sacrificiū
deo suo vero nō negligūt imolare. vñ de Achab rege isrł
dñs ad Heliam. q: humiliat⁹ est achab ⁊c. nō inducā ma-
lum in dieb⁹ eius. iij. Reg. xxi. de pe. dist. iij. talis mihi. sub
§. ecce. ⁊. c. sicut achab. De pmio excellenti regum. Zach.
xij. ibi. sed domus dauid erit sicut dom⁹ dei. q: simul sicut
regendo fideliter dei officiū gessit in pplo: ita in pmio ei
ꝓpinquius inherebit. vñ ⁊ antiq̄ ciuitatū rectores atq; cō-
seruatores in deos trāsformari putabāt. Uñ ⁊ sicut psby-
teri q̄ bene psunt/duplici honore digni sunt. j. ad Timo.
v. ⁊. xcv. di. ecce ego. sic ⁊ boni reges hic ⁊ in futuro singu-
lari honore. Et de hoc loquit̄ christus in parabola de ser-
uo bono ⁊ fideli acquirenti de vna mna. x. q̄ ꝯstituit̄ sup. x.
ciuitates. ⁊ de alio lucranti de vna. v. cōstituto sup. v. ciui-
tates a dño. Luce. xix. simile Matth. xxv. in parabola de
talentis. Et sicut boni reges ampliori glīa in celestibus
digni sunt: q̄ eoꝝ subditi: sic ⁊ tyrāni ampliori tormēto in
gehēna puniet̄. ar. xi. q. iij. pcipue. xxv. q. j. nulli fas. Nā po-
tentes tyrāni potenter tormenta patient̄. Sap. vi. viij. q.
ij. illud. imo ⁊ hec tpalia bona ꝓpter q̄ tyrāni iustitiā dese-
runt: magis ad lucrū ꝑueniūt regibus: dū iustitiā seruāt.
Nam iustitia amicitiā seruat. q̄ amicitia virtuosos in vnū
conciliat: virtutē conseruat/atq; ꝓmouet. nec est alicuius
tyrāni tanta crudelitas. q̄n amicitia delectet̄. Nā Dionys-
sius in Sicilia syracusanoꝝ tyrānus crudelissimus/quū
duoꝝ amicoꝝ q̄ Damon ⁊ Pythias dicebant̄: alterū occi-
dere vellet: is q̄ occidēdus erat/inducias ipetrauit: vt do-
mū ꝓfectus res suas ordinaret. Alter vo amicoꝝ obsidē
se tyrāno ꝓ eius reditu dedit. appropinquāte aūt ꝓmis-
so die: nec illo redeūte: vnusquisq; fideiussorē stultum ar-
guebat. at ille nihil se de amici ꝯstantia metuere predica-
bat. eadē aūt hora q̄ fuerat pfixa/occidendus redijt. Ad-
mirans aūt animū amboꝝ tyrānus/suppliciū ꝓpter fidē
remisit: ⁊ se petijt eoꝝ amicitie sociari. Rex aūt bonū cōe
querēs/oēs suos subditos diligit: ⁊ ab eis diligit̄. vnde
ex hoc fit regnū stabile. Uñ ⁊ refert Suetonius q̄ Juli⁹
Cesar milites suos adeo diligebat. vt audita quorūdam
cede/capillos ⁊ barbā ante nō deposuerit q̄ vindicasset.
q̄bus rebus sic deuotissimos ⁊ fortissimos milites reddi-
dit: q̄ pleriq; eoꝝ capti ꝯcessam sibi libertatē sub ea cōdi-
tione si militare aduersus cesarē vellent recusarēt. Octa-
uianus etiā Augustus q̄ modestissime imperio vsus est/
intantū diligebatur a subditis: vt pleriq; morientes victi-
mas quas deuouerant imolare mandarent. q̄ eū supsti-
tem reliquissent. vñ ⁊ Salomon Sap. vi. Rex q̄ iudicat
in iustitia populos pauperes: thronus eius in eternū fir-
mabit̄. ¶ H Tyrānoꝝ vero dñium diuturnū esse nō pōt:
quū sit multitudini odiosum. Nam tyrāni regnū solo ti-
more sustentat̄: vñ ⁊ timeri se a subditis tota intentione
pcurant. Timor aūt est debile firmamentū. nam q̄ timo-
re subduntur: si occurrit occasio qua possint in ptātē spe-
rare: ꝯtra presidentes insurgūt eo ardentius quo magis

[margin: Uis amicitie.]

[margin: Damōis ⁊ pythie amicitia]

[margin: Nō diuturnū tyrāni dominiū.]

cōtra voluntatē ex solo timore cohibent̄. vñ Aug. Qui ex
timore peccare desinit: voluntatē peccādi habet. viuit er-
go in eo peccandi volūtas: q̄ tunc apparet in opere si se-
quat̄ impunitas. sed peccare nō vult charitas: etsi sequa-
tur impunitas. Ad hoc faciunt. iiij. dist. facte. xxiij. q. vi. §.
ex his. et̄ de regu. iur. qui ex timore. vbi de hoc. Non pōt
ergo dñium tyrāni diuturnū esse. vñ ⁊ Aristote. in suis po-
liticis multis tyrānis enumeratis/oim monstrat dñium
breui tpe fuisse finitū: quoꝝ tn̄ aliqui diutius pfuerunt: q:
¶ Tertio ecclesia diciť vniuersalis quātū ad tēpus. quia incepit ab initio mundi: ⁊ vsq͂ in fine duratura est. Un̄ dicitur incepisse ab Abel iusto. vñ Grego. in homilia super Mat. xx. Simile est regnū celorū homini patrifamilias qui exijt ⁊c̄. Qui habet vineā scʒ vniuersam ecclesiā: que est ab Abel iusto vsq͂ ad vltimū electū qui in fine mundi nasciturus est: quot sanctos protulit quasi tot palmites misit. Isido. m̄ dicit q̄ ecclesia inchoauit a loco vbi venit de celo spūssanctus: ⁊ impleuit vno loco sedētes. Act. ij. Qd̄ verū est q̄ ibi inchoauit quantū ad ei⁹ plenitudinē in psonis ⁊ gratijs: q: iam venerat plenitudo temporis in quo misit deus filiū suū. Gal. iiij. Tunc etiā inchoauit quantū ad ei⁹ dilatationē: ⁊ quantū ad fidē explicitā ⁊ reuelatā. Similiter aūt ab exordio humani generis cepit. ab Abel aūt cepisse diciť propter eius innocentiā. De hoc tractaui latius. s. in pn̄. isti⁹ operis in illo ar. Qr ante fuit ecclesia q̄ imperiū in. xxxvj. ar. Unū aūt ecclesie corpus cōstituūt qui ante christū ⁊ post christum fuerūt. quorū oim ipse est caput. ad Col. j. ex̄ de sacra vnc. c. j. q: ⁊ qui preibāt ⁊ q̄ sequebātur clamabāt. Osanna benedict⁹ qui venit in noie dñi. Matth. xxj. Mar. xj. Luce. xix. ⁊ Joā. xij. Un̄ magister Hugo de sancto victore. Uerbū incarnatū rex noster est: qui in hūc mundū venit cum diabolo pugnaturus. ⁊ oēs sancti qui ante aduentū eius fuerunt quasi milites sunt: ante regis faciē precedentes. ⁊ qui postea veniunt vsq͂ in finē mundi milites sunt regē suū subsequentes. Ipse rex medius est in exercitu suo hinc inde vallatus incedens ⁊ stipatus agminibus suis. Quod quidē hodie signatū est in hoc q̄ q̄ precedebāt ⁊ qui sequebanť clamabāt Osanna in excelsis. vnde ⁊ glos. super predictū locū Mat. ait. Primitiui patres ⁊ eorū sequaces cū magno affectu fatebātur q̄ salus adscribenda est homini a verbo dei assumpto. Eadē quoq͂ fides est precedentiū ⁊ sequentiū: q: credebāt futurū qd̄ nos credimus iā factum. In hoc autē q̄ ecclesia diciť vniuersalis quantū ad tēpus intelligiť illa duplex cōditio regni ecclesiastici q̄ est antiquitas ⁊ perpetuitas. ¶ Quarto eccl'ia diciť vniuersalis quantū ad status q: cōprehendit tam illos qui sunt in statu cōprehensorū q̄ illos q̄ sunt in statu viatorū. vt. s. dictū est. Nec solū hoies: sed etiā angelos. Un̄ ecclesia sic sumpta diciť cōgregatio oim illorū qui sunt christi mēbra qualitercūq͂. sic sumitur de peni. dist. j. ecclesia. Ecclesia vero pro hoc statu presenti diciť congregatio fideliū. sic sumitur de cōse. di. j. ecclesia. Pro futuro aūt statu dicitur ecclesia etiā congregatio cōprehensorū. sic sumitur in ps̄. cxlix. In ecclesia sanctorū. ¶ Quinto dicitur ecclesia vniuersalis quantū ad doctrinā. q: in ea est vna doctrina vniuersalis de omnib⁹ necessarijs ad salutē: ⁊ omni generi hominū conueniens. iiij. di. erit aūt. xxv. q. j. que ad perpetuā. sicut enim est vnū regnū ecclesie: ita oportet q̄ sit vna scientia ⁊ lex. alias diuisio legis vel sciētie diuisio esset regni ⁊ desolatio. quia hoc est ex ijs q̄ spectant ad salutē. supra. §. xxi. ⁊. est tñ considerandū. vt est expressum. xxv. q. ij. si ea. ¶ Sexto ecclesia diciť vniuersalis quantū ad remediū. q: curat vniuersaliter oia hoim peccata: ⁊ omnia hoim cōtinet sufficientia remedia ⁊ vniuersalia septē. scʒ sacramēta: que ab vno remedio salutari per qd̄ omnes liberanť efficaciā sortiuntur: scʒ a christo. ex̄ in clemen. fidei. §. ij. Et ideo ecclesia dr̄ vniuersalis: q: vniuersalem continet viā anime liberāde. scʒ christū: qui de se ait Jo. xiiij. Ego sum via veritas ⁊ vita. Un̄ dicit Augu. x. de ciui. dei de christiana religione loquens. Hec est religio que vniuersalē continet viam anime liberande. hec eñ est quodāmodo regalis via: que ducit ad regnum nō tēporali fastigio nutabundū: sed eternitatis securitate securum. Nam que alia est vniuersalis anime liberande: nisi qua vniuerse anime liberantur? Ac per hoc sine illa nulla aīa liberatur. Hec est inquā liberādorum credentiū vniuersalis via: de qua fidelis Abraam diuinū accepit oraculū. In semine tuo benedicentur oēs gentes. Gen. xxij. Gal. iij. Hec est vniuersalis via: de qua in sancto pphēta dictum est. ps̄. lxvi. Ut cognoscamus in terra viā tuam: in oibus gentibus salutare tuū. Omnib⁹ ergo modis dicitur ecclesia vniuersalis. De cuius vniuersalitate quantū ad aliquos predictorū modorū dicit Isid. in lib. de origine officiorū. Ecclesia vocatur ppriе q̄ oēs ad se vocet: atq͂ in vnum congreget. Catholica aūt ideo dicitur: q: per vniuersum mundū est cōstituta. Uel qm̄ catholica. i. generalis in ea doctrina est ad instructionē hominū de visibilibus atq͂ inuisibilib⁹ rebus celestiū ⁊ terrestriū. Uel pp̄ter omne hominū genus ad pietatis subiectionē tam principū q̄ qui principātur oratorū ⁊ idiotarum. Ex omni eñ genere hominū colligenda est ecclesia: etiā ab ijs qui fastu ⁊ superbia seculari a fide ⁊ humilitate videntur aberrare. Uel dr̄ vniuersalis propterea q̄ generaliter curat oim peccata q̄ per corpus ⁊ animā perficiūtur. de peni. di. iij. sunt plures. De vniuersalitate etiam ecclesie dicit Boe. in li. de trinitate. Christiane religionis reuerentiā plures vsurpant: sed ea fides pollet maxime ac solitarie: que tum pp̄ter vniuersaliū precepta regularū quibus eiusdē religionis integratur authoritas: tum pp̄terea q̄ eius cultus per oēs pene mūdi terminos emanuit: catholica vel vniuersalis vocatur.

Precepto rum christianorū regule cur vniuersales.

¶ Dicūtur autē regule vniuersales preceptorū in religione christiana: q: nō vni populo sicut lex filijs israel: nec vni sexui sicut circūcisio masculis. ex̄ de bap. maiores. sed omni populo oi sexui omni deniq͂ etati atq͂ cōditioni indicunť. Una eñ fides: vnuʒ baptisma: vnus sacrificij ritus: vna charitas: vna spes oibus predicatur. ¶ Uel dicuntur vniuersales regule: q: eis nihil falsitatis nihil iniquitatis admiscetur in quocūq͂ ar. vel casu. ix. dist. si ad scripturas. cum. ij. c. seq. Uel dicūtur vniuersales regule: quia totā vitā hominis ⁊ omne quod ad ipsum quolibet modo pertinet cōtinent et ordinant. iij. di. regula. In lib. etiam de fide christiana de vniuersalitate ecclesie dicit idē Boetius. Dat christus formā discipulis suis baptizandi ⁊ docendi salutaria: efficaciā quoq͂ miraculorū: atq͂ vniuersum mundū ad vitā precipit introire. vt predicatio salutaris non iam in vna tantū gēte sed orbi terrarū predicaretur. Diffundiť ergo per mundū celestis illa doctrina: adunantur populi. instituūtur ecclesie. fit vnū corpus qd̄ mundi latitudinē occuparet.

Christiane religionis incrementa qualia fuere.

Quam vero mirabiliter sit ecclesia dilatata ⁊ diffusa per mundū vt merito ex hoc vniuersalis dicať: hinc patet: q: non armis aut ciuili potētia creuit ecclesia: neq͂ magicis artibus: vt quidam heretici garrientes dixerūt quod pulchre improbat Aug. xviij. lib. de ciui. dei. sed euāgelij predicatione: diuine potentie miraculis: virtutū exemplis: sanctorum patientia: periculis ⁊ laboribus: ⁊ sanguinis effusione: et varijs passionum et tribulationum generibus. xij. q. j. futuram. in prin. vnde Maximus. Nouerimus itaq͂ quia nō sine magno discrimine de religionis veritate disputamus: quam tantorū sanguine confirmatā videmus. Deinde q̄les fuerint ipsi primi predicatores

res per quos mūdus credidit:⁊ ecclesia creuit per totum orbem:notū est.quia nō potētes ſm seculū: sed pauperes. non sapiētes mundi sapiētia:sed idiote. Act.iiij.ibi. Uidētes aūt Petri constantiā.⁊ Jo.ix.per totū.ꝙ hoies essent sine literis ⁊ idiote ⁊c.non nobiles:nō diuites: sed hoies infirmi ⁊ illiterati : ignobiles et pauperes piscatores. de hoc.j.ad Cor.j.extra de ꝓben.venerabilis.vn̄ Damascē. li.iiij. Euangeliū cognitionis dei predicatū est:non bellis ⁊ armis:⁊ exercitū aduersariorū deuincens: sed pauci/nudi/pauperes/idiote/persecuti/verberati/mortificati/crucifixum in carne ⁊ mortuū ⁊ resurgentē predicantes/sapientibus preualuerūt. Itē Chrys.sup Matth. homilia.xvj. Si aūt hoies duodecim orbem terrarū conuerterunt:excogita quāta est nostra malitia:quū tanti existentes/eos qui regūtur non possumus corrigere:quos decē milibus mūdis oportebat sufficere. Sed signa eius habebāt : sed nō signa eos mirabiles fecerūt. Multi enim etiā demones proiiciētes/quia iniquitatē operati sunt/non sunt facti mirabiles:sed puniti.j.q.j.teneamus. Sed quid inquā est qđ eos ostendit magnos? Pecuniarū contēptus: glorie despectus:ab oibus huius vite negotijs exemptio:que si nō habuissent/etsi decē milia mortuorū suscitassent:nō solū nulli profecissent/sed ⁊ seductores existimati essent. Est igitur ecclesia catholica.i.vniuersalis.ac inde qui ab vniuersalitate recedūt:nō catholici/sed heretici quasi diuisi recte vocātur. vt colligit.j.q.j.catholicā.c.hi qui.c. si quis confugerit.c.arrianos.ibi.qm̄ cū a catholica eorū actores discederent ⁊c.xxiij.q.iij.pro mēbris.ibi. seruientes principibus nostris aduersus ecclesiā catholicā ⁊c. xxiiij. q.iij. cū quibus.in p̄n.⁊.c.inter schisma. ❡ I Ex hoc autē ꝙ ecclesia vniuersalis dicit:potest accipi/alia cōditio eius: scȝ ꝙ sit copiosa ⁊ sibi sufficiens.quanto eīm multitudine est vniuersalior:tanto sufficiētior: propter mutuū adiutoriū eorū qui sub hac vniuersalitate continent. vel q: ecclesia pōt alio modo dici vniuersalis:propter spiritualiū bonorū multitudinē/que in ea est:de christi fonte ꝓcedens: q: de plenitudine eius accipit ecclesia suā plenitudinem. Joā.j.ideo ex eo ꝙ vniuersalis dicit/eius copiositas insinuat. ❡ Illud etiā pretereundū non est. ꝙ sicut ecclesie vniuersalitas nō tollit ei⁹ vnitatē: vt ex dictis in precedēti.§.pȝ:sic nec eccl'ie vnitas tollit ei⁹ vniuersalitatē. Immo in ipsa vniuersalitate datur intelligi vnitas. Un̄ dicit Isid.viij.lib.ethymol.ꝙ vniuersalitas ab vno cognominata est.ꝓpter qđ in vnitatē colligitur. Nā in logica vniuersale dicitur qđ multa in vnū colligit : q: est vnū in multis ⁊ de multis.accipitur eīm ab intellectu ex conuenientia ⁊ cōformitate multoꝝ. omnis aūt conuenientia vnitas est. Est igit ecclesia ita vna/ꝙ vniuersalis: ⁊ ita vniuersalis/ꝙ vna. Un̄ propter vnitatē ⁊ vniuersalitatē pariter vere potest dici respublica:vn̄ ⁊ ei cōparatur. C. de sacro.eccle. vt inter diuinū. Nā respublica est res populi. Popul⁹ aūt est multitudinis cetus iuris cōsensu ⁊ vtilitatis cōmunione sociatus. vt pȝ ex definitione Tullij. quam Aug. sepe inducat. Immo ſm hanc definitionē nulla cōitas dr̄ vere respublica/nisi eccl'iastica:q: in ea sola est vera iustitia/⁊ vera vtilitas/⁊ vera cōmunio.ar.xij.q.j.dilectissimis. ❡ L

Sctitas quid sit.

Et sup hec vlteri⁹ demonstrandū ꝙ ecclesie regnū est sanctū:⁊ quō. Circa qđ primo videndū qđ est sanctitas. Definitionē autem sanctitatis ponit Dionysius.c.xij.de diuinis noibus/dicēs. ꝙ Sanctitas est ab omni immūditia libera ⁊ perfecta et oino immaculata mūditia. Tamen ſm Cassiod.in lib.collationū. collatione theone de nocturnis illusionibus. in plus se habet immacular⁹ ꝙ sanctus. Secūdum hoc igit dicitur ecclesia sancta q̄ ab omni immunditia munda est in se.xxj.dist.quāuis.in fi.de peni.dis.j.ecclesia.⁊ in qua est mundicia predictas tres cōditiones habens. Est enim in ea mūdicia libera:q: a cuiuslibet immunditie seruitute libera existit.q: qui facit peccatum:seruus est peccati. Joā. viij.ij. Pet.ij.⁊ Roma.vj. Et in ea mūditia perfecta; quia nihil ei mūditie deficit. Perfectū enim est/cui nihil deest. Est in ea mūditia immaculata: quia nullo extrinseco vel intrinseco inquinari valet.arg. xv.q. vlti. sciscitantibus. ❡ L Et vt specialius aliud dicat de sanctitate ecclesie in se: Sciendū ꝙ ad sanctitatem requiritur carentia immūditie. vt pȝ ex definitione supra posita. Est aūt duplex immūditia creature rationalis. Una quidē culpe:alia vero erroris/aut ignorantie.⁊ vtraqȝ harū distinguitur ſm diuersitatem culparū ⁊ errorum. Ab immūditia culpe liberatur ⁊ mūdatur creatura rationalis per gratiam:per quā fit remissio peccatorū.de peni.dist.j. nemo potest.⁊.c. quantūlibet.de cōse.dist.iiij.sine penitētia. Ab immunditia vero erroris ignorantie mundatur per sacram doctrinam.xxxvij.dist.§.si.cuius principiū est fides cuius est purificare corda.vnde Act.xv. Fide purificās corda eorum. Et q: ad bene operādum sacra scriptura dirigit: ⁊ gratia adiuuat:ideo ecclesia sancta dicitur ꝓpter opera bona ⁊ virtutes. Et quia gratia cōfertur in sacramētis.j.q.j. multi.⁊.c.quicquid.⁊ extra de sacra vnc.c.j.ideo ecclesia sancta dicitur:quia per gratiā sanctificatur ⁊ mūdatur . Sunt eīm sacramenta remedia sanctificationis cōtra immūditiam ois peccati.ar.xv.q.vlti.sciscitantibus. Et quia per gratiā deus nobis inhabitat ipse:ideo ecclesia sancta dicit.quia per diuinam presentiā ⁊ inhabitationem sanctificatur.vn̄ in ps̄.xlv.dicitur. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. Deus in medio eius non cōmouebitur.⁊ iterum in ps̄.xcij. Domū tuam decet sanctitudo dn̄e. extra de immu.ec. decet.lib.vj.⁊.j.ad Cor.iij. Templū dei sanctū est:qđ estis vos.vide etiam.j.Cor.vj.⁊.ij.Cor.vj. Huius tēpli signū est materiale templū:quod propter hoc ecclesia vocatur: cuius cōsecratio per episcopū/sanctificationē fideliū demōstrat per christū/qui est sanctus sanctorū.vt dicit Dan. ix.c.sicut ⁊.j. Joā.ij.dr̄. Unctionē accepistis a sancto.id est a christo.vnctionē scȝ interiorem:qua ⁊ ipe vnctus est pre cōsortibus suis.ps̄.xliiij. De cuius vnctionis plenitudine nos omēs accipimus. extra de sacra vnc.c.j. Hec aūt ecclesie sanctitas ⁊ sanctificatio cōmuniter est a tota trinitate.de qua dr̄ Esa.vj. Sanctus sanct⁹ sanctus dn̄s de⁹ exercituū. vbi glos. In vtroqȝ testamēto trinitas pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūs ostendit. Tamen aliquādo tribuitur sanctitas patri propter authoritatē principij.vnde Jo.xvij. Pater sanctifica eos in veritate. Quādoqȝ attribuit filio:maxime propter humanitatē assumptam:ſm quā passus est. cui⁹ passione sanctificamur. Un̄.j.ad Cor.j.de ipso dr̄: Factus est nobis a deo sapiētia ⁊ iustitia/⁊ sanctificatio/⁊ redemptio. vbi Bern̄. Sapientia in predicatione. iustitia in peccatorum ablatione.sanctificatio in cōuersatiōe.redēptio in passione.⁊ Eph.v.dicit apl's. Christus dilexit ecclesiam:⁊ tradidit semetipsum ꝑ ea:vt eam sanctificaret.s.iustitia sancte vite/prius Mūdās eam a peccatis.⁊ hoc Lauacro aque sanctificate: In verbo vite.i.quo datur vita.quo accedente ad elementū fit sacramētū.j.q.j.detrahe. Quo sanctificatus hō/accipit vitā eternā. Ut exhiberet sibi ecclesiam gloriosam:nō habētem maculā:alicuius peccati criminalis: Neqȝ rugā:duplicitatis.ita quasi mundā ⁊ simplicem. Nec aliquid hmōi.id est nullum peccatū pro quo sit damnabilis. Sed vt sit sancta/per opera bona:⁊ immaculata in abstinentia mali. Hec verba transferūtur ⁊ exponūtur xxj.dist.quāuis.de peni.di.j.ecclesia. Quādoqȝ vero attribuitur sanctospiritui.vnde Rom.j.dicitur. Spiritus sanctificationis.ipse enim purificator est omnis immūditie: qui est amor sanctus:⁊ donum primū:in quo donātur nobis omnia dona:per que tollūtur queqȝ immūda. Est igitur ecclesia sancta:q: ab omni peccato ⁊ iniquitate mūdata.⁊ virtutibus ac bonis operib⁹ ornata. vnde ad Titum.ij. Dedit semetipsum pro nobis:vt nos redimeret ab iniquitate:⁊ mundaret sibi populum acceptabilem:sectatorem bonorum operū. ❡ Est etiam ecclesia sancta.quia ab omni errore purgata.xxiiij.q.j.a recta.cum.ij.c.seq.per sacram doctrinam:que munda est ⁊ emundans. Joā.xv.

Jam vos mundi estis ꝓpter sermonem quē locutus sum
vobis. De qua etiam doctrina dicitur ps̄.xviij. Lex dn̄i im
maculata cōuertens animas. In qua quicquid est ad sa-
lutē vtile inuenitur.xxxvij.dist.hinc etiā.ꝛ.c.si quis gram
maticā. Et quicquid est noxiū ꝛ saluti contrariū dānatur.
ex̄ in probe.decre.rex pacificus. Cui quicquid resistit non
dubiū est esse falsissimū. Que de se dicit in Prouer. viij.c.
Justi sunt oēs sermones mei:non est in eis prauū q̄d/nec
peruersum: nihil prauū in fide:nihil ꝑuersum in morib⁹.
¶ In eo igit̄ ꝙ ecclesia dicitur sancta: intelligūtur ritus
sacramentorū q̄bus a pctō mūdamur: ꝛ plenitudo grē ꝛ
virtutū quibus bona operamur: ꝛ veritas ꝛ bonitas do-
ctrine qua erudimur ꝛ instruimur:q̄ nihil falsum nihil dā
nabile continet:sed totū verū ꝛ saluti ferū. Omnes q̄ppe
doctrinales institutiones ecclesie/sancte sunt:q̄ vel ex scri
pturis vtriusq̧ testamēti sumpte sunt.l.di.si q̄s diaconus
ex̄ de accusa.qualiter.ij.in pn̄. Uel ex apostolica traditio-
ne. Uel patrū ꝛ sanctorū conciliorū ordinatione. Uel ap-
probate ex rationali cōsuetudine.de hoc.xi.dist.ecclesiasti
carū.ꝛ.c.catholica.xvi.di.per totū.ꝛ.xv.xij.di.illa.xx.di. de
quibus per totū. ¶ Sancta est ergo ecclesia in p̄ceptis:ꝛ
sancta in sacramētis ꝛ ministeriis.sancta in operib⁹. san-
cta in obseruationib⁹. In ipsa est religio munda ꝛ imma
culata apud deū ꝛ patrem.que est visitare pupillos ꝛ vi-
duas in tribulatione eorū:ꝛ immaculatū se custodire ab
hoc seculo. Jaco.i.lxxxi.di.ad reatū.ꝛ.c.vidue.lxxxviij. dis.
episcopus gubernationē. Unde de ipsa ecclesia dr̄ Apoc.
xxi. Ipsa ciuitas aurū mundū simile vitro mūdo. ꝛ iterū
ibi. Uidi ciuitatē sanctā hierusalem nouā descendentē de
celo. Hec ciuitas:vt glos.dicit.est iustorū collectio vniuer
sa:que dicitur Sancta per iustitiā: Hierusalē per visionē
pacis eterne. Noua q: a vetustate scilz peccati. s̄m illud.i.
ad Cor.v.expurgate vetus fermentum.purgata: Descen
dens de celo:q: ꝙ iuste viuit in tempore/ꝙ beate viuit in
eternitate/se totū cognoscit habere a deo. ¶ Sancta q̄
dicit̄ ecclesia:q: a terrenis eleuata. Sanctus em̄ in greco
dicit̄ agios.i.sine terra. Uere sine terra de se est ecclesia:
quia que sursum sunt sapit:nō q̄ sunt super terrā. Col.iij.
Cuius cōuersatio est in celis. Phil.iij.nūc mēte ꝛ affectu:
vbi futura est in loco. Sācrū est igitur ecclesie regnū pre
omnibus regnis: ꝛ nullū aliud regnum sanctū est. Nam
regnū Romanorū pre omnibus laudatum legitur in iu-
stitia ꝛ veritate:quod tamen immundū fuisse non dubiū
est:in quo erat cultus demonū:ꝛ omnis spiritus immun
di custodia. Unde ꝓprie Roma Babylō.i. Pet.vlti. in fi.
ibi. Salutat vos ecclesia que est in Babylone. per Baby
lonem Roma figurabatur. s̄m Hiero.i. confusio.figura-
batur. Apoca.xviij.in pn̄. Nam ipsa fuit mater fornicatio-
num: maxime idolorū ꝛ abominationū terre. Apoc.xvij.
et multarū iniq̄tas legū.ꝛ plurima spurcitia morū posti-
ca vt Aug.narrat in lib.de ciui.dei. ¶ M

Sanctū q̄d multifariā dicī cōtingit.

Ad explicandā vero adhuc amplius ecclesie
sanctitatē distinguēdum est de sancto: sicut
distinguit Isid.in lib.etymol. Dicitur enim
sanctum tripliciter. Uno modo dicitur san-
ctū:quod est aspersione sanguinis emūda-
tum. Hoc modo sanctū dicitur a sanguine.vn̄ dicit Isido.
xv.lib.etymol. Sanctū a sanguine hostie nuncupatū est.
nihil enim sanctū apud veteres dicebatur:nisi qd̄ sangui
ne hostie esset consecratū atq̧ conspersum. Unde ij q̄ pu-
rificari volebāt:sanguine hostie tangebātur.vt dixi.x.lib.
Hoc autem modo ecclesia dicitur sancta: quātum ad ho-
mines pertinet:qui sanguine vere hostie que christus est
sunt emūdati.vt patet ex authoritatib⁹ apostoli supra.§.
precedēti.h.ꝛ Eph.inductis. Hui⁹ hostie memoria quoti
die agitur in sacramento altaris.de conse.di.ij.q̄d sit san-
guis.ꝛ.c.q: corpus. ¶ Secundo modo dicitur idem qd̄
firmū. vnde dicit Isid.xv.lib.etymol. Sanctū dicitur: qd̄
constat esse sancitū. Sancire aūt est confirmare: ꝛ irroga
tione pene ab iniuria defendere. Sic leges sancte. C. de le
gi.leges sacratissime. Et muri sancti esse dicūtur. Hoc au
tem modo ecclesia dicit̄ sancta:q: diuina sanctione ꝛ eter
na lege firmata est: nec eā violare fas est.xxij.di.c.i.xix.dis.
enimuero.xxi.dist.quāuis. Nā vt apostolus ait.i. ad Cor.
iij. Si quis templū dei violauerit:disperdet illū deus. Cō
firmata quidē ecclesia est in bono:ꝛ contra malum:ꝛ hoc
per gratiā.de qua dicitur ad Heb.xiij.c. Optimū est gra-
tia stabilire cor. Cōfirmata est etiā in coniūctione ad deū
q: firmiter deo adheret.ita ꝙ nec mors nec vita ipsam se-
parant a charitate dei. Rom.viij. Sed in hac vita imper-
fecta habet infirmitatē:in futura aūt firma erit.ar. de pe.
di.ij.§.ꝙ vero reprobi.ad fi. Confirmatur autē principali
ter a deo.i.ad Cor.i. Confirmabit vos vsq̧ ad finem sine
crimine.ꝛ.i.Pet.v. Ipse confirmabit solidabitq̧.ꝛ in ps̄.
lxxiiij. Ego confirmaui colūnas eius.i.aplos eorūq̧ suc
cessores:qui vt colūne sustinent edificiū ecclesiasticum.ij.
q.vij.accusatio.ex̄ de accusa.qualiter.ij.§.licet.ex̄ in demē.
de penis.si q̄s suadente. Quorꝫ est alios qui sunt in eccle-
sia cōfirmare:ꝛ hoc maxime ad summū pastorē pertinet:
christi dico vicariū ꝛ successorem Petri:cui a dn̄o dictum
est Luc.xxij.ꝛ.xxi.di.§.i.in fi. Tu aliquādo cōuersus cōfir-
ma fratres tuos. vbi glos. Sicut ego te orādo protexi: ne
deficeres:sic tu infirmiores fratres exēplo tue penitentie
cōforta:ne de venia desperent.ad hoc.l.di.cōsiderandum.
Et in Exo.dr̄.xv.c. Sanctuarium tuū dn̄e quod firmaue-
rūt manus tue:ecclesiam scꝫ que s̄m aplm.i.ad Timo.iij.
xxiij.di.in noie dn̄i.ibi.colūna dei viuentis.i.ecclesia. iā pe
ne videt̄ nutare. Est colūna ꝛ firmamētum veritatis.fir-
ma em̄ est in sacramentis: firma in documētis.licet enim
statuta varientur ꝓ varietate locorū ꝛ temporū ꝛ persona-
rum:ea tamē que sunt ad salutē necessaria:stabilia sunt ꝛ
firma.xij.dist.scit sancta.ꝛ.c.illa.xix.di.per totū.xxxv.q.i.
per totum.ex̄ de cōsang.non debet. ¶ N Tertio modo
dicitur sanctū quod est diuinis obsequiis ꝛ diuino cultui
applicatū.s̄m quē modū vestes sancte ecclesie/ꝛ vasa san
cta/ꝛ loca sancta/ꝛ dies sancti dicunt̄.ad hoc.xij.q.ij. nul-
li liceat.ex̄ de re.per .mācipia.ad hec de cōse.dis.i.in sancta.
ꝛ.c.vestimenta.xl.dist.multi.xvi.q.i.placet.xvij.q.iiij. atten-
dendū.ꝛ.c.si forte. Unde sanctitas sic sumpta/est virtus
que deo exhibet debitū cultum.quā definit Andronicus/
dicens ꝙ Sanctitas est virtus faciens fideles/ꝛ seruātes
que ad deū iusta sunt.ꝛ hoc modo ecclesia sancta est:quia
vni⁹ veri dei cultui dedicata est.immo in ea sola est verus
dei cult⁹.i.q.i.extra catholicā. Colere siquidē deū:est exhi-
bere ei debitū honorem:ꝛ debitū famulatū: siue interius
siue exterius. Un̄ duplex est cultus dei:scꝫ interior/ꝛ exte-
rior. Interius em̄ colitur deus:fide/spe/ꝛ charitate. Exte
rius aūt/per exteriora obsequia. ¶ O Et vt summarie
dicatur de iis in quibus dei cultus cōsistit. Sciendū ꝙ ad
dei cultū pertinet mentis deuotio:per quā voluntate deo
subdimur:ꝛ promptā volūtatem ad ei famulandū habe-
mus.nil em̄ deo offertur dignius bona volūtate ꝛ corde.

Cult⁹ diuin⁹ hec complectitur.

ps̄.lv. In me sunt deus vota tua.que reddā laudationes
tibi. vnde Greg. Ante dei oculos nūq̄ est vacua manus
a munere:vbi arca cordis est plena bona volūtate.ad hoc
iij.q.vij.in grauibus.xiiij.q.v.scriptum.xxiiij.q.i.odi. ꝛ ta
li bone voluntati vera pax datur. Luce.ij. ¶ Ad dei cultū
pertinet oratio:per quam in deum mente ascendimus:et
decentia ꝛ salubria ab ipso petimus. ¶ Ad dei cultū per-
tinet adoratio:tam spiritualis ꝛ interior que fit in spiritu
Joan.iiij. Ueri adoratores adorant in spiritu ꝛ veritate.
q̄ corporalis ꝛ exterior:que consistit in humiliatione cor-
poris per genuflexiones prostrationes ꝛ alia huiusmodi
corporalia signa. ¶ Ad dei cultum pertinet oblatio sacri
ficiorum:que soli deo vni ꝛ vero sunt offerenda. de his le
gitur ꝛ no.de con.di.iij.venerabiles. Offertur autē in ec-
clesia vnū precipuū ꝛ verissimū sacrificiū:scꝫ sacramentū
corporis ꝛ sanguinis christi.in quo sacramēto ille veraci-
ter continet̄ et sumitur:q̄ seipsum obtulit sacrificiū ꝛ ho-
stiā deo in odorem suauitatis. Eph.v. Idē ipse/sacerdos

et sacrificium:cuius vnius ⁊ veri sacrificij vniuersa anti-
quorum sacrificia figura fuerunt. Hoc sacrificium quidē
semel est oblatum in preciū:sed recolitur iugiter in eccle-
sia per mysterium quod quidē consecratur ⁊ offertur my-
sterio (al's ministerio) sacerdotū p salute populi ⁊ ipsorū
ad hoc ex̄ de sum.trini.c.j.§.vna.j.q.j.multi.de cōse.dist.ij.
nec moyses.c.accesserunt.c.verum.c.in calice.c.q̄d fit san-
guis.c.quia corpus.c.re vera.per totum. ¶ Sunt ⁊ alia
sacrificia spiritualia:que fideles deo offerunt ⁊ offerre te-
nentur. Sacrificium quidē spirituale est: contritio/et hu-
miliatio cordis.ps̄.l. Sacrificium deo spiritus contribu-
latus:cor contritum ⁊ humiliatum deus non ⁊c̄.de peni.
dist.j.nō sufficit.⁊.c.in actione. Sacrificium spirituale est
castigatio ⁊ maceratio carnis. vñ apostolus ad Rom̄.xij.
Obsecro vos p misericordiā dei/vt exhibeatis corda ve-
stra hostiā viuentem ⁊c̄. Hoc sacrificium offerebat Pau-
lus:quū dicebat. Castigo corpus meum ⁊c̄.j.ad Cor.ix.
xxxij.q.v.si paulus. Huius sacrificij sacerdos/est ratio. al-
tare/cor. hostia/corpus. ignis/charitas. de quib⁹ dñs ait
Leuit.vj. Ignis in altari meo semper ardebit:quē nutriet
sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. quia
ne feruor charitatis deficiat: meditationē dominice pas-
sionis in corde ratio aggregare pcuret. ¶ Qualiter au-
tem hec hostia immolēda sit:notatur quū dicitur Leuit.j.
Detracta pelle hostie/artus in frusta cōcident. Hostie pel-
lem detrahimus:quū in exterioribus non gloriamur:nec
sumus herodes.i.in pellibus gloriātes.ps̄.xlviij. In mul-
titudine diuitiarum suarum gloriantur. Artus in frusta
concidimus:quū singulorum membrorū vitia reseramus.
al's dicetur illud Eccl'i.xxxiiij. Unus edificans ⁊ vn⁹ de-
struens:q̄d prodest illis nisi labor: vnde.j.ad Cor.v. Mo-
dicum fermēti totam massam corrumpit.⁊ illud. Deficat
peccator:quia offendens in vno/factus est omniū reus.
Iaco.ij.ex̄ de reg.iur.deficat. qđ qualiter intelligatur ex-
ponit Aug.de peni.dist.v.consideret. vnde Sauli precipi-
tur.j.Regū.xv.percute Amalech:qui interpretatur gens
bruta.i.carnis vitia.⁊ demolire vniuersa eius.quod quia
nō obseruauit:regnū amisit. Sed quia multi hoc faciunt
tātū propter captandam famā/ecclesiam/vel prebendā:
sequitur in authoritate. Et subijcient in altari ignem: scʒ
charitatem:Strue lignorū ante cōposita.i.sanctarum co-
gitationū congerie subministrata. Et membra que cesa
sunt/desuper ordinantes.i.ordinatione congrua compo-
nentes.quia sicut ait glos.super Rom̄.ij.c. Cōpositio cor-
poris indicat qualitatem mentis.xlj.dist.§.si.⁊ Eccl'i.xix.
de concess.prebē.c.quia diuersitate indecisa. Amictus cor-
poris/⁊ risus dentiū/⁊ incessus hominis/enuntiant de il-
lo. Et quia cōpositio exterior ab interiori consurgit.iuxta
illud Ps̄.xliiij. Omnis gloria eius filie regis abintus. Se-
quitur. Caput.i.intentionē. ex̄ de sacra vnc.c.j. ⁊ cuncta q̄
adherent iecori.i.affect⁹. Intestinis/a stercoribus immū-
darū cogitationū. Et pedibus/a puluere affectionum et
actionum. Lotis aqua.i.lachrymis emundatis.ps̄.cxviij.
Exitus aquarū deduxerunt oculi mei. Io.xiij. Sacrificiū
spūale est quodlibet iustitie ⁊ misericordie opus. Ps̄.iiij.
Sacrificate sacrificiū iustitie. Sacrificiū spirituale est de-
fensio veritatis. vnitas charitatis. de peni.dist.iij.§.si.c.si
quis autē. Sacrificiū spirituale/sacrificiū laudis.de quo
ps̄.xlix. Sacrificiū laudis honorificabit me. Heb.vi. Per
ipsum offeramus hostiā laudis semper deo. Sacrificium
spūale a malo omi cauere:⁊ mādata seruare Eccl'i.xxxv.
Sacrificiū salutare est attendere mandatis: ⁊ discedere
ab omni iniquitate. Et generaliter sacrificiū completum
est deo perfecte corpus ⁊ animā offerre. vnde Ber. Chri-
stus pro nobis obtulit hostiā preciosiorem q̄ habuit:se to-
tū:qua nimirū preciosior esse nō potuit.⁊ nos ergo facia-
mus qđ possumus:offerētes illi optimū quod habemus:
scilʒ nosmetipsos. corpus in sacrificiū.spiritū in holocau-
stum. Unde Iudicū.v. Qui propria voluntate obtulistis
vos discrimini:benedicite dño. ¶ Duo autem sunt actus

Sacrificia spūalia deo offerēda

perfecti sacrificij.operatio/⁊ oratio.primus significat per
altare holocaustorū in quo mactabantur animalia.i. mo-
tus carnales ⁊ alia vitia.vtpote Superbia mactatur per
humilitatē. Auaritia per eleemosynarū largitatem. Luxu-
ria per castitatē. Secundus significatur per altare incēsi
vbi adolebantur thymiamata.i.deuotio/suspiria/⁊ san-
cta desideria. Primū erat in atrio:⁊ opertum erat ex ere:
q: operatio fit in exterioribus:⁊ semper eā sequi debet so-
nus confessionis: quia multipliciter cōtingit peccare in
operabilibus.vñ Iob.ix. Verebar oia opera mea. de pe.
dis.ij.si enim inquit. Alterū erat in sanctuario ⁊ opertum
erat auro purissimo.quia oratio fit in intimis cordis:⁊ se-
pe comitatur eam dulcedo contēplationis.ps̄.lxxvj. Me-
mor fui dei:⁊ delectatus sum. Et ex vtroq; odor suauissi-
mus surgit ad deū.vnde Ps̄.lxv. Holocausta medullata
offeram tibi.i.opera pinguedine charitatis referta: cum
incenso arietū.i.cum oratione quam apostoli nobis tradi-
derunt:sicut ipsi a deo acceperunt. Vocātur apostoli arie-
tes:quia ducatū gregi dominico prebuerūt.vij.q.j.scisci-
taris.de vtroq; altari legitur Leuit.xv. Sacrificiū postre-
mo spirituale omniū completiuum/quilibet actus virtu-
tis:⁊ quodlibet opus bonū in deum relatum:⁊ ad veram
beatitudinem ordinatū.sicut per Aug. patet.x.lib.de ciui.
dei.c.vj.vbi agit de multiplici sacrificio. ¶ Ad dei cultuʒ
pertinent oblationes:decime:et primitie:que cedunt in
vsum illorū qui sunt ministri diuini cultus.etsi eñ omnes
fideles deū colant:specialiter tamen quidā sunt ad mini-
steria diuini cultus perficiēda deputati.ad hoc ex̄ de deci.
c.j.⁊.c.tua nobis.ibi.quibus eas ipse p suo cultu cōcessit.
xvj.q.j.reuertimini.de conse.dist.j.omnis.ex̄ de obo.signi.
causa. Ad dei cultū pertinent edificatio/⁊ dedicatio tem-
plorū ⁊ altarium:vnctiones quoq; ⁊ ablutiones:turifica-
tiones:⁊ aspersiones:cōsecrationes ⁊ benedictiones:que
in ecclesia fiunt:siue locorū/siue ministrorū/siue vasorū/
siue vestiū/vel aliarum quarūcūq; rerum/que ad dei cul-
tum qualitercūq; applicantur.ad hoc de conse.dist.j.c.j.⁊
per totū.ex̄ de sacra vnc.c.j.ex̄ de conse.eccle.vel al. per to-
tum.de conse.dist.iij.aquam.xxj.dist.cleros.xxv.dist.perle-
ctis. ¶ Ad sanctitatē quoq; ecclesie pertinet non solū cul-
tus qui exhibetur deo:sed etiā ille qui exhibetur angelis
⁊ hoibus sanctis.qui tamen cultus est alterius rationis/
q̄ ille q̄ exhibetur deo.⁊ vocat̄ talis cultus Dulia a theo-
logis:quod est reuerētia facta creature.de hoc no.de con-
se.di.iij.perlatū.⁊.c.venerabiles. Versus. Dulia fit seruo:
dño sed latria detur. Hyperdulia.i. maior dulia debetur
christi carni:inquātum est creatura.⁊ cruci. merito igitur
ecclesie regnū dicitur ⁊ est sanctum. ¶ P Ad hanc con-
ditionē pertinet illa conditio ecclesiastici regni:qua dicit̄
iustum ⁊ bonū:quia optimis legibus ⁊ sanctis moribus
viuit. Ad hāc conditionē pertinet eius perpetuitas. nam
sanctū dicitur vno modo idē quod firmū. Ipsa vero per-
petuitas firmitas ⁊ permanentia essendi est. Ad hoc etiā
pertinet ecclesie firmitas:q̄ vinci ⁊ expugnari non potest.
¶ Ad sanctitatē etiā ecclesie ptinet illa cōditio/qua dicit̄
copiosum.dicit̄ eñ ecclesia sancta pter copiam bonorū
spūaliū ⁊ charismatū.immo nullū est spūale bonū: qđ in
ecclesie sanctitate nō cōprehendat̄. hec aūt spūalia bona
sunt vere diuitie per quas reddit̄ ecclesia copiosa. vñ ps̄.
cxj. Gloria ⁊ diuitie in domo eius scʒ ecclesie. He sunt scri-
pture canonice:⁊ earū multiplices expositiones grē gra-
tis date:virtutes:dona:⁊ varia multorum opera:quibus
oibus abūdat ecclesia:per illū qui est omnium dñs diues
in omnes qui inuocant eū.ad Rom̄.x.in quo sunt omnes
thesauri gratie ⁊ sapientie.⁊ Col.ij. Et de istis diuitijs di-
cit apl's.j.ad Cor.j. Quia in omibus diuites facti estis in
illo. Est ergo ecclesie regnum sanctū: ⁊ ab illo sanctifica-
tum qui ait Leuit.xix.⁊.j. Pet.j. Sācti estote:quoniā ego
sanct⁹ sum.lxxxi.dist.oportet. Quicūq; igitur criminosus
est:de isto regno quantū ad deū non est. Nā si sit in nume-
ro:nō est in merito.de pe.di.j.ecclesia.ibi. qui ergo pecca-

Perfecti sacrificij act⁹ duo.

Ad dei cultū spectantia.

Ad ecclesie sanctitatē plurima reducunt̄.

tor est aliqua sorde maculatus: non potest de ecclesia chri/
sti appellari. Sanctitas hominis incipit in statu peni/
tentie. proficit in statu iustitie. sed perficitur in statu glorie.
Unde ait dñs Moysi. Exod. xix. Vade: ⁊ sanctifica popu
lum hodie ⁊ cras: lauentq́ꝫ vestimenta sua: et sint parati
vsq́ꝫ in diem tertium. i. ad statuꝫ glorie que parata est eis.
vnde Matth. xxv. Percipite regnum quod vobis para/
tum est. vnde Ber. Si proposueris in corde tuo declinare
a malo ⁊ facere bonum: tene quod accepisti: et profice in
melius semper. sed si aliquid minꝰ iuste egeris (vt est hu/
mana fragilitas) nõ in eo persiste: sed penitere ⁊ corrige/
re: ⁊ eris sine dubio sanctꝰ: sed cui interim clamare neces/
se sit. ps̃. lxxxv. Custodi aiam meã qm̃ sanctus sum. vnde
Apocal. vlti. qui sanctus est: sanctificetur adhuc. xlvij. dis.
quantũlibet. Tales sancti in conspectu dei manducant ⁊
bibunt. de peni. dist. i. ⁊ venit. vbi hoc exponitur. Et hec est
dei voluntas sanctificatio vestra. i. ad Thessal. iiij. Unde
et omnis sanctus sacerdos est: qui se totum deo immolat
xl. dist. multi. Sed non est sanctus/ vt est dñs. i. Reg. ij. qui
est sanctus sanctorum. Danie. ix. Episcopi etiam precipue
sancti erunt. C. de epis. ⁊ cleri. si quis in hoc genus. ibi. cui
sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. ⁊ in aut. de san/
ctis. epi. ⁊ in rubro ⁊ nigro. ⁊ precipue peramplius papa.
Quis enim sanctum esse dubitet: quem apex tante digni
tatis attollit? xl. dist. c. i. ⁊ omnes corpus christi offerẽtes.
i. q. i. neq́ꝫ enim. xxviij. dist. decernimus. ¶ Sanctum facit
affectio sancta: sanctus timor domini: ⁊ sanctus amor. ijs
affecta anima quasi brachijs tribus dominũ comprehen
dit: amplectitur: stringit: ⁊ tenet/ dicens. Tenui eum: nec
dimittam eum. Cant. iij. Bern. de consideratione li. i. item
Ber. Tria faciunt hominẽ sanctum. victus sobrius. actus
iustus. sensus pius. Uis apparere sanctus? circa vitã tuã
esto austerus. circa alios benignus. audiant te homines
parua mandantem: et grandia facientem. Chryso. super
Matth. ¶ Q Ultimo restat considerare q̃ ecclesie re/
gnum est ⁊ dicitur apostolicum. Ecclesia quidem dicitur
apostolica. Primo quia in apostolis inchoata ⁊ initiata.
ipsi enim fuerunt primitie populi christiani quantum ad
tempus gratie reuelate. xxxv. q. i. §. hac itaq́ꝫ. ibi. vnde de
plebe iudaica primum apostolos elegit: quos quasi fun/
damentum ecclesie instituit. Sicut autem primi fuerunt
ſm tempus: ita fuerũt precipui ſm spiritualem perfectio
nem. ex̃ lib. vi. de elec. fundamenta. xxiiij. q. ij. legatur. ibi.
siue ab apostolis ipsis quos potiores merito fuisse non
dubium est. vnde Greg. in moral. lib. xix. Propheta pro/
spiciens cũcta carnis desideria/ apostolos spirituali amo
re transcendere admirans. ait Esa. lx. Qui sunt hi qui vt
nubes volant? ac si aperte dicat. Nos per terram gradi/
mur/ qui adhuc coniugijs implicamur ⁊ propagande so/
boli operam carnis impendimus. Isti vero non ambulãt
in terra: sed vt nubes volant: qui dum celestia appetunt:
de terrenis desiderijs nihil tangunt. ¶ Item idem in ho
milia. Ambulabat iesus. Qui sunt isti q̃ vt nubes volant?
Esa. lx. Apostolos terrena contemnentes: mente celesti/
bus appropinquantes: verbis pluentes: miraculis co[ru]/
scantes: ⁊ quos a terrenis contagijs sancta predicatio et
vita sublimis suspenderat: hos volantes pariter ⁊ nubes
appellat. Unde ⁊ apostolus de se. ⁊ de his apostolis lo/
quens/ ait. Rom. viij. Nos ipsi primitias spiritus haben/
tes. glos. id est spiritumsanctum habentes: ⁊ tẽpore prius:
et ceteris abundantius. ⁊. ij. Thessal. ij. Elegit nos deus
primitias in salutem: scilicet nostram ⁊ omnium gẽtium.
Et quia primum ⁊ perfectũ in quolibet genere/ causa est
omnium que sunt post: Ideo secũdo dicitur ecclesia apo/
stolica: quia per alios propagata: ⁊ vsq́ꝫ ad mundi termi/
nos/ verbo predicationum extẽsa. Ps̃. xviij. Quia in om/
nem terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terre ver
ba eorum ⁊c̃. Rom. x. xix. dist. in memoriã. ex̃ lib. vi. de elec.
fundamenta. Ipsi ergo patres ⁊ progenitores fidelium.
Ipsi edificatores ⁊ fundatores ecclesie: quam doctrinis/
miraculis/ exemplis/ ⁊ effusione sanguinis plantauerũt.
vt pre. capi. fundamenta. ⁊. lxviij. distin. quorum vices. et
xxij. dist. c. ij. Unde Luce. vi. simile Marci. iij. ⁊ Matth. x.
dicitur q̃ christus elegit duodecim: quos apostolos no/
minauit. vt dicit glos. quos ad propagandum auxilium
salutis humane per terrarũ orbem satores fidei destina/
ret. Item ibi glos. super verbo. Elegit duodecim. vt qua/
dratum orbem fide trinitatis insignirent. Et quia eiusdẽ
est producere aliquid: ⁊ gubernare illud: Ideo tertio di/
citur ecclesia apostolica: quia per apostolos gubernata ⁊
administrata. Ipsi enim ecclesie ordinatores. xi. distin. pa
lam. Ipsi dispensatores. xliij. dist. dispensatio. Ipsi admi/
nistratores. i. Cor. iiij. Ipsi pastores. ex̃ lib. vi. fundamen/
ta. §. i. Ipsi doctores. ij. q. vij. sententia. Ipsi principes. Ps̃.
xliiij. Constitues eos principes super omnem terram ⁊c̃.
lxviij. dist. quorum. Ipsi pontifices. quid sit. vide. xxi. dist.
c. i. ⁊. pontifices. Ipsi reges a regendo ecclesiam. ij. q. i. sce
lus. Ipsi duces. q: ducatum gregi dominico prebuerunt.
vij. q. i. scisciataris. ¶ Ipsi sunt duodecim porte ciuitatis:
de quibus dicitur Apocal. xxi. ca. q̃ ciuitas habebat mu/
rum magnum ⁊ altum: habens portas duodecim. vbi di/
cit glos. q̃ per portas/ sanctos intelligimus apostolos: per
quorum fidem ⁊ doctrinam in sanctam ciuitatem intro/
imus. Et quotquot hominum ad christum conuertũtur:
per ipsorum eruditionem sanctam ciuitatem ingrediun/
tur. ¶ Ipsi sunt duodecim fundamenta eiusdem ciuita/
tis: sicut in eodem capitulo scribitur: q̃ murus ciuitatis
habebat fundamenta duodecim. Licet enim christus sit
ecclesie fundamẽtum primarium ⁊ principale. i. ad Cor.
iij. ex̃ de bap. c. iij. §. porro. ex̃ in clemen. de sum. trini. fide.
Tamen apostoli sunt fundamenta secundaria. ex̃ de elec.
fundamenta. lib. vi. Unde illud ad Ephe. ij. Superedifi/
cati supra fundamentum apostolorum ⁊ prophetarum.
Sed christus est primum ⁊ maximum fundamentum: su/
pra quod tãquam petram firmam/ est fundata ecclesia.
Matth. xvi. ⁊. xix. dis. in memoriam. ⁊ pre. cap. fundamen
ta. Sicut enim dicitur sanctus sanctorum. Daniel. ix. ⁊ pa
stor pastorum. i. Pet. vlti. ⁊. xcv. dist. esto. sic dicitur funda/
mentum fundamentorum. De his secũdarijs fundamen/
tis/ scilicet apostolis/ dicitur. i. ad Cor. xij. Quosdam qui/
dem posuit deus in ecclesia primum apostolos. glos. Pri/
mum dignitate ⁊ tempore vite christi predicantes: ⁊ om/
nium ordinatores et iudices. ⁊ Heb. xij. Accessistis ad ec/
clesiam primitiuorum: id est apostolorum. Qui primi cre
diderunt: et quorum fidei alij adiuncti sunt. His beatis
apostolis succedũt in ecclesia episcopi. lxviij. dist. quorum
vices. xxi. dist. in nouo. ex̃ de sacra vnc. c. i. §. fi. Quorũ pre/
cipuo ⁊ primo scilicet Petro succedit primus prelatus et
summus pontifex/ vniuersalis ecclesie pastor ⁊ rector: qui
et papa dicitur: id est pater patrum: vel pastor pastorum
vel admirabilis. Dicitur etiam papa summus: non con/
summatione/ sed capacitate. non comparatione merito/
rum sed ministeriorũ. Est enim summus inter ministros.
Bern. de consideratione lib. ij. Apostolicus etiam nomi/
natur: quia vertici apostolorum succedit/ scilicet Petro.
et quia toti ecclesie que apostolica dicitur/ presidet. lxxix.
dist. c. i. c. oportebat. c. si quis ex episcopis. ¶ R Sed il/
lud queritur quare magis dicatur apostolica: quam pro/
phetica? Ad quod dicendum/ q̃ propter ampliorem gra/
tiam que fuit in apostolis: et lucidiorem doctrinam atq́ꝫ
diffusiorem: que per totum mundum est dilatata. vnde
xix. dist. ita dñs. Ita dñs noster iesus christus humani ge
neris saluator instituit: vt veritas que antea legis ⁊ pro/
phetarum preconio continebatur: per apostolicam tubã
in salutem vniuersitatis exiret. Adhuc apostoli filij sunt
prophetarum et antiquorum patrum. vnde in Ps̃. xliiij.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. constitues eos prin/
cipes super omnem terram. lxviij. distin. quorum. Et ideo
in hoc q̃ ecclesia dicitur apostolica ab apostolis: intelli/
guntur patriarche ⁊ prophete: quorũ apostoli sunt filij et

Sanctus dr quõ futurus.

Ecclesia cur apostolica dicitur.

Cur nõ prophetica dicit ecclesia.

per propagationem carnis ⁊ per imitationem operis. qr cui⁹ opera quis facit eius appellatur filius. Joan. viij. de peniten. distin. j. §. hoc idem. v. item (vt christus ait) omnis qui odit. Item non dicitur ecclesia prophetica. quia prophete de ea predixerunt/quod in ea cōpletum est. non ipsa de alia prophetizat ecclesia. ¶ S Itē queritur cur ecclesia non dicitur christiana a christo: qui est caput ecclesie: sicut dicitur apostolica ab apostolis: qui sunt membra christi: licet nobilia ⁊ precipua. Ad quod dicēdum ꝙ ecclesia indubitanter ⁊ christi dicit: ⁊ christiana vocatur. sicut dicitur populus christian⁹. Sed in symbolo magis dicta est apostolica: quia per hoc intelligitur vtrūq. scilicet ⁊ cetus apostolorum christi: ⁊ etiam ipse christus. Nam apostoli interpretantur missi. xxi. dist. in nouo. ibi. a quo missi sunt. Unde Aug. ad Orosium ca. xl. apostolus interpretatur missus. Apostolorum ergo tria sunt genera. quidam mittūtur a deo, vt Moyses ⁊ apostoli. a deo ⁊ per hominem/vt Josue. per hominem tantum. sicut meis temporibus multi fauore vulgi in sacerdotium subrogantur. Itē ad Rom. j. glos. Apostolus latine missus dicitur: vel legatus. missus autem dat intelligere mittentem. vnde quum apostoli a christo fuerint missi: in eo ꝙ ecclesia dicitur apostolica/insinuatur etiam christus ipse. ¶ Adhuc ipse christus vere apostolus dicitur: quia missus a patre. sm illud. Sicut misit me pater: ⁊ ego mitto vos. Joan. xx. Unde ad Heb. iij. dicitur de christo Considerate apostolum ⁊ pontificem confessionis vestre. id est quem cōfitemur. Ubi dicit glos. Cur negamus eum apostolum quem nobis deus misit: propter quod non solū ab apostolis christi/sed etiā ab ipso christo summo apostolo ecclesia denominat apostolica. ¶ T Per hoc autem ꝙ ecclesie regnum dicitur apostolicum: datur intelligi alia conditio huius regni: scz ꝙ rite sit institutum. Nam institutor huius regni christus est principaliter: ⁊ consequenter apostoli. ipsi enim institutores eius qui ⁊ fundatores ⁊ propagatores. Non potest autem ecclesiastici regni institutio esse nisi recta atq. legitima. que tam sanctos/tam perfectos habet institutores. apostolos dico populorum principes/deos terre quodāmodo/fortes fidei testes/vicarios christi/amicos dei/domesticos eius/vasa spiritussancti/luminaria mundi/sal terre/bases ecclesie militantis/milites christi/iudices seculi/adsessores christi/duodecim lapides preciosi/claues celi. ¶ U Apostoli autem sunt duodecim filij iacob. Gen. xxxv. Apoc. xij. Duodecim fontes deserti: quos israel reperit in Elym. Exod. xv. Duodecim lapides altaris. iij. Reg. xviij. Duodecim virge. Nume. xvij. Duodecim lapides in Jordane leuati. Josue. iiij. Duodecim boues in mari. Et duodecim in holocaustū. Nume. vij. ad finem. Duodecim stelle in corona sponse. Apoc. xij. Duodecim fundamenta ciuitatis. Apoca. xxi. Duodecim hore diei. Joan. xi. Duodecim porte ciuitatis Hierusalem. Apocal. xxi. Duodecim menses anni. Apoca. vlti. Fructus duodecim ligni vite. Apoc. vlti. glos. Actuū. xiij. Qui vt ecclesiam instituerent atq. propagarent: acceperunt plenitudinē charismatum: locutionem omniū linguarum: ad omnium nationū eruditionem. Actuū. ij. de conse. dist. iiij. ca. fi. Potestatē miraculorum ad confirmationem doctrine: ⁊ cōuersionem non credentium. Actuū. iij. Luc. x. Authoritatem dimittēdi peccata introducēdi ad vitam. Joā. vlti. de peni. dist. j. quem penitet. Ligandi homines atq. soluendi. fortitudinem animi contra tyrannos. Heb. x. ⁊ contra queq. mundi aduersa vel prospera. Sapientiam spiritualem. contra mundi sapientes/⁊ legisperitos/⁊ demonum fallacias. j. ad Cor. ij. ¶ X Per hoc etiam ꝙ regnum dicitur apostolicum: intelligitur ⁊ alia eius cōditio: scilicet firmitas. Ipsi enim apostoli/qui sunt ecclesie duces ⁊ principes: ipsi sunt ei⁹ patroni ⁊ intercessores: custodes ⁊ defensores: ipsi ⁊ fundamenta. vt dictum est. Et ideo firmum ⁊ forte et bene fundatum est ecclesie regnum: qđ talibus gubernaculis regitur: talibus fundamentis innititur: talibus patronis protegitur. ¶ Y

Ecclesia cur christiana non đ.

Apostolorū tria genera.

Ecclesia vñ apostolica.

Aplorū laudes memorātu digne

Illud autem non est omittendum ꝙ licet ab omnibus apostolis ecclesia denominetur apostolica: specialiter tamen a vertice apostolorum Petro scilicet: quia etsi fundata sit supra omnes apostolos: tamen precipue supra Petrum: qui post christum. immo ⁊ vice christi est ecclesie caput ⁊ fundamentum. xxij. dist. ca. ij. xix. distin. ita dominus. ⁊. xxi. dist. in nouo. xxiiij. q. j. loquitur. vñ Mat. xvi. ei a christo dictum est. Tu es Petrus: ⁊ super hāc petram edificabo ecclesiam meā. id est super te. vt Augu. exponit sm vnū modum. licet aliter exponatur super hanc petram: id est super hunc quem confessus es. Hanc expositionem innuit Leo papa in preal. cap. ita ⁊ Nicolaus. ex̄ de elec. fundamenta. li. vi. quia petra erat christus. j. Cor. x. de conse. dist. ij. re vera. Uel super hāc fidem ⁊ confessionem quam de me fecisti. Et in quodam sermone de cathedra beati Petri ait Aug. pertractās verbum predictum/Petrum itaq. fundamentū ecclesie dominus nominauit: et ideo digne hoc fundamentū colit ecclesia/supra quod ecclesiastici edificij altitudo consurgit. Item Aug. de verbis domini sermone septimo. Hoc nomen Petrus a domino impositum est. ⁊ hoc in ea figura vt figuraret ecclesiam. quia enim christus petra: petrus populus christianus vocatur. Tu es (inquit) petrus: ⁊ super hāc petram edificabo ecclesiam meam: quam confessus es: ⁊ quā cognouisti: dicens. Tu es christus filius dei viui. id est super meipsum filium edificabo te: non me super te. Item glos. super predicto loco Matth. xvj. Tu es petrus. Non dico vocaberis. sed tu es Petrus ob fortitudinem fidei: ⁊ confessionis constantiā. Et ibi. ego dico tibi. glos. qui credis in me. Et ibi. hanc petram. glos. interli. christum quem credis. Item glos. ibi. Tu es petrus. a me petra. ita tamen vt mihi retineam fundamenti dignitatem. Tu super me ordinabis lapides mūdos. ⁊ insuper omnia abijcies leprosos. Et ibi. Et tibi dabo claues. i. tribuam presentis iudicij potestatem regni ecclesie. Itē glos. ⁊ tibi. vt omnibus constaret ꝙ absq. ea confessione ac fide petri/nullus regnum celorum posset intrare. Item alia glos. qui pre ceteris confessus est: illi pre ceteris donantur claues. Claues sunt discernendi scientia: ⁊ potentia. xx. distin. §. j. quia dignos recipere: ⁊ indignos debet excludere a regno. Unde subdit. Et quodcūq. ligaueris: id est quem in peccatis persistentem/eternis penis adiudicaueris: vel quem humilem ⁊ vere penitentem/absolueris: sic et erit in celis. ¶ Item ibi glos. alia interlinearis. Quēcunq. indignū remissione iudicaueris/dum viuit: apud deum indignus iudicabitur. ⁊ quemcūq. soluendum iudicaueris/dum viuit: remissionem peccatorum consequetur a deo. Item ibi glos. Hiero. Et quemcūq. ⁊c. habent quidem eādem iudiciariam potestatem alij apostoli: quibus post resurrectionem ait Joan. vlti. Accipite spiritumsanctum: quorum remiseritis ⁊c. Habet etiam omnis ecclesia in presbyteris et episcopis. sed ideo Petrus eam specialiter accepit: vt omnes intelligant ꝙ quicumq. ab vnitate fidei ⁊ societate eius se separauerit: nec a peccatis solui/nec celū potest ingredi. Hunc locum quidam non intelligentes/aliquid sibi adsumunt de supercilio phariseorum: vt dānare innoxios: vel soluere noxios se putent. quum apud deum non sententia sacerdotum/sed reorum vita queratur. Unde etiam vt dicitur in Leuitico/ostēdere se sacerdotibus iubentur leprosi: quos illi non faciunt leprosos: sed discernunt qui mundi vel immundi sint. xi. q. iij. quomodo ita. ⁊ de ista materia. xi. q. iij. §. de his inquam. cum oibus duodecim capitulis vsq. ad. §. hoc etiam. ⁊ ab illo. §. vsq. ad §. ex his. ¶ Item predicto loco. et porte inferi ⁊c. De his portis supra eodem articulo. §. j. v. de fortitudine. Porte inferi sunt peccata mine blanditie hereses quibus infirmi ruunt in mortem: qui non vere supra petram/sed super arenam domum professionis sue credendi sunt edi

Tu es Petr⁹ et sup hāc pe. edi.

Petri claues.

ficauisse.i.non simplici ⁊ vera intentione christum sequi: sed ob terrenam quālibet causam habitum pretendisse.q̄ enim in intimo cordis amor fidē christi percipit: quicq̄d ingruit/facile vincit. Item supra pre.locum Matth.xvj. Quem dicunt homines esse filium hominis? subiecit. Vos autē quē me esse dicitis? Hiero. Quasi diceret illis/ quia hoīes sunt/humana opinātibus: vos q̄ dij estis quē me esse existimatis? Rabanus. Non aūt quasi nesciēs sententiā de se discipulorum vel extraneorū/inquirit. Sed ideo discipulos quid de se sentiāt interrogat: vt confessionē recte fidei digna mercede remuneret. Ideo q̄d alij de se sentiant interrogat seu inquirit: vt expositis primo sententijs errantiū: discipuli probarentur veritatē sue confessionis non de opinione vulgata sed de ipso percepisse dominice reuelationis arcano. ¶ Item Chrys. Quando vero dn̄s de plebis opinione interrogat: oēs respondent. sed oībus discipulis interrogatis: Petrus tanq̄ os apostolorum ⁊ caput/pro omnibus respondet. Unde sequit. Respondēs Simon Petrus. dixit. Tu es christus fili⁹ dei viui. Orig. Denegauit quidē Petrus aliquē eorū esse iesum/quē arbitrantur iudei. Confessus est aūt. Tu es christus. q̄d nesciebant iudei. sed etiā (quod maius est) filius dei viui. q̄ et per prophetas dixerat. Uiuo ego dicit dn̄s. Et ideo dicebatur viuus secundū supereminentiam qua supereminet oībus habentibus vitā: quoniā solus habet immortalitatem. j. ad Timo. vj. Et est fons vite. quod ꝓprie dicitur deus pater. Uita aūt est quasi de fonte procedēs. qui dixit Jo. xiiij. Ego sum vita ⁊c. Unde Joā. j. Quod factū est in ipso/vita erat: ⁊ vita erat lux hominū: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eū non cōprehenderūt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Joānes. hic venit in testimoniū: vt testimonium perhiberet de lumine: vt oēs crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. In mundo erat: ⁊ mūdus per ipsum factus est: et mundus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credūt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus/neq̄ ex volūtate carnis/neq̄ ex voluntate viri/sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriā eius: gloriā quasi vnigeniti a patre: plenū gratie ⁊ veritatis. ¶ Hiero. Etiam deū viuum appellat ad cōparationem eorū deorum/qui putantur dij: sed mortui sunt. Saturnū dico: Jouē: Venerem: Herculem: ⁊ cetera idolorum portenta. ¶ Hilarius. Est autē hec vera ⁊ inuiolabilis fides. ex deo deum filiū perfectū fuisse: cui fit ex eternitate parētis eternitas. Hunc igit̄ assumpsisse corpus: ⁊ hominē factum esse: perfecta cōfessione cognouit. Complexus est igitur omnia/q̄ ⁊ virū ⁊ nomen expressit: in quo summa virtutū est. ¶ Rabanus. Mira autem distinctione factū est/vt dn̄s ipse humilitatem assumpte humanitatis profiteatur: vocās se filiū hominis. quū dixerit ibi. Quem dicūt homines esse filiū hominis? discipulus vero Petrus excellentiā diuine eternitatis ostendit. Hilarius. Dignū autem cōfessio Petri premiū consecuta est: quia dei filiū in homine vidisset. Unde sequitur. Respondens autē Jesus dixit ei. Beat⁹ es Simon bariona: quia caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus: qui est in celis. ¶ Hiero. Reddit enim christus apostolo vicem pro testimonio de se. Petrus dixerat. Tu es christus fili⁹ dei viui. Dn̄s aūt dixit ei. Beatus es Simon bariona. quare? quia non reuelauit tibi caro ⁊ sanguis: sed reuelauit pater. q̄d caro ⁊ sanguis reuelare non potuit: spūssancti gratia reuelatū est. Ergo ex confessione sortitur vocabulum. ꝙ reuelationē ex spiritusancto habebat. cuius ⁊ filius appellandus sit. Siquidem bariona in lingua nostra sonat filius colūbe: id est spiritussancti. ¶ Chrys. Uanum autē esset. Jo. j. Tu es filius iohanna. nisi vt ostendat/quoniā ita naturaliter est christus filius dei: sicut Petrus fili⁹ iohanna: eiusdem substantie cum eo qui genuit. ¶ Hiero. Illud autē quod ait. quia caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi. apostolice narrationi cōpara: in qua ait. ad Gal. j. Cōtinuo non acquieui carni ⁊ sanguini: neq̄ veni hierosolymā ad antecessores meos apostolos: sed abij in arabiā: ⁊ iterū reuersus sum damascū. Deinde post annos tres veni hierosolymā videre Petrū. ⁊ mansi apud eū dieb⁹ q̄ndecim. aliū aūt apostolorū vidi neminē. nisi Jacobū fratrē dn̄i. Que autem scribo vobis/ecce corā deo quia nō mentior. Deinde veni in partes Syrie ⁊ Cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesijs iudee que erant in christo. tantum autē auditum habebant: quoniā qui persequebatur nos aliquādo: nunc euāgelizat fidem: quam aliquando expugnabat: ⁊ in me clarificabāt deum. Carnem ibi ⁊ sanguinem iudeos signans. vt hic quoq̄ sub alio sensu demonstretur/ꝙ ei nō per doctrinā phariseorum: sed per dei gratiā: christus dei fili⁹ reuelatus sit ⁊c. ¶ Hilarius. Uel aliter beatus Petrus hic vltra humanos oculos ⁊ intendisse ⁊ vidisse laudatus est: nō id q̄d ex carne ⁊ sanguine est contuens: sed dei filiū celestis patris reuelatione cōspiciens. dignusq̄ iudicat⁹ est/vt primus agnosceret ꝙ diuinitas esset in christo. ¶ Item super predicto verbo. Filius dei viui. Chrys. Nimirū autem si non cōfessus esset Petrus christū proprie ex patre natum: non esset hoc reuelationis opus. nec existimare christū vnum ex multis filijs adoptionis: beatitudine dignum esset. Nam ⁊ ante hoc illi q̄ erāt in naui dixerunt. Uere fili⁹ dei es. Et quū transfretassent: venerunt in terram genesar. ⁊ quū cognouissent eum viri loci illius: miserunt in vniuersam regionem illā: ⁊ obtulerunt ei omnes male habētes. ⁊ rogabant eū vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicūq̄ tetigerunt: salui facti sunt. Matth. xiiij. sed ⁊ Nathanael Joā. j. dixit. Rabi tu es fili⁹ dei. Non tamen beati dicti sunt. quia non talem confessionem qualem Petrus. Sed vnū ex multis eum existimabant: non vere dei filium: vel etsi precipuum quidē pre multis: non tamen ex substantia patris. Uides autem qualiter ⁊ filiū reuelat pater: ⁊ patrem filius. non enim ab alio est dicere filium ꝙ a patre: nec ab alio patrē q̄ a filio. Matth. xj. Et nemo nouit filium: nisi pater. neq̄ patrem quis nouit: nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis: ego reficiam vos. tollite iugum meū super vos: ⁊ discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiē animabus vestris. Jugū enim meum suaue est: ⁊ onus meū leue ⁊c. Quare ⁊ hinc manifestum est/ꝙ filius est cōsubstantialis ⁊ coadorandus patri. ¶ Ostendit autem christus ex hinc iam multos credituros quod fuerat Petrus confessus. vnde ⁊ subdit. Et ego dico tibi. quia tu es Petrus: ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiā meam. id est in hac fide ⁊ confessione ecclesiam meam. Hinc dicit iam multos credituros quod Petr⁹ confessus fuerat: ⁊ erigit eius sensum: ⁊ pastorem ipsum facit. Adde hic quod scripsi de Petro ⁊ eius prerogatiua supra. liiij. ⁊ .lv. articulis. ¶ Uere igitur est ecclesie regnum gloriose magnificum: et magnifice gloriosum. Quod ⁊ vnum/⁊ catholicū/sanctum/⁊ apostolicum/rectissime nuncupatur ⁊c.

Marginal notes: petr⁹ os aplorum. — Uiu⁹ cur dr̄ deus.

¶ Articulus.lxiiij. A

Habuit insuper regnum ecclesie triplicem statū.

¶ Primo in lege nature: i quo nullū signum distinctiuū fidelium ab infidelibus habuit. licet habuit primitias/oblationes/decimas/⁊ sacrificia de munerib⁹ ⁊ oblationibus. Gen. iiij. xiiij. q. v. scriptum. de sacrificijs. Gen. viij. ⁊ .xiiij. de conse. dist. iiij. quod apud. de decimis. Gen. xviij. ⁊ .xiiij. ¶ Secundo habuit statum in tempore legis scripte: in quo habuit circūcisionem datam ipsi Abrae. Genes. xvij. de cōsecra. distin. iiij. quod apud nos. per quam distinguebantur qui non erant de lege dei ab alijs. ¶ Habuit etiam statum in lege vel tempore

Marginal note: Triplex ecclesie status.

gratie: in quo habuit baptisma ꝛ alia sacramēta. vt p:e. c. qđ apud. ꝛ ex̄ de bap. maio:es. in q̄bus confertur grā ꝛ remissio pctōꝝ. j. q. j. multi. ꝛ. c. q̄cq̄d. ex̄ in clemē. de si. catho. sacrosancte. §. si. Sacrificia aūt legis nature ꝛ legis scripte iustificabāt ratione fidei: cui' pfessio in illis fiebat. vt p:e. c. qđ apud. ¶ Habuit ergo eccl'ia initiū ab ipso Abel post Adā: in quo p:imo cepit ecclesia. vt. s. in pncipio pbaui. xxxvj. ar. ꝛ hic adde qđ ibi notaui: sicut christus innuit Mat. xxiij. vt veniat sup vos (inquit) ois sanguis iustus qui effusus est super terrā a sanguine Abel iusti. ꝛ Luc. xj. ibi. a sanguine Abel ꝛc̄. ad Heb. xij. ꝛ. j. Joā. iij. ꝛ apl's ad Heb. xj. sic ait. Fide. plurimā hostiā Abel q̄ Cayn obtulit deo: per quā testimoniū consecutus est esse iustus: testimoniū perhibente munerib' eius deo: ꝛ per illā defunct' adhuc loquit. ꝛ ordinate descēdens apl's per notabiles sanctos scꝫ Enoch: Noe: Abraam: Saram: Ysaac: Jacob: Joseph: Moysen: filios israel in Exo. xiiij. qui trāsierunt mare rubꝝ: ad quoꝝ fidē muri hiericho corruerūt. in Josue vj. Raab meretricē: Gedeō: Barach: Samson: Jepte: Dauid: Samuel: narrat v̄tutes ecclesie: ꝛ passiones quas sustinuit a pncipio mūdi vsq; ad christū: qui est lapis angularis. ps. cxvij. Innuēs fidem patrū veteris testamenti cū fide patrū noui testamēti: cōcludens in. xij. ca. ad Heb. Ideoq; ꝛ nos tantā habētes nobis impositā nubē testiū deponētes omne pōdus ꝛ circūdans nos pctm̄ per patiētiam curramus ad ppositū nobis certamē: aspiciētes in autho:ē fidei ꝛ cōsummato:ē iesum. Eadē ergo fides fuit ꝛ est in ecclesia ab Abel vsq; ad vltimū iustū q erit in fine mūdi: q: idem est creditū. vn̄ ꝛ Paulus enumeratis multis sanctis testamenti veteris ad Heb. xj. in fine sic ait. Et hi oēs testimonio fidei pbati nō acceperūt rep:omissionē: deo p nobis melius aliqđ prouidēte: vt nō sine nobis cōsummarētur. Et Judas in canonica. j. ca. Qm̄ iesus populū de terra egypti saluās secūdo eos q̄ non crediderūt perdidit. Sed quantū ad mysteriū incarnatiōis ꝛ nostre redēptionis patres q̄ precesserunt aduentū christi in carne credebāt futurū. nos aūt credimus esse factū. ꝛ pp̄ter hoc dicit apl's in autho:em fidei quantū ad illos qui sunt in nouo testamēto: quātum v̄o ad illos q̄ fuerūt in veteri testamēto dicit cōsummato:ē iesum: q̄ consummauit oēs figuras veteris testamēti adimplēdo veritatē in semetipso. ¶ Erat em̄ status testamēti veteris habens vmbrā futuroꝝ bonoꝝ: non ipsam imaginē rerū. i. veritatem. j. ad Co:. x. ibi. patres nostri sub nube fuerūt. de cōse. di. ij. re vera. pp̄ter hoc Joā. xix. dicit: cōsummatū est. i. oia figuralia ꝛ pphetica sunt verificata: ꝛ eoꝝ veritas p me adimpleta. Vn̄ super v̄bo predicto cōsummatū est. Aug. Quid nisi qđ pphetia tāto ante predixerat: Itē glos. ibi. oia que oportebat fieri ante q̄ acciperet acetū: ꝛ traderet spiritū. vt etiā hec scriptura cōsummaret. In siti mea potauerūt me aceto. ps. lxxvj. Unde ꝛ ipse đ: lapis angularis Mat. xxj. ibi. lapidem quē rep:obauerūt edificātes hic fact' est in caput anguli. Ubi Chry. v̄. Lapidem aūt Christū vocat. edificato:es aūt doctores iudeoꝝ: qui christū rep:obauerūt dicentes. Hic non est a deo. Item ibi Rabanus. Sed illis nolētibus idē lapis caput anguli firmauit. Eph. ij. q: de vtroq; populo quotquot ipse voluit sua fide coniunxit. Item Hilarius. est em̄ caput anguli factus: q: est inter legem atq; gētes lateris vtriusq; coniunctio ꝛ. j. Pet. ij. ibi. Ad quē accedētes lapidem viuū ꝛc̄. ꝛ ibi etiā. Ecce ponā in syon lapidē summū angularē electū preciosum. ꝛ Eph. ij. Ipse em̄ est pax nostra: qui fecit vtraq; vnum. ꝛ ibi post. Ipso summo angulari lapide christo iesu. Oia em̄ opera patrū veteris testamēti que ex fide pcedebāt: figura erāt. sicut đ. j. ad Co:. x. Omnia in figura cōtingebant illis. ꝛ Osee. xij. đ. In manibus pphetarū assimilatus sum. i. in operibus ꝛ verbis figuratiuis expressus. ¶ B Dicitur etiā ipse christus caput ecclesie q̄ incepit ab Abel iusto. vt dictū est: vsq; ad vltimū iustū: qui erit in fine mundi. sicut dicit ad Col. j. Omnia per ipsum ꝛ in ipso creata sunt: et

Initiū ecclesie.

Lapis angularis.

Caput ecclesie christus.

ipse est ante oēs: ꝛ oia in ipso constant: ꝛ ipse est caput corpo:is ecclesie. dicit glos. Quum ecclesia ab Abel ceperit: qm̄ est christus caput eoꝝ qui tūc fuerunt: bene: quia ipse p:incipiū ecclesie est b̄m diuinitatē. i. fundato: ecclesie. q: oēs iustos qui ab Abel vsq; ad vltimū iustū generantur: virtute diuinitatis ꝛ misericordie sue dono illuminauit. ¶ Scd̄m etiam humanitatē etiā pōt dici principiū ecclesie: q: super fidē humanitatis ei' fundata est ecclesia. Et bene ipse est caput ꝛ p:incipiū. i. recto: ꝛ fundato: q: ipse est p:imogenit' ex mo:tuis. i. p:imus mo:tuoꝝ ab immo:talitate resurgēs. sicut etiā exponitur p:imogenitus mo:tuoꝝ. Apoc. j. sicut em̄ natus est ante oia de deo: vt oīa crearet: sic iterū de virgine nat' est homo: q̄ p:imo a mo:tuis resurrexit: vt oia q̄ creauerat restauraret. vt sit semp p:imus ꝛ p:inceps. Vn̄ subdit ibi apl's Col. j. Ut per hoc sit in oibus tam p:io:ibus q̄ sequentibus tenēs p:imatū id est dominiū: q: pōt alios suscitare. Caput est etiam ipse christus: q: vna psona est de' ꝛ homo: scꝫ dn̄s iesus christ'. xxiij. di. qui epo. ex̄ de sum. trini. c. j. ex̄ de hereti. cū christus. Omnia etiā sacramēta in patrū antiquoꝝ operibus figurata sunt. Vn̄. j. ad Co:. x. Et oēs mare transierūt: ꝛ omēs in moyse baptizati sunt ꝛ in nube ꝛ in mari ꝛc̄. de cōse. di. ij. re vera. ꝛ melius de cōse. di. iiij. nec quēq̄. futuram vero glo:ificationē in futura resurrectione ipsi patres veteris testamēti expectauerūt: ꝛ nos expectamus. Job dicente Job. xix. Credo q̄ redēpto: meus viuit. ꝛ Heb. xj. Deo p nobis melius aliqđ prouidēte vt nō sine nobis cōsummarent. Ex dictis cōcludi pōt q̄ qui ecclesiā negaret nō esse vnā ab ipso Abel vsq; ad vltimū iustū qui erit in fine mūdi: cōsequenter negaret christū nō esse caput ecclesie: nec esse lapidē angularē q̄ fecit vtraq; vnū. ꝛ impinget in articulū fidei Unā sanctā catholicam ꝛ apostolicā ecclesiā. Sic em̄ nos docuit dn̄s noster iesus christus ꝛ sancti apl'i ꝛ docto:es. Si ergo ponamus initiū regni a dn̄o iesu christo q̄ est rex regū: ꝛ dn̄s dominantiū: ꝛ p:inceps regū terre. Apoc. j. xvij. ꝛ. xix. ca. ꝛ. j. ad Tim. vj. quē suis tēpo:ibus ostendet dn̄s: ꝛ solus potens: rex regū: ꝛ dn̄s dn̄antiū ꝛc̄. sicut ipse est ante ecclesiā: ꝛ caput ꝛ fundamentū ecclesie: ita ꝛ regnū eius est ante ecclesiā: ꝛ ipsa ecclesia regnū ei': ꝛ ab eo omne regnū ꝛ potestas. Prouer. viij. p me reges regnant. xxiij. q. iij. quesitum. ꝛ Dan. iiij. ibi. Donec cognoscant viuentes qm̄ dominatur excelsus in regno hoim: et cuicūq; voluerit dabit illud: ꝛ humillimū hoiem constituet super illud. Et q: persona christi vna est in duab' naturis: qđ in scripturis legit de psona filij dei totū vere asseritur de ipso deo ꝛ hoie. Vn̄ Joā. viij. Ante q̄ Abraā fieret ego sum. ¶ C Et q̄ ecclesia patrū antiquoꝝ ꝛ illa vna sit: ꝛ vnū caput eius christ'. facit qđ dicit Pe. Act. xv. ibi. Sed per gratiā dn̄i nostri iesu christi credimus saluari: quēadmodū ꝛ illi. p:emiserat em̄. nunc ergo q̄d tentatis deū imponere iugum super ceruicē discipuloꝝ qđ neq; nos neq; patres nostri po:tare potuim'. ¶ D De regno terreno si loquimur: ꝛ qn̄ habuit o:tū: diam' b̄m histo:iographos q̄ ab Abel vsq; ad diluuiū fuerunt cōpleti mille q̄ngenti centū quinquaginta sex anni: in q̄bus nulli' homo habuit dominiū super hoies. xxxv. dist. sexto. Nisi vir super vxo:ē p:op:iā. xxxiij. q. ij. placuit. ꝛ. q. v. satis. xxij. q. iiij. duo ista. quāq̄ etiam tūc potētes a seculo viri famosi dicerētur: vt dicit Gen̄. vj. tamen nullus legit regnasse. ¶ E Regnū vero hoim incepit sicut. s. dixi post p:i. istius operis. xxxvj. ar. ꝛ. xlj. v̄. post diluuiū. a Nemroth: q̄ fuit de genere Canaā qui fuit addictus seruituti. Gen̄. ix. maledict' puer canaā: seruus seruoꝝ erat fratribus suis. xxxv. di. sexto. j. q. iiij. §. his ita. v̄. itē cham. cui' nepos fuit Nemroth. ipse em̄ fuit interfecto: hoim ꝛ oppresso:. ꝛ per istū modū fecit se regē Gen̄. x. Unde dicit ibi q̄ erat robustus venato: corā dn̄o. glos. i. interfecto: ꝛ opp:esso: ꝛ extincto: quos allexit ad edificandā turrim: vt cōtra deū construeretur. vj. di. §. si. ¶ Qui Nemroth b̄m Josephū noua regni cupiditate tyrannidē exercuit: ꝛ fuit autho: edificāde turris q̄ tāgeret

Regni tpalis exo:dium.

celum.

celum. Geñ.x. Fuit autē principiū regni eius Babylon et Arach: ꝛ Archat: ꝛ Chalāne i terra Sennaar. vt p̄eall. c. x. dꝫ. De terra illa egressus est Assur: et edificauit Niniuē: et Chale: que est ciuitas magna: vt dicit ibi. Et ita regna mūdi inceperūt a Babylonia et Niniue/ p oppressiones hoim ꝛ violētias: et sic profecerūt regna in terra: sicut apparet tpe Abrae. Geñ. xiiij. vbi dꝫ. Factū est aūt in illo tempore: vt Amraphel rex Sēnaar ꝛc. vbi apparet ꝙ qui potērio: erat viribus: ꝛ alios poterat opprimere: eis dn̄abatur. ¶ Ab his aūt ortū habuit idololatria. sicut habetur Sap. xiiij. Deinde interueniēte tpe: cōualescēte iniqua cōsuetudine: hic erro: tāꝙ lex custoditus est: ꝛ tyrannoꝝ iperio colebātur figmēta ꝛc. ꝛ ifra. qm̄ aut affectui aut regib⁹ deseruiētes hoies/ incōmunicabile nomē lapidibus et lignis imposuerūt ꝛc. vnde recte cōsiderātibus/ oia regna magna mūdi p̄fecerūt in dominiū: p oppressiones/ violētias/ ꝛ inuasiones alioꝝ. Sic em̄ regnū Chaldeorum et Assyrioꝝ profecit in monarchiā. Sic regnum Medoꝝ et Persarū per viā bellicā p̄fecit in monarchiā. sicut apparet Judith. j. ꝛ. ij. c. Sic etiā regnū Grecoꝝ in Alexādro. j. Machab. j. ¶ Similiter via bellica/ occisione multarum gentiū et oppressione/ p̄fecit monarchia Romanoꝝ. vt habet. j. Machab. viij. per totū. Et quādiu non regnauit inter eos ambitio: p̄fecerunt. vt habet ibi. Et qn̄ ambitio dominādi succreuit inter eos: habuerūt bella ciuilia. Unde ꝛ regnū Romanoꝝ a latrūculis cōgregatis incepit. vt narrat coꝝ historia. Sic etiā p̄fecerunt regna Ptolemeorum: Syroꝝ: et Egyptioꝝ. j. Machab. Deus aūt oīpotēs qui malas hoim volūtates ꝛ demonū conuertit in bonū. fm̄ Aug. vt. s. dixi. xxxvj. arti. ver. et si dicatur. oia regna ordinauit ad p̄fectū virtutū: et exterminationē vitioꝝ: qꝛ humanū genus erat per idololatriā deformatū. sicut dicitur Sap. xiiij. Initiū em̄ fornicationis. i. oim vitiorum/ est exquisitio idoloꝝ: et adinuētio illoꝝ/ corruptio vite est. et infra. Infandoꝝ enim idoloꝝ cultus oīs mali causa est/ et initiū ꝛ finis. Qꝛ aūt in correctionē vitioꝝ ꝛ laudē bonoꝝ regna ꝛ dn̄ia sint a deo instituta: patet. j. Pet. ij. Subiecti estote. ex̄ de maio. ꝛ obe. solite. omni humane creature p̄pter deū: siue regi quasi p̄cellēti: siue ducibus tāꝙ ab eo missis ad vindictā malefactoꝝ/ laudē vero bonoꝝ. Unde et per malos de⁹ punit malos. Esa. x. Ue assur. Uirga furoris mei ꝛ baculus ipe est. In manu ei⁹ indignatio mea. xxiij. q. v. §. hinc notandū. ꝛ Roma. xiij. Oīs aīa potestatibus sublimioribus subdita sit: nō est potestas nisi a deo: que aūt sunt a deo: ordinata sunt. ex̄ de censi. oīs aīa. xxiij. q. j. quid culpat. xij. q. ij. mouet te. vltra mediū. ibi. Sicut Joseph qui per Pharaonē iurando hoc in eo veneratus est qd dei iudicio posit⁹ erat in insimis (alꝫ Mēphis/ fm̄ glos. que erat caput regni) Un̄ aplꝰs. Oīs potestas a dn̄o deo est. Itē xp̄s Pilato. Nō haberes potestatē aduersum me vllā: nisi tibi datū esset desuper. Joā. xix. Unde ipsi reges mūdi nō sequētes diuinā ordinationē: sed libidinem dominādi ↄtra deū: ꝛ fideles suos cōstauerūt vires suas, sicut patꝫ. s. in Nemroth ꝛ alijs: et post in Pharaone/ qui afflixit populū dei: et seruituti subiecit. sicut patet Exo. ij. et. iij. ꝛ in seq. c. ꝛ. xxiij. q. iiij. nabuchodonoso:. immo ad tātam deuenit insaniā Pharao: vt diceret Exo. v. Quis est dn̄s: vt audiā vocem eius: et dimittā israel? nescio dn̄m: et israel nō dimittā. et tandē ꝓpter eius superbiā perijt cum suo exercitu in mari rubro: put patet in Exo. vsꝗ ad. xiiij. c. ꝛ postea hāc eius superbiā sequētes/ ausi sunt dicere sicut dicit Ezechiel. xxix. Ecce ego ad te Pharao rex egypti draco magne/ qui cubas in medio fluminū tuoꝝ: et dicis/ meus est fluuius: et ego feci memetipm̄. ¶ Pharao autē fuit nomē oim regū egypti ante Alexādrū. Sed post mortem Alexandri egyptus cepit habere reges Ptolemeos: sicut dicit Aug. lib. xiiij. de ciui. dei. ¶ Similiter successores regū Assyrioꝝ in tantā excreuerūt superbiā cōtra deum et eius populū: vt eēnt ausi dicere sicut dꝫ. Esa. xxxvj. Quis est ex oibus dijs terrarū q̄ eruerit terrā suā de manu mea: vt eruat dn̄s hierl̄m de manu mea? Et post. Cui exprobrasti: et quē blasphemasti: et sup quē exaltasti vocē tuam? ꝛc. ¶ Similiter reges Chaldeoꝝ eleuauerūt cor suū contra deū in superbia. sicut pꝫ in Nabuchodonoso: Dan̄. quasi per totū. maxime. c. iiij. qui punitus est donec cognouit potestatē oīs regni esse a deo. vt p̄alleg. c. nabuchodonoso:. xxiij. q. iiij. ꝛ. c. quādo. ꝛ. xj. q. iij. imperatores. de peni. dist. j. §. ex his itaꝗ. vltra mediū. ver. nabuchodonoso:. De eo etiā ꝛ de supbia eius Judith. iij. iiij. ꝛ. v. c. Patet etiam in lib. Machab. j. ꝛ. ij. quō illi qui erāt de posteritate Alexādri/ et deū cōtēpserunt: et eius populū p̄secuti sunt: ꝛ fidē dei exterminare voluerūt: ꝛ se deo adequare voluerūt. sicut Antiochus ꝛ alij. Hoc autē certū ꝛ regulare est/ ꝙ oia regna paganoꝝ idololatriā nutriuerūt: ꝛ fidem dei impugnauerūt. et hoc etiā fuit in imperio Romano vsꝗ ad tēpora Cōstantini magni. Et multi etiā imperatoꝝ post conuersionē fuerunt fautores hereticoꝝ: ꝛ p̄motores: fidei et ecclesie impugnatores. Et hec de regnis gentiliū perscripta sufficiant. ¶ F

Inter reges aūt catholicos prim⁹ fuit Melchisedech. sicut. s. nota. in ar. xxxvj. ver. istius ergo. rex Salem tpe Abraam. de quo Geñ. xiiij. ꝛ Heb. vij. in quibus dꝫ. ꝙ etiā fuit sacerdos. ¶ G Et sic primus rex catholicus sacerdos fuit q̄ credit fuisse Sem: q̄ fuit primogenit⁹ Noe: supuixit autē Melchisedech Abrae. xxv. annis. Deinde fuit Job de cui⁹ p̄fectione habet lib. Job. p totū. Et ꝙ fuerit rex hꝫ Job. xxix. Cūꝗ sederē tāꝙ rex ꝛc. Qꝛ fuerit sacerdos habet Job. j. ibi. Consurgēsꝗ diluculo/ offerebat holocausta. ꝛ Job. xlij. Job aūt seruus me⁹ orabit pro vobis ꝛc. Et postmodū in populo israel liberato de seruitute egyptiaca/ fuerunt reges post Saul primū regē/ fere p cccclxxij. annos. Et quib⁹ tres boni. vnde Eccli. xlix. Preter dauid et Ezechiā et Josiam/ oēs reges peccm̄ commiserūt. s. vel ꝙ fuerūt idololatre: vel fautores idololatrarū. Fuit igit ecclesia sine regib⁹ catholicis/ exceptis trib⁹ predictis/ postꝙ filij israel exiuerūt de egypto fere p. cccxxvij. annos. Antea peregrinati sunt fideles ab initio mūdi in mūdo isto/ aliqn̄ oppssi sub ipis regib⁹ p duo milia. cccliij. annos. ¶ H Post exitū autē filioꝝ isrl̄ de egypto rexerūt sacerdotes populū: sicut apparet in Moyse ꝛ Aaron vsꝗ ad Samuel. vt colligit ex libris Exo. Leuit. Numeri. Deutero. ꝛ Judicū. ꝛ. j. lib. Reg. vsꝗ ad. iiij. c. Postmodū sicut patꝫ in p̄eall. c. iiij. popul⁹ dei aspernātes regnū Samuel/ petierūt sibi regē dari. sicut habetur. j. Reg. viij. de quo fuit dn̄s indignatus. vt ibi habet. vn̄ dedit eis regem permissiue/ nō p̄ceptiue. vt habet Osee. xiij. ibi. Ubi est rex tu⁹? Maxime nūc saluet te in oib⁹ vrbibus tuis ꝛc. et sequit. Dabo tibi regē in furore meo ꝛc. viij. q. j. audacter. Dn̄iū em̄ datū summo sacerdoti ꝛ tpale ꝛ spūale. vt habetur in Deutero. xvij. si difficile et ambiguū ꝛc. vbi ponunt tria genera causarū: criminaliū/ ciuiliū/ ꝛ spūaliū: vt exponunt ex̄ q̄ fi. sint legi. per venerabilē. §. rōnib⁹. ¶ Qꝛ autē idē iudiciū ꝛ p̄ās sit ecclesie post aduētū xp̄i: habet Luc. xxij. ibi. Et q̄ nō habet: vēdat tunicā suā: et emat gladiū. et sequit. Ecce duo gladij hic. Tractaui de hoc late in superioribus: maxime in ar. xiij. xxxvij. ꝛ. lx. vn̄ nō repeto. De potestate ecclesie ꝛ regno Dan̄. vij. vbi loquēs Daniel de quatuor monarchijs/ ait. Et iudiciū sedebit/ vt auferat potētia ꝛ cōterat: ꝛ dispereat vsꝗ in finē. Regnū aūt et potestas ꝛ magnitudo regni que est subter oē celū/ det populo sanctoꝝ altissimi: cuius regnū/ regnū sempiternū est: et oēs gētes seruiēt ei/ atꝗ obediēt ꝛc. Caput aūt isti⁹ regni xp̄s est: ꝛ viri ecclesiastici sunt ei⁹ vicarij. Sꝫ quare oēs nō obediāt vicario dei p̄cipuo ꝛ alijs: assignat rō quodāmodo ab aplo ad Heb. ij. ibi. Oia subiecisti sub pedib⁹ eius. In eo em̄ ꝙ oia subiecit: nihil dimisit nō subiectū ei. Nūc aūt necdū videmus oia subiecta esse: nō ergo mirandū si nō subijciātur etiā multi vicarijs eius: quum nō subijciantur ipsi regi principali. iuxta illud Jo. xv. Si me persecuti

Sordida regni temporalis initia.

Regum catholicoꝝ p̄mi.

Judicia ria p̄ās ecclesiasti coꝝ est.

sunt: ⁊ vos persequẽtur. Et magna rõ huius inobediẽtie est vanitas ⁊ supbia. iuxta illud Job.xi. Et vanus in supbiã erigit: ⁊ quasi pullũ onagri se liberũ natũ putat. et in canonica Jo.iij.c.j. Scripsissem forsitan ecclesie: sȝ is qui amat primatũ gerere in eis Diotrepes nõ recipit vos ⁊c. xcij.di.§.hinc etiã. Diotrepes interpretaṫ decor: insaniens. Inter oĩa que faciũt insanire est supbia. vt habeṫ de Sennacherib.iiij.Reg.xix. Insanisti in me: et supbia tua ascẽdit in aures meas ⁊c. ¶ Sacri aũt patres quũ ipsi essent ecclesie ministri: vsum gladij tẽporalis cõmiserũt secularibus, et cõmittũt. Unde quum reges pmouẽtur ad regis fastigiũ: de manu ɔsecrãtis recipiũt diadema regale/sceptrũ/ et nudũ gladiũ. Adde hic quod scripsi.s.in.xiij.⁊.xxvj.et xxvij.ar. Un̄ et Hiere. de sacerdotibus Anathot Hiere.j. et ex̄ de maio.⁊ obe.solite. dixit Jude.ij.Macha.vlti. Accipe sanctũ gladiũ munus a deo: in quo deijcies aduersarios populi mei israel. ¶ J Si aũt queraṫ quõ sacerdotes ⁊ leuite in veteri lege poterant iurisdictionẽ tpalẽ habere: quũ nihil possent possidere de tẽporalibus. vt habeṫ Numeri.xviij.ibi. Dixit dñs ad Aaron. In terra eoꝝ nihil possidebitis: nec habebitis ptẽ inter eos ⁊c. ⁊ Deut.xviij. Nõ habebũt sacerdotes et leuite ⁊ oẽs qui de eadẽ tribu sunt/partẽ ⁊ hereditatẽ cũ reliquo israel.xij.q.j.§.his ita. Respõsio est ꝙ etsi nõ haberẽt possessiones: habebãt tamẽ vrbes et oppida ⁊ suburbana ad habitandũ pro se et suis pecoribus. vt habeṫ Nume.xxxv. Josue.xiiij.et.xxi.et prealł.§.his ita. ¶ L Sic ⁊ clerici certe approbate regule nõ subiecti/ ppriũ ⁊ iurisdictionẽ tẽporalẽ pñt habere.xxiij.q.viij.§.ecce.⁊.§.hinc daṫ intelligi.xxij.q.iij.per totũ.et.xij.q.j.p totũ.⁊.q iiij.p totũ.et legiṫ ⁊ noṫ.ex̄ de rap. in archiepatu.in glos.vlt.⁊ ex̄ ne cle.vel mo.clericis. glos. ij.co.ti.si eps.li.vj.xcv.di.c.j.in glos.j.i fi.⁊ de appel.romana.§.debet.li.vj.et ex̄ de delic.pue.c.ij.vbi de hoc.⁊ de maio.⁊ obe.solite.vbi de hoc.in glos.nũquid. ¶ L Q auté vna dicaṫ ecclesia ante christũ et post: faciũt.ff. de leg.j. ꝙ in rerũ.ff.de iudi. pponebaṫ.ff.de ver.obli. inter stipulantẽ.§.sacramẽta.qd legiṫ ⁊ noṫ. de cõse.dist.j.de fabrica. glos.hoc intelligit.xvj.di.habeo librũ.glos.nõ quod eadẽ. vij.q.j.denicꝫ.glos.ar.ꝙ idẽ est ppls.⁊ xxxi.q.ij.lotharius.in glos.ar.ꝙ idẽ est ppls.ij.q.vj.§.post secũdã.⁊ i glos.ar.cõtra.⁊.c.si eps.ibi: renoueṫ eramẽ.ex̄ de iudi.cõsuluit.ex̄ de feu.c.ij.§.fi.xij.dist.pceptis. in glos.ar.ꝙ nõ.xxxiiij.q.j.nõ satis.i glos.j.nõ de nouo.ex̄ de dona.p tuas.glos.q: forte.

An leuitę qd tẽporale possederint.

¶ Articulus.lxv. A

Ceterũ q: in pmissis late psecutus sum quare ecclesia dicatur vna/sancta/catholica/et aplica. Nũc dicendũ est de schismaticis se ab ista sancta et vna ecclesia separãtibus. ¶ Et pmo sciẽdũ est qd sit schisma. Scdo vnde dicaṫ. Tertio qua pena schismatici feriantur. Quarto qd iuris de ordinatiõibus ab eisdẽ factis. ¶ Quid sit schisma. Est quidẽ illicita discessio eoꝝ inter quos vera ⁊ legitima vnitas debet esse. Seu illicitus ab vnitate vel vniuersitate discessus. fm Gof. Uel dic ꝙ schisma est illicita diuisio p inobediẽtiã ab vnitate ecclie sancte.xxiij.q.iij.inter schisma. vij.q.j. nouatianus. Ideocꝫ schismatici volẽtes ecclesiã dei scindere/peccãt in fide quoad articulũ illũ: Credo in spiritũsanctũ: et vnã sanctã catholicã ecclesiã. ad hec.xxiiij.q.j. aduocauit: et.iiij.c.pcedẽ. Sed nõ est intelligẽdũ ꝙ ita credaṫ in vnã sanctã ecclesiã: sicut in deũ. Unde Aug.ad neophitos. et poniṫ de cõse.dist.iiij.prima igiṫ.ad fi.ibi: Itẽ. Qd aũt interrogauimus: credis in sanctã ecclesiã: et remissionẽ peccatoꝝ: carnis resurrectionẽ: non eo modo interrogauimus: vt quõ in deũ creditur/sic in ecclesiã sanctã catholicã: que ppterea ⁊ sancta et catholica est: q: recte credit in deum. nõ ergo diximus vt in ecclesiã quasi in deũ crederetis: sed intelligite nos dicere ⁊ dixisse vt in ecclesia sancta ⁊ catholica cõuersantes/in deũ crederetis. Et vnde dicatur certe

Schismatis diffinitio.

hoc nomen schisma grecum est: et diciṫ a scissura.xxiiij.q.j. schisma.in prin. Quũ em̄ fides catholica vna sit: et vnionẽ designet: q: christus nõ duas: sed vnã tm̄ ecclesiam sibi copulauit.xxvj.dist.acutius. Unde fm Aug. Uir vnius vxoris eps significat vnitatẽ ex oibus gẽtibus collectã/ ⁊ vni viro christo subditã: hec vnitas diuisionẽ nõ recipit.xxiiij.q.j.loquiṫ. patet ꝙ si quis ab hac vnitate recedit: diuisus est: et sic schismaticus.xxiij.q.vij.quẽadmodũ. Uestimẽtũ dñi ideo scissum non fuit: sed de eo sortiti sunt: q: ecclesia scindi nõ debet: sed tota in vnitate cõsistit.xvj.q.vlti. fines dñi.de hoc no.ex̄ de elec.q: diligentia. ¶ Differt aũt schisma ab heresi in pncipio. Nã heresis in sui pncipio hȝ peruersum dogma: qd nõ habet schisma. sed si permanet: cadet i heresim: q: fingit se ab ecclesia recte recessisse: ⁊ ideo censetur hereticus.xxiiij.q.iij.inter schisma.et sic peccat in illũ articulũ: Credo in spiritũsanctũ: per quẽ ecclesia sancta vniṫ.xxiiij.q.j.§.si aũt. Uel est inter hec duo talis differẽtia/qualis inter genus et speciẽ: q: omnis hereticus est schismaticus: si est publicus. sed nõ conuertiṫ nisi schisma durauerit. Uel est differẽtia que inter dispositionẽ ⁊ habitum. Primo em̄ diciṫ schisma: sed quũ post tps ptinaciter adheserit sue secte: dicitur heresis. vt hec no.in preallег.c. inter schisma. ¶ Qua pena schismatici puniunṫ. Et certe puniũtur a deo et hoibus. Ut em̄ scirẽt hoies ꝙ graue/et ꝙ detestabile sit hoc crimẽ: ostẽdit dñs in Chore Datan ⁊ Abiron: quos terra viuos absorbuit cũ tabernaculis suis et vniuersa substãtia: descẽderũtcꝫ viui in infernũ operti humo. Nume.xvj. Sed et ignis egressus a dño interfecit cc.l.viros qui offerebãt incẽsum. vt ibi dicitur. qui ducẽti.l. cum Chore Datan ⁊ Abiron schisma fecerãt cõtra Moysen. vt in prin.illius.c. cõtinetur. poniṫ historia.j.q.j. si qs inquit.xxiiij.q.j.didicimus. Sed ⁊ exẽplo alio ostẽdit. quũ em̄ decẽ tribus scisse essent a tribu Juda et Beniamin: et relicto rege suo/aliũ sibi foris cõstituissent: tanta indignatio dñi extitit aduersus illos qui schisma fecerũt: vt etiam quũ homo dei ad Hieroboam missus esset/qui ei pctã sua exprobraret: panẽ apud illos edere/ et aquã bibere vetareṫ: qd quũ nõ custodisset: ⁊ cõtra preceptũ dñi prãdisset: statim diuina cẽsura pcussus est: vt inde regrediens impetu ac morsu leonis in itinere necareṫ.iij.Reg.xiij. et.xij.iij. Reg.xiij.vij.q.j.denicꝫ.ex̄ de elec.licet. Unde nec dubium est sceleratius esse delictũ/qd est grauius vindicatũ.xxiiij.q.j.nõ afferamus. ¶ Nec obstat ꝙ alibi dr heresim esse maximũ inter crimina.ar.vj.q.j.quero.xxij.q.j. primũ.in prin. et eo ꝙ primũ locum tenet in criminibus.xxxij.q.vij.quid in oibus.xxij.q.ij.primũ. Nam etsi crimẽ heresis maius sit nouo schismate: tñ ex quo schisma radicatũ ⁊ confirmatũ fuerit: idem est crimen: et vtricꝫ est pena eadẽ infligenda. xxiiij.q.iij.inter schisma.de hoc nota.in preall.c.nõ afferamus. ¶ Ab hoibus etiã puniũtur. nam excõmunicantur. et si nõ resipuerint: deponũtur.xxiij.dist.in noie.⁊ si aliter nõ pñt distingui: inuocandũ cõtra eos est brachiũ seculare.xi.q.j.petimus.ex̄ de offi.ordi.qm̄ in plerisqꝫ.§.penulṫ. et si.et expressum de schismaticis.xxiij.q.v.nõ nos. ¶ Itẽ diciṫ pprie schismaticus qui nõ recognoscit potestatẽ romane ecclesie.ex̄ de maio.et obe.solite.§.pe.vnde si aliter occupet cathedrã ꝙ debeat: puta si minus canonice est electus: fur est ⁊ latro.vij.q.j.nõ furem.xxiij.q.iiij.tres personas.ex̄ de iure patro.relatũ. Etiã si de pastore sedis aplice queras: etiã ibi multo fortius locũ debet habere. ex̄ de elec. licet de vitãda.xxiij.di. in noie dñi.lxxix.dist.c.j.⁊.c. si quis pecunia. Ideo Octauianus filius Joãnis maledictiõis vocatus fuit Uictor: iniuste cathedrã occupauit. Uixit autẽ in cathedra vsurpata annis.viij.⁊ mensibus.vij. huic successit Guido: qui ⁊ Pascalis vocatus fuit: sed canones hoꝝ facta damnant. ex̄ de schis.c.j. Octauianus etiã contra papam Alexandrũ schisma mouit/et fouit. vt legitur et no. ex̄ de elec.quia. Reprobus etiam Ualdemarus schismaticus fuit.ex̄ de sacra.nõ iterã.c.a nobis. ¶ Fredericus etiã auus.iij.Frederici depositi ab Inno.iiij.cõtra Innoc.iij.

Schismatis et hereseos discrimẽ.

Schismaticoꝝ supplicia.

Aliquot schismaticoꝝ nomina.

schisma mouit. Et Otho impator similiter. quē tm̄ Inno. idē excōicauit. Fredericus.iij.contra Grego.ix. schisma fecit. et tādē per Inno.iiij. deposit⁹ fuit in cōcilio Lugdun̄. ex̃ de reg.iur.ad apſice.lib.vj. Philippus de bauaria dux quōdā gerēs se p imperatore cōtra Joannē xxij. dictum. Jacobus de carthureo schisma fecit: ⁊ Petrū de Corbaria pseudo fratrē minorē inthronizauit Rome in sede beati Petri. qui tandē Petrus/qui Nicolaū.v. fecerat se vocari: ad veniā predicti dn̄i Joānis pape venit in Auinione: resignās de facto quicqd de facto obtinuerat in suo papatu: ⁊ schisma abiurās. de hoc scripsi.s̄.in.xxxvij.ar.ver.contra aūt. ⁊.xxxix.ar.ver.pōt. Deberet igit quilibet schismaticus timere et aiaduertere/ q licet aliqn̄ nauicula Petri fluctuet: submergi tm̄ nō pōt.xxiiij.q.j.nō turbatur. Schismatici em̄ semp inter initia feruēt: incremēta vero habere nō pn̄t.vij.q.j.nouatian⁹. ⁊ no.i.xxxix.ar.s̄. ¶ B Quid iuris de ordinationibus factis a schismaticis? sic est dicendū: q carēt executione taliter ordinati: ⁊ bn̄ficia eis collata vacāt: q: nō tenet collatio. de hoc.ix.q.j. ordinationes. et.c.a nobis.vbi de hoc no. ⁊ ex̃ de schis.c.j. Alienationes etiā rerū ecclesiasticarum ab eisdē facte/irrite sunt.xij.q.ij. alienationes.⁊.c.si qua de rebus. Nec em̄ talis prelat⁹ regere potest. Ideo tpe talis prelati ecclesia d̄r vacare.ex̃ de prescrip.c.j.si quis cōtra hoc venit: ordinationib⁹ vel alienationib⁹ innitēs/excōicatus est: et ij qui de tenēdo schismate spōte sacramentū prebuerūt: sacris ordinibus ⁊ dignitatibus suspēsi manēt.ex̃ de schis.c.j. ¶ Nedū aūt ordinatiōes a schismaticis irrite sunt facte: immo etsi ab excōmunicatis vel ab ijs qui renūtiauerūt epatui: ij tamē oēs characterē recipiūt: sicut etsi ab hereticis ordinati forent: dūmodo ordines in forma ecclesie cōferantur. vt.j.q.i.§. opponitur.ver.quis. ⁊.c.q quidā.xxiiij.q.j.§.his authoritatib⁹. Et hoc siue sciēter siue ignorāter quis recepit. Pro tāto igit dicūtur irrite/q: executione carēt. vt prealle.c.q quidā. Et de hoc.ix.q.j.c.ij.⁊.iij. ex̃ de eo qui renū.epa.c.ij. et.j.q.j.dn̄s declarauit.⁊ p Inno.ex̃ de schis.c.j. ¶ Potest aūt eps dispēsare cū illis qui ignorāter nō crassa ignorantia ordines ⁊ bn̄ficia a schismaticis receperūt.l.dist.vt constitueret.et no.ex̃ de iudi. at si clerici.in glos.magna. Sec⁹ si sciēter ſm Osti. et hoc pbatur ex̃ de ordi.ab epi.c.ij. In epatu aūt semp papa dispēsat: siue sciēter siue ignoranter quis recepit.ex̃ de elec.quia. Sed mirū videt quō ordinatus a schismatico recipiat characterē. Nā depositus nō videt q dare possit qd nō habet. Quō ergo dabit schismaticus hereticus vel excōicatus characterē contra iura illa?.j.q.vij.daibertū.ex̃ de iur.patro.q aūt.ex̃ de cōsue.quanto. in fi.ff.de offi.pcō.l.iiij. Respondeo quātūcūq deponat vel excōicetur/vel etiā renūtiet dignitati ⁊ ordini: characteri tm̄ ordinis epalis semel impresso renūtiare non pōt. arg.ff.de offi.pres.legatus. et de pac. ius agnationis.C. de pa.po.abdicatio.de cōse.dist.iiij.ostēditur. ⁊.c.quomodo.ibi.et dn̄icū characterē foris accipiebat.c.nullus autē. ⁊.c.nō in vobis.j.q.j.q quidā.xxxij.q.vij.licite.ex̃ de diuor. quanto.§.si vero.ibi. Quia sacramentū fidei qd semel est admissum/nūq amittit. ⁊.xxiij.q.iiij.displicet.ibi. Characterē dn̄icū portatis in sacramēto qd accepistis. Et loquit ibi Augu.ad Donatū hereticū. ⁊.xxiij.q.vij.quēadmodū. ibi. Respōdeo q: nō facio iniuriā characteri imperatoris: quum errorē corrigo desertoris. ¶ Et ideo cū illo charactere semp remanēt alique reliquie ordinis. sicut dicit de illo qui cedit actiones.ff.de pecu.quis ergo. et.ff.p socio. l.ij.et.iij.C.de noua.l.iij. Hec em̄ incorporalia talis nature sunt: q pn̄t in aliū trāsferri: et nihilominus retineri: sicut doctor trāsfert scientiā in scholasticū: et eā nihilomin⁹ retinet. Unde nō dat talis ordinans qd nō habet.j.characterem: nō tm̄ efficacem trāsfert: q: nec efficacē habet: et ideo quoad executionē necessaria est dispēsatio. ex̃ de schis.c.ij. q: nudus character trāsfertur: sed per dispensationē calorē sumit: et viuificatur. et sic electio nuda vestit per publicationē. ex̃ de elec. publicato. Iste enim character spūalis est et inuisibilis: et inuisibiliter a spūsancto confertur per impositionē manuū factā iuxta ritū ab aplis introductū/ sc; Petro: Jacobo: Joāne: qn̄ miserunt Paulū ⁊ Barnabam ad predicādū. Act.xiij.lxv.dist.porro.lxxv.dist.quod die.ex̃ de sacra vnc.c.j.§.j.⁊ de sacra.nō ite.c.vlti.⁊ de bap. maiores.§.itē queritur.et.§.vlti.⁊.c.debitū. ¶ C Est et alius character corporeus et visibilis.s. coctura ferri cādētis/que furū faciei imprimitur.ex̃ ne cleri.vel mona.sententiam.de cri.fal.ad audientiā. ¶ Est et alius character corporeus: qui ⁊ stigma vocat: qui fabricēsibus imprimebat. Est autē fabricensis/qui publica arma facit: et in publicis fabricis/⁊ nō alibi: et dat primicerio qui reponat in publicis armamentis. Et est stigma insigne quo eo; brachia figurabātur: cui impressum nomē imperatoris erat. Vocat etiā annotatio quidā alius character qui imprimit manibus quorūdā qui vocātur hydrophylati.i. custodes aquarū: dicti ab hydor/quod est aqua. et inde hydria/vas quo aqua defertur. Jo.ij. et phylare qd est seruare vel custodire. inde hydrophylati. ⁊ imprimebat nomen imperatoris in eo; manibus. de his.C.de fabricē.l. stigmata.lib.xj.C. de aqueductu.l.de criminibus.ad fi.⁊ legit ⁊ no.ex̃ de sentē.excō.si iudex.lib.vj.⁊.xxxiij.q.ij.hoc ipm. Sed quum isti characteres corporei admissi semel/nūq amittātur: multominus spūalis character impressus i aia deleri poterit. vt iurib⁹ preal.⁊ ar.ex̃ de trāsla.inter corporalia.j.rn̄. Per predicta patet q schismaticus ecclesiastica sacramēta cōfert. Unde hec sit fides tua/q heretici/⁊ schismatici/excōmunicati/simoniaci in ordine/depositi/suspēsi/ vel interdicti/vera cōferunt sacramēta: et verū corpus christi conficiūt: dūmodo in forma ecclesie conferant.xix.dist.serui.j. q.j.dn̄s declarauit.et.c.q quidā.de conse.dist.iiij.quomodo.⁊.c.ostēditur.c.nullus aūt.c.ab antiqua.c.ecclesia.c.satis.c.siue hereticus. ¶ Ceterū si in ijs forma ecclesie non seruetur: nihil agit: q: extra ecclesiā.j.extra formā ecclesie nō est locus veri sacrificij.j.q.j.extra catholicā.de cōse.dis. iiij.ibi vero heretici.⁊.c.si reuera. Et tales ordinatiōes seruantium formā ecclesie irrite esse dicūtur quoad executionē: sed rate quoad characterē. vt.j.q.j. si qui a simoniacis. et ex̃ de schis.c.j.vt etiā.s̄.dixi.et.j.q.j.qui perfectionē.et.c. ventū.⁊.c.sacramēta.c.sicut sicut.c.nōne est.xxiiij.q.j.audiuimus. et de hoc p Osti.in summa. ex̃ de tēpo.ordi.§.et a quo. ¶ Itē sciendum q licet schismatici cū vestimentis sacerdotalibus benedictis ⁊ in altaribus cōsecratis celebrauerint: nō ppter hoc erit bn̄dictio vel cōsecratio iterāda.ex̃ de sacra.nō iteran.c.ij. ¶ Itē notandum q ecclesia schismatica ex quo cōuersa est ⁊ recōciliata: oia iura sua recuperare debet.s̄.de elec.q: diligētia.et ex̃ de maio.⁊ obe. inter quatuor.in fine.xv.q.vj.iuratos.⁊.c.nos sanctorum. ¶ Schismaticus aūt volēs redire ad vnitatē ecclesie/admittit: sed ad mandatū epi satisfacere tenet: et debet recipi cū man⁹ impositione: vt accipiat spm̄ scm̄: qui extra ecclesiā nō est nec dari pōt.xxiiij.q.j.didicim⁹. ⁊.c.pudēda.et c.schisma.de cōse.dist.iiij.hi de quibus.⁊.c.ab antiqua.

Ceterū oēs schismatici/ vt dictū est/ ecclesiā dei diuidūt: in partē se dāt: ⁊ ab ecclesia vnica ⁊ catholica recedunt.xxiij.q.iiij.si qs a catholica.xxiiij.q.j.aduocauit. Contra sanctā dei ecclesiā faciūt cōuenticula: que nō concilia sed cōciliabula sunt appellāda.xxiij.q.iij.denics. Tunicam dn̄i incōsutilem quā milites Pilati nō fuerunt ausi scindere: scindūt.xvj.q.vij.sicut.xxiij.q.j.qm̄. Uestem nuptialem que est vnitas et charitas non habēt. Mat.xxij. Unde super illo verbo non vestitū veste nuptiali. Orige. Quid autem debemus intelligere per nuptialē vestē: nisi charitatem? quia hanc in se dn̄s habuit: quum ad sociāde ecclesie nuptias venit. Intrat ergo ad nuptias: sz sine veste nuptiali: qui in ecclesia fidem habet: sed charitatē non habet: quā schismaticus habere non pōt: q: spiritūsanctū non habet: qui charitas est.xxiij.q.j.§.si autē. induti sunt schismatici sacco sasso et sordido non contexto ⁊ inmundo;

An valida sint q̄ schismatici sanciuere.

Character corporeus.

Character spiritualis.

q: separati ab ecclesia vna & mũda nõ habente maculam neq; rugam.xxiij.q.iiij.recurrat. Nõ cõicant cũ columba q: cũ ea pacem nõ habent.i.q.i.remissionem. Extra hortum cõclusum spinas colligunt.xxiiij.q.i.oibus. Extra arcam naufragio pereunt.xxiiij.q.i.qm̃. Extra domũ agnũ nõ comedũt. Exo.xij.ad finẽ.xxiiij.q.i.q:. Nõ sunt filij spõse christi. Jo.iij.q: ab vna sponsa ei⁹ legitima ecclia scz/ se secernũt.xxxvi.di.acutius. Nõ est cũ eis spũssctũs: q: non sunt cõgregati in vnũ locũ catholicũ. Jo.xx.xxiiij.q.i.§.ci aũt.sed aduersus dñm iesum christũ caput eccl'ie.ex̃ de sacra vnc.c.i. & aduersus christũ ei⁹.i.vicariũ suũ in terris. ex̃ de elec.vbi.li.vi. Schismatici fures & latrones sunt.vij.q.i.nouatianus.& c.nõ furem. Tales p̃lati nõ intrant p ostiũ. Lupi rapaces sunt. Oues dispergũt & occidũt. Jo.x.xxiij.q.iiij.tres psonas. Oues aliene tales sequunt. Errant post eos in montib⁹ Gelboe.ij.Re.i. Gelboe decursus interpretatur: q: schismatici extra ecclesiã decurrunt. Oues legitime nõ recedũt ab ouili.i.ecclesia vna: q: vn⁹ pastor & vnũ ouile. Jo.x.ex̃ de bap.licet. Norunt vocem pastoris.ipm̃ sequunt. Jo.x.xxiij.q.iiij.tres. In vnũ se colligunt.q: nõ se diuidũt:sed dicũt item⁹ simul. Esa.l.xliij.di.sit rector.ver.hinc in exodo. Pastoris baculo in canibus predicatorib⁹/ vt p̃e.c.sit rector.latrantib⁹ p̃dicantib⁹/ cõtra lupũ diabolũ.vij.q.i.§.hic aũt.fiducialiter se cõmittunt.v.q.v.nõ oĩs.in fi. Inuente oues ex̃ mandriã & custodiam opilionis sanguinolẽte & dilacerate & interfecte in montibus sunt repte: q: lupus vorat diabolus eas cruentauit: q: prim⁹ schismaticus qui ecclesiã psequit & spũaliter occidit.lucifer est.qui & draco dicit: qui tertiam partẽ stellarũ angelorũ cauda traxit. Apocal.xij. ¶ E Inter alios principales schismaticos fuit dictus Bauarus intrusus in imperio: & caput schismaticorũ tam secularium q̃ clericorũ q̃ religiosorũ. qui tpe meo/ sicut dixi in principio istius opis/cũ romanis dñm papã Joan.xxij.de facto deposuit: & Petrũ sepe dictũ de coruaria sibi in sede Petri substituit.vere ventus frigidus aquilonis absq; haustro. Cãti.vi.i.calore spũssancti: qui ausus fuit mittere manũ in christũ dñi papã scz. ɔtra illud.ij.q.vij.§.de his. Nã etsi dñs papa Joan. a dño esset reprobatus vt Saul (quod absit) nunq̃ tñ manũ depositionis potuit mittere in christũ dñi vicariũ scz christi papã p̃dictus Bauarus: vt plene probaui in prin.istius operis.xxxvij.ar.ver. cõtra aũt. Quis em̃ delirus & infidelis amplius crederet dicto bauaro schismatico seculi quodãmodo: q̃ dño pape Joan. p̃dicto ipm̃ cõdemnanti cũ eccl'ie catholice cõsilio & assensu? Sed esto q a papa (qd̃ nõ est verisimile in suo iure si qd̃ bauar⁹ haberet) grauaret: nũquid ppterea schisma cõtra papã & eccl'am debuit cõcitare: & antipseudopapã aliũ subrogare? Quis dubitat quin hoc bauarus fecerit indignatus & cõtra suũ dñm recalcitrans & vindictã faciens? Nũquid q: papa Joã. negauit ei iustissime vel (qd̃ absit) iniuste qd̃ petebat: hereticus factus est: sicut cũ bauarus infidelis appellat? Quis tantã iniquitatẽ & infidelitatem/si attenderet/ nõ videret? verus em̃ fidelis nũq̃ quemq̃ maxime suũ & mundi dñm & dei vicariũ de heresi diffamaret. Odit deus & p̃ijcit festiuitates schismaticorũ. nõ capit odorẽ cetuũ suorũ: aufert a se tumultũ carminũ eorũ: carmina lyre eorũ nõ audit. Amos.v.xxiij.q.i.odi.i.q.i.odit. Carnes sctẽ nõ auferũt malitias eorũ. Hiere.xi.de cõ.di.ij.q̃ scelerate.q.d.sed poti⁹ augent. Panẽ pollutũ quantũ ad se & eos sequentes offerũt. Malach.i.lxx.dist.c.vlt. Osculant filiũ virginis in altari: cui⁹ corpus mysticũ qd̃ est ecclia.xxiij.q.iij.pro membris.dirũpunt:dum sanctã faciem benedicũt quasi in faciem eius spuũt. & dum dei filiũ sumũt quasi in luto eũ p̃ijciunt. ¶ F Cõtra schismaticos ait dñs per Osee.viij.c.multiplicauit effraim altaria ad peccãdũ.facte sunt ei are in delictũ. & sequit. Hostias offerent: immolabũt carnes: & comedent: & dñs nõ suscipiet eos. Et.c.ix. Osee. Sacrificiũ eorũ quasi panis lugentium.oẽs qui comedent eũ/cõtaminabunt: q: panis eorũ anime eorũ. In cõuiuio eorũ nõ est dñs: q: cõuiuiũ eorũ separatũ est. Osee.iiij. Vinũ acetosum offerũt dño. Jo.xix. q: ipsum in ara altaris iterũ crucifigunt. sed ipse nõ vult bibere.de pe.dist.ij.§.qd̃ nõ reprobi. ¶ Nõ placent dño sacrificia schismaticorũ. Cyprianus. Vultũ catholice eccl'ie & authoritatem sibi & veritatem vendicant: quum ipsi nõ sint in ecclia. Benedicũt/ quũ sint maledicti. Vitã pollicẽtur/ quũ sint mortui. Deũ inuocant/ quũ sint blasphemi. Sacerdotiũ administrant profani. Cõponunt altare sacrilegi. Antistites diaboli audẽt eucharistiã facere. Oblationem offerũt vbi spũssctũs nõ est. Preces offerunt dei violatores. Falsa quodãmodo altaria & illicita sacerdotia & sacrificia quantũ ad eos sacrilega offerũt & componunt/ quos cõstat a charitate atq; vnitate eccl'ie catholice recessisse. Sacrificia eorũ fm Osee.ix. detestat deus: dicens. Sacrificia eorũ tanq̃ panis luctus.oẽs qui manducant cõtaminabunt. hec legunt.i.q.i.si quis inquit. Diuisum est cor eorũ.interibunt. Osee.x. ¶ De talib⁹ inmolantibus scelerate dicit dñs p Esaiã. Esa.i. Quo mihi multitudinem victimarũ vestrarũ: dicit dñs. Plenus sum. Holocausta arietũ & adipem pinguiũ & sanguinem vitulorũ agnorũ & hircorũ nolui.&.i. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam & sabbatũ & festiuitates alias nõ feram. Iniqui sunt cetus vestri. Kalendas vestras & solẽnitates vestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinens. et quũ extenderitis manus vestras: auertã oculos meos a vobis: & cũ multiplicaueritis orationem vestrã: nõ exaudiam: man⁹ em̃ vestre sanguine.i.pctõ plene sunt. ¶ Talibus etiam diuisis ab ecclia dicit dñs p Malachiã.c.ij. Maledicã benedictionib⁹ vestris. hoc est/quicquid a vobis benedicet per me erit maledictũ.i.q.i.maledicam.&.c. multi.in fi.ibi.maledicã.vel q: nõ benedicitis ex vero corde: vel q: ñ qui inique agunt benedicunt a vobis. Item Hierony.sup Aggeũ.i.c. Propheta qui altari tantũ extructo/ & domo mea diruta/ hostias mihi offers in altari: & victimis eius sanctificari te putas: scito qm̃ sanctum est quidem qd̃ offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostijs q̃ ex mortuis operib⁹ polluens.i.q.i.ppheta. Item Hiero.in Aggeo.ij.c. Sic ppl's iste hereticorũ & schismaticorum est in cõspectu meo dicit dñs. Omẽ qd̃ fecerint qd̃ mihi obtulerint.&.i.cõtaminata erunt &c.i.q.i.sic ppl'us. Item Hierony.sup Amos.v. Odit deus sacrificia hereticorũ &c.i.q.i.odit. Item Hiero.sup Osee.ix. Illi offerunt panẽ sacrilegũ: & dant eleemosynas: & sectari vident humilitatem: que ego/ si fiant vere/ holocausta interpretor: quum aũt scientiã dei reliquerint.i.fidem p quã scitur de⁹ frustra trũcato fidei capite cetera membra habere se iactant.i.q.i.illi. Tãtum em̃ bonũ est charitas & eccl'ie vnitas: vt sine ea nõ psit etiã martyriũ.i.q.i.vide.de pe.dis.ij.§.euidenter.& di.iiij.siquis. Et Cyprianus cõtra schismaticos ait. Quã igit sibi pacem pmittũt inimici fratrũ: qui sacrificia celebrare se credũt emuli sacerdotũ. secum esse christũ/quũ collecti fuerint/ opinant. hi qui extra ecclesiã christi colligunt.tales etiã si occisi in cõfessione christi nominis fuerint: macula ista nec sanguine abluit. Inexpiabilis em̃ & grauis culpa discordie: nec passiõe purgat.xc.di.neq; ad cavn. Itẽ leo papa Leoni augusto. Manifestũ est p crudelissimã & insanissimã vesaniã in Alexãdrina sede oẽ celestũ sacrorũ lumẽ extinctũ. & intercepta est sacrificij oblatio.defecit chrismatis sctificatio. & paricidialib⁹ impiorũ manib⁹ oia se subtraxerũt ministeria.i.q.i.manifestũ. Itẽ schismatici magis freguẽtãt diuina mysteria vt se iustificẽt: q̃ veri mutico: eccl'ie. Sz ait Cypriã.nõ statim suscipiẽda sunt q iactant in christi noie: sz q gerunt in christi veritate.&c. quare qui schismaticis patrocinantur: censura diuina in eorum penis & facinore inuoluuntur: quo eorũ duces & authores. precipiente dño per Moysen Numeri xv. separamini a tabernaculis hominũ istorũ durissimorũ.i.q.i.siquis inquit.&.xxiiij.q.i.videmus. Item Augusti.

Ludouicus bauar⁹ imperator schismaticus.

Schismaticorũ sacrificia deo non sunt accepta.

Extra catholicam ecclesiam non est locus veri sacrificij.j.
q.j.extra. Hi autē schismatici alieni ab ecclesia ꝓfani sunt.
Hostes ecclesie sunt. Nō pn̄t habere deū patrē: quia nō te
tient vniuersalis ecclesie vnitatē. quō pn̄t tales cū aliquo
cōuenire: qui cū corpore et vniuersa fraternitate nō cōue-
niūt: ſm Cyprianū. xxiiij. q.j. alienus. ¶ Sed nec spūssan-
ctus descēdēs sup cōgregatos in vnū. Act.ij. eis dat⁹ est:
q: in vnitate est spūs vnus: nō in schismate aut discordia.
xxiiij.q.j.§. ei aūt. Hi sunt qui ſm canonicā iude segregant
semetipsos aiales spm̄ non habētes. Jude.j.xxiiij.q.j.§.si
aūt. in prin. Vn̄ Bern̄. darauallen̄. Uidere est aiam hois
quēadmodū vniuersa corporis mēbra viuificet cohērētia
sibi: separa ergo qđ vis a iunctura ceterorū: et vide an mem-
brū illud viuificet. Sic est ois qui dicit anathema iesu: q:
anathema separatio est. iij. q. iiij. engeltrudā. Sic inquā
ois qui ab vnitate diuidit̄: nec dubites quin ab eo recessit
spūs vite. ad hec. iij.q.iiij. engeltrudā. xxiij.q.vij. quēadmo
dū. Jsti preterea schismatici nō sunt in domo dn̄i. ſm Hie
Luc.xix.de Zacheo.xii.q.ii.cum devotissimam.xiiii.q.vi.si res. Nec ait. Da primis aut diuitib⁹ a quib⁹ accipies simi- lia. sed/Da pauperib⁹. Augu.de operib⁹ monachor. Nec attēdendū in quibus monasterijs vel in quo loco indigē- tibus fratribus hoc qđ habebat aliquis impēderit. Oīm em̄ christianorū vna respublica est: τ ideo quisquis christia nis necessaria vbilibet erogauerit: vbicūq₃ etiā ipse quod necessariū est sibi accipit: de eo qđ est christi accipit. Raba nus. Ecce duas vitas hoībus propositas audiuim⁹. Acti- uam: ad quā pertinet/nō occides: et cetera legis mādata. et Contēplatiuā: ad quā pertinet si vis perfectus esse τc. Actiua ad legē pertinet. Cōtēplatiua ad euangeliū: quia sicut vetus nouū precessit testamentū: ita bona actio pre- cedit cōtemplationē. Itē Aug. Neq₃ tñ illi soli qui vt sint perfecti/vendūt vel dimittūt oīa sua: pertinent ad regnū celor: sed huic militie christiane ꝓpter quoddā cōmertiū charitatis/subiūgitur etiā quedā stipēdiaria multitudo: cui dicet in fi. Mat.xxv. Esuriui: τ dedistis mihi māduca- re. quos absit vt a mādatis euāgelicis alienos τ vita eter na separādos iudicemus. Itē Hiero. Qr aūt Vigilātius hereticus asserit eos melius facere qui vtūtur reb⁹ suis: τ paulatim fructus possessionū pauperib⁹ diuidūt: q̄ illos qui possessionibus venūdatis oīa largiūtur: nō a me: sed a deo ei respōdebitur. Si vis esse perfectus/vade et ven- de τc. Iste quē laudas: secūdus aut terti⁹ gradus est: quē et nos recipimus/dūmodo sciamus τ prima secūdis τ ter tijs preferenda. hucusq₃ Hiero. facit.lxxxvi.dist.non satis. Itē Genādius de ecclesiasticis dogmatibus. Bonum est em̄ facultates cū dispēsatione pauperibus erogare: s₃ me lius est ꝓ intētione sequendi dñm/insimul donare: τ abso lutū solicitudine egere cū xp̄o. Vidisti: et audisti: quomo- do me cōtēpsisti: Operimentū meū/paupertas spūs. San ctius aurū ante pedes meos qui sunt pauperes/psterne- re: inde paupes alere: captiuos redimere: viuos lapides cōstruere/quibus cōstruitur celestis hierusalē. ad hec.xij. q.i.nolo.τ.q.ij.aurum.et.c.gloria.τ.c.multa. Attēde ergo misera: q: quāto amplius in terra dilatari voluisti: tanto amplius pauper et miserabilis fuisti: et quum diceres/di- ues sum: et nullius egeo: dico tibi q̄ tu es mēdica: et pau- per spiritu. i. sine spiritu misera τ ceca. Apoca.iij. q: nō vi- des nuditatē tuā. sicut Hiere. Thren.iij.in prin. Oñ enim eras pauper τ humilis in tēporalibus: diues virtutibus: tē vniuersus orbis adorabat: τ vniuersa que in pauperes erogabas offerebat. Esa.lx. Oēs de saba venient. Mat.ij. Et nūc in stercoribus. Phil.iij. ditata et gēmata/quasi ab oibus es cōculcata: τ humana facta es in mēbris tuis mi- norata. ¶ G Dic mihi τ respōdeas mihi. Vbi sunt bra chia tua: quatuor sedes patriarchales: quar caput roma- na est: xxij.dist.renouātes.ex̄ de priui.antiqua. Quis te co lit in oriēte vbi sol oritur: xxiiij.q.i.qm̄. maior pars tenet a Tartaris idololatris. Alia a Saracenis machometanis. Reliqua ab hereticis τ schismaticis. Quis de aphrica ho die reuerentiā tibi facit: Machometus ꝑfidus τ magus habitat ibi: nō christi fides. Vbi est Grecia plantula tua: reuersa fuit: sed et nūc peruersa facta. ex̄ de bap.licet. Vbi Armenia maior discipula τ filia tua τ pedissequa tua: Ne storius cū suis duplicē in christo ꝑsonā asserens.xcv.di.c.i. Vbi tertia: vbi τ quarta: τc. sicut ibi regnat nō christi vica rius. Vbi est terra sancta: terra promissionis: quā christus suis pedibus consecrauit: lōge est a fide sancta. Soldan⁹ Machometi cultor ibi habitat. Ibi nomē dei blasphema tur: facta est hierusalē cū tota ista terra que erat dña gen- tiū post passionē christi sub tributo Soldani. Thren.i. S₃ et illi christiani qui ibi conueniūt tributarij: vt Greci: Ar- meni: et Vbiani: schismatici et heretici sunt: τ apostataue runt a te: quia apostatasti a vita mea. Sed quid de occidē te/vbi caput habes: τ hodie habitas: remanet tibi: vnam partē cultores Machometi obtinēt: reliquā schismatici τ heretici: alteram rebelles cui falsi christiani numero non re/fide nō vita/quasi residuū vendicauerūt. Vere vix ho

Ecclesia ditari cu- piens in egestatē corruit.

die habeo christus caput tuū/vbi caput meū sacrosanctū in fide pura que per dilectionē operat. de peni. dist.ij. fir- mum.τ.c.circūcisio.redimem. Mat.viij. Luc.ix. Hoc fecit maxime auaritia τ supbia illor qui presunt vite: τ occidūt te filij tui τ patres tui.lxviij.dist.quor. Ipsi τ inimici tui τ persecutores tui. Vh et doctor tuus minis bene te terrēs et pungens/dicebat. Qui aias regere susceperunt: christi opprobria/sputa/flagella/clauos/lanceā/et mortem/hec oīa in fornace auaritie conflāt: τ profligāt in acquisitione turpis questus. Et idem. Heu dñe deus: q: ipsi sunt in ꝑse cutione tua primi: qui vident in ecclesia tua primatū dili- gere: τ regere principatū. ad hec.xxiiij.q.iij. trāsferunt. In paruo angulo occidētis vix pure coleris pauper: τ tamen diuitem te vocas. Auxisti aurū: minorasti gētem: implesti bursam: defalcasti latriā: cōgregasti equos τ arma: τ occi disti filios: cogitasti stolide ꝑ pecunias τ potentiā carnis mūdū tibi subijcere: nō lachrymis τ oratione/que sunt ar ma tua.xxiij.q.viij.cōuenior. τ continētia/que est cingulū lumbor tuor. et iustitia/que est lorica tua. et exēplis san- ctor/que sunt calciamēta tua. et fide/que est scutū tuū. et spe/que est galea tua. et verbo meo/qđ est gladius tuus. Ephe.vi. Sed ꝓpter eas ipse te mūdus cōculcat: q: mun- danā te aspicit. Remansit tibi solū armatura gladij verbi mei: sed ipso teipsam cōfodis: q: dicis/τ non facis: pharis- sea quodāmodo effecta.i.q.i.nō quales.xl.di.multi. Pre- dicatio tua cōtēnitur: q: vita tua despicitur.iij.q.vij.§.idē testatur. Quomodo em̄ presides τ ꝑdicatores tui de me- dio tui auferre malū poterūt: q̄ in delictū simile corruūt: Aut qualiter a te corripere peccantē poterūt: quum taciti ipsi sibi respondeāt eadē se admisisse que corripiunt: xxv. dist.primū. Quō oratores esse poterūt castitatis: immun- dicie patratores: xxvi.dist.vna.i.q.i.ꝓpheta.xlix.dis.c.vlt. Sed et necesse est vt mūda sit manus/que diluere sordes curat: ne tacta queq₃ deterius inquinet: si sordida sequēs lutū tenet.i.q.i.necesse.xlvij.dis.§.necesse. Quō fm Amb. clerici τ religiosi pnt in predicationibus τ alibi laicos ar- guere: quum ipsis negligētiores/vtinā nō celebriores/ existāt: viij.q.i.quid aūt ego. Sed dicēdum tibi cum Amb. Ego aūt fratres nō de oibus loquor. sunt certe quidā de- uoti: sunt τ alij negligētes. ego neminē nomino. consciē- tia sua vnūquēq₃ cōueniat. Prelati tui lapidādi/alios la- pidāt.iij.q.vij.qui sine. Agūt illa que in alijs iudicant pu niēda.iij.q.vij. iudicet. In grauib⁹ peccatis positi/aliena nituntur diluere.ea.causa τ.q.in grauibus. Roma.ij. In quo aliū iudicas/teipsum cōdēnas: eadē em̄ agis que iu- dicas. Vnde τ Exo.xxxij. Aaron ait ad Moysen. Aurum dederunt mihi τ proieci in ignem: τ egressus est vitulus. vbi dicit expositor. Audi sacerdos q: aurū tibi datum est: nō enim ex tuo thesauro habes illud: vel patrimonio/vel labore: s₃ oblatione fideliū. S₃ acceptū aurū in ignē mit- tere/est in ipsius ꝯcupiscentiā corda hoīm inflāmare. In- de vitulus terre cultor sic colitur. Inde studiū hoc τ cura vehemētius terrena colēdi τ immoderatius incumbendi huiōi lucris: nā etsi magna de cōtēptu mūdi dicant: plus tñ attēdāt hoīes quid agatur. hucusq₃ expositor. In mo- dico angulo occidētis vix coleris: et tñ diuitē te vocas. vt dixi tibi.s.eo.ver.in paruo. quum etiā in iurisdictione ter- re minorata sis. Quā longe iādiu vie tue a vijs meis fue- rūt: Esa.lv. In ligno τ a ligno: vt legisti i ps. regnaui. vbi Augu. doctor tuus. De cruce sua in qua fixus erat diabo- lum occidit: τ inde rex noster est in paupertate τ humilitate et cruce. Meū imperiū dilataui: et tu senitiis ꝯijs meos labores cassasti: possessione me filior meor τ tuor ꝑ ma- iori parte priuasti: τ fidē meā τ tuā quasi ad nihilū reduxi sti: et in fabulā τ derisum eam apud exteros conduxisti: et apud laicos ꝓpter malū exinde datū graue scādalum po- suisti: dicētes. Vbi est deus clericor sic viuentiū: Quia qđ agit a prelatis/facile trahitur a subditis in exēplū: τ si sa- cerdos qui vnctus est/peccauerit: faciet delinquere popu lum. Leuit.iiij.ex̄ de vo.et vo.re.magne.§.preterea. Et cō- ponitur

Auaritia τ supbia ecclesie plurimuz detrimentose.

Arma ecclesiastica.

ponitur orbis ad regis exemplum. Et ſm iudicem populi
ſic ⁊ miniſtri eiꝰ. Et qualis eſt rector ciuitatis/tales ⁊ in-
habitantes in ea. Eccl̃i.x. Sed expecta paulisper: quia tu
ſyon eccleſia ſpeculatiua renouaberis. Ephe.iiij.ij. Cor.
iiij. Ad pugnandũ contra beſtiam: non armis carnalibus
⁊ coronis aureis: non equitibus ⁊ militibus: ſed pauper-
tate apoſtolica ⁊ humilitate. ¶ H Nam rurſus quis cõ-
tra illum. Antichriſtũ preſumptuoſum ⁊ elatũ/qui extol-
letur ſupra omne quod dicit̃ deus/aut colitur: ⁊ qui ſede-
bit in tẽplo oſtendens ſe tanq̃ ipe ſit deꝰ. ij. Theſ.ij. Dañ.
ix. pugnare poſſet precipue: niſi tuũ germen apoſtolicum
fratrũ minorũ humiliũ ⁊ pauperum: quorũ profeſſio vlti-
ma humilitas et paupertas eſt? Qui inquã principaliter
pugnare poſſent contra crucis peruerſiſſimũ inimicũ Anti-
chriſtum: niſi filij patris cruciferi ⁊ cruce ſignati intus et
extra almi Franciſci: propter qd̓ in principio cõuerſionis
ſue ego oſtẽdi ſibi palatiũ armis militaribꝰ crucis ſigna-
culo inſignitis: dixiq; ⁊ ſibi fore illa arma ſua: ⁊ militum
ſuorum. Dimicabit ergo humilitas contra ſuperbiam. de
peni.di.ij.c.i.⁊.iij.di.ſic achab. Corruet Golias q̇ robuſtꝰ
interpretat̃ coram humili Dauid. i.Reg.xvij. Angelus a-
ſcendens ab ortu ſolis ſignũ dei viui hñs. ad literã Apoc.
vij. Franciſcus pugnans cũ filijs ſuis pro eccleſia/pſter-
net Sẽnacherib. Eſa.xxxvij. Humiliabit̃ Pharao coram
Moyſe. Exo.xiiij. Funiculꝰ pauperis ligabit gigantem
lux humilis cognoſcet beſtiam antichriſtũ. Apoca.xiij. De
quo ſupra in principio iſtiꝰ. ꝟ. transfiguratã/q: humili pã-
detur myſteriũ antichriſti. Luce.x. Mat.xi.ibi. Reuelaſti
ea paruulis. Aug. de verbis dñi. Nomine ſapientũ ⁊ pru-
dentum ſuperbos intellige: quod ipſe expoſuit/quũ ait.
Reuelaſti ea paruulis. qd̓ enim nõ ſubeſt paruulis vt hu-
milibus. Item Grego.xxvij.mora. Ne enim nõ ſubiungit
Reuelaſti ea ſtultis: ſed paruulis: tumorẽ ſe dãnaſſe inno-
tuit: nõ acumen. Itẽ ibi Hilarius. Celeſtiũ ergo verborũ
arcana atq; virtutes ſapiẽtibus abſcondunt̃: ⁊ paruulis
reuelantur: paruulis malicia nõ ſenſu. i. Cor. xiiij. ſapien-
tibus vero/nõ ſtulticie ſue preſumptione: non prudentia
carnis. Aliĩ obtenebrari a propria ſuperbia (q: ſm Augu.
tumor claudit oculos) nõ cognoſcẽt eũ: et adorabunt eũ.
Sponſa chriſti mater eccleſia victorioſa tandẽ in humili-
tate ⁊ paupertate quieſcet: ⁊ finiet dies ſuos: q: quies in
vera paupertate eſt. Vñ Hiero. Diuitias habuiſti: requiẽ
perdidiſti/dũ vigilas: augmentum diuitiarum cogitas:
duʒ dormis. latronẽ ſomnias: in die ſollicitus/in nocte pa-
uidus: et ſic ſemper mendicus. ¶ I Nos ergo in hoc
bello duriſſimo ⁊ obſcuriſſimo/vbi iã querit̃/vbi eſt chri-
ſtus Mat.xxv. certemꝰ viriliter ⁊ tamdiu capiti noſtro la-
pidem ſupponamꝰ cum Jacob Geñ.xxviij. angularem.
pš.cvij. i.Pet.ij. chriſtũ Jeſum. cuius precipue character
humilitas paupertas ⁊ charitas eſt. Et cum eodẽ Jacob
glacie ⁊ gelu/nocte ⁊ die affligamur ⁊ eſtu. Geñ.xxxi. Et
cum eo ſimꝰ ſimplices: ⁊ in paupertatis ⁊ q̇etis ⁊ cõtem-
plationis tabernaculis habitemꝰ. Geñ.xxv. Et frugales
ſimꝰ cũ eo de rufa lenticula nõ curãtes. Geñ.xxv. xlij.di.c.
i. vt ibi. Et circũuenlemꝰ cũ eo Eſau dictum Edom. i. ſan-
guineum germanũ noſtrum. pre.c.xxv. Carnem noſtram
ſanguine immũdicie deſluentẽ. Et Laban. Geñ.xxx. qui
candidus interpretat̃. i. mundũ: qui exterius cãdidus ap-
paret ⁊ ſpecioſus. Sed dicit̃ Prouer.vlti. Fallax eſt gra-
tia. i. amicitia mundi: q: non eſt niſi prodicio. quoniã ſicut
Iudas tradit in mortẽ quẽcũq; oſculat̃ oſculo dignitatis
⁊ pſperitatis. Et vana eſt pulchritudo ſcʒ mũdi q: ſcʒ cito
euaneſcit ⁊ deficit vt fumꝰ. Et Emor. Geñ.xxxiiij. q̇ inter-
pretatur amaricans. i. diabolũ amaricantem. i. peccatori-
bus amaritudinem pene ⁊ cõſcientie inducentẽ. Unde de
egyptijs legit̃ Exo.i. q̄ amaritudine perducebant vitam
filiorũ iſrael operibus duris luti ⁊ lateris. Inſuper tam-
diu luctemur cum angelo magni conſiliũ chriſto domino
cum eodem Jacob. Geñ.xxxij. Eſa.ix. precibus ⁊ fletibus
ne deſeramur ab eo. Unde et ſuper Eſa.xlix. dicit gloſſa.

Fratres minores in Antichriſtum dimicaturi.

Pugnandi in bello modus.

Quia Jacob precibus pugnauit cum angelo: non mani-
bus. Uolebat enĩ angelus qui cuſtodiebat eũ in peregri-
natione recedere/ſʒ ipſe detinuit eũ ꝑ orationẽ. Vñ Oſee
xij. Inualuit contra angelum: ⁊ confortatus eſt. Fleuit ⁊
rogauit. his brachijs duobus/ſcʒ fletibus ⁊ precibus de-
bemus cum domino luctari donec emarceſcat/vt iacob
femur noſtre carnalitatis: ⁊ benedicat nobis. Mar.vlti.
i.q.i. dominus. Et mutet nobis nomen Jacob ſupplantã-
tis vitia/in nomen iſrael contemplatiui effecti celeſtium
gaudiorum. Geñ.xxxij. Cõtemplemur etiam ſtatum pre-
ſentis eccleſie/⁊ q̃ ſunt in ea: ⁊ que oportet fieri cito ꝑ an-
gelum ſuum ſignatum Franciſcum/habentem in manu
euangeliũ eternũ: in eccleſia ſancta dei ⁊ ordine ſuo pro-
ſtratis: quam iuſſu dei doctrina fideliſſima vita mundiſſi-
ma innouabit et renouabit: ⁊ ſe ergo tau T ſignificabit
Eze.ix. ⁊ armabit ſe ad pugnandum ⁊ expugnandũ dra-
conem magnũ ſathanã. Apocal.xx. flãmas igneas auari-
tie/xenodoxie/inuidie/⁊ immundicie in chriſti eccleſiam
euomentem: ⁊ de abyſſo: ideſt populo infideli antichriſtũ
aſcendentem. Apocal.xi. primã beſtiam: ⁊ aliam beſtiam
eccleſiam infidelem que erit corpus eius/ſequentẽ. Apo-
cal.xiij. cuius caput ipſe homo peccati.ij. Theſſal.ij. erit:
quam dñs illius in pugna illa interficiet ſpiritu oris ſui.
ij. Theſ.ij. ſpiritu apoſtolico/a ſpiritu ſctõ infuſo: ex quo
ſpiritu omnis virtus aploꝝ ⁊ virorum apoſtolicoꝝ/ma-
xime fratrum minorũ verorum nõ fictorum: quia ſpiritus
ſanctus effugiet fictos. Sap.i. Deinde regnatura eſt ſan-
cta ſponſa/vxore traducta/eccleſia renouata per ſecula
infinita. Apocal.xix. Qua generali renouatione/nec pu-
to longe exiſtente/quia iam in mũdo videtur eſſe omnis
malitia ⁊ immundicia conſummata: quilibet ſe renouet
in ſpiritu mentis ſue. Ephe.iiij. ⁊ induat nouũ hominem
Ephe.iiij. qui ſm chriſtum creatus eſt: vt quũ venerit do-
minus ⁊ pulſauerit ianuam: confeſtim aperiat eĩ. Luc.xij.
vbi Greg. in homil. Uenit quippe dñs quum ad iudiciũ
properat. pulſat vero: quum iam per egritudinis mole-
ſtias eſſe mortem vicinam denuntiat: cui confeſtim aperi-
mus: ſi hunc cum amore ſuſcipimus: ⁊ dicamus ei/Cupio
diſſolui: ⁊ eſſe tecum. ad Philip.i.c. Et te facie ad faciem
noſſe: ⁊ loqui tecum ſicut amicus amico ſuo. Exo.xxxiij.
i. Cor.xiij. Etiam ſcire ſecreta tua ineffabilia: que omnia
mihi nota facies: que nõ licet homini loqui. ij. Corin.xij.
Etiam edere in menſa tua pingui. Luc.xxij. vbi Amb. Nõ
victus ⁊ potus preſentium loco ſpondetur: ſed cõmunica-
tio glorie celeſtis. Uel ſm Bedam/menſa propoſita ad
fruendũ omnibꝰ ſanctis/celeſtis eſt gloria in qua te eſu-
riunt ⁊ ſitiunt iuſtitiam: ⁊ ſaturabuntur fruendo deſide-
rio boni veri. Et bibere de cella tua vinaria. Cañ.i. Et re-
cumbere ſupra pectus tuũ. Joan.xiij. vbi Beda. Quod
autem in ſinu ⁊ ſupra pectus recubuit: nõ ſolum fuit pre-
ſentis amoris indiciũ: ſed etiam future rei ſignũ. q̄ ſcʒ in-
de vocem ſumeret: quam poſtmodũ cunctis ſeculis inau-
ditam/ſcʒ In principio erat verbum. Joan.i. emitteret.
Item ibi Aug. Per ſinũ enĩ quid aliud ſignatur: q̄ ſecre-
tum: hic eſt vtiq; pectoris ſinus ſapientie ſecretũ. Et ede-
re: ⁊ ſitire. Joan.iiij.⁊.viij. ⁊ ſumere de mero ⁊ muſto: in
quo non. Epheſ.v. ex̃ de iureiuran. ⁊ ſi chriſtus. eſt luxu-
ria. Actu.ij. Et accumbere in cubili tuo. Luc.xi. vbi cubas
in meridie. Cant.i. ⁊ dormire ſomno ſuauiſſimo tecum: ⁊
requieſcere. Mat.xiiij. Et recipere a te tranſeunte corã
me miniſtrationem tuam. Luce.xij. Grego. in homil. Do-
minus coram nobis poſt iudicium tranſit: qui ab huma-
nitatis forma in diuinitatis ſue cõtemplationem nos ele-
uat. Et paſci in montibus tuis vberrimis et viridibus.
Ezech.xxxiiij. Et cõmunicare tecum omnia bona ineffa-
bilia. Luce.xv. Et ingredi ⁊ exire ad te: ⁊ paſcua inuenire.
Joan.x. Theoph. Que ſunt autem hec paſcua: niſi dele-
ctatio futura ⁊ requies: in quam nos dominus introdu-
cit? Et frui te: ⁊ abſq; intercapedine tenere te: ⁊ intrinſe-
cari in te: ⁊ intrare in te: ⁊ eſſe totus in te: ⁊ deificari in te:

⁊ regnare in te. Matth. vi. Cyprianus. Nostruz regnum petimus aduenire ab eo nobis repromissuz/ ⁊ christi sanguine acquisitũ: vt qui in seculo ante seruiuim⁹: postmodum christo regnante regnemus. ¶ Item Aug. ad Probam. Regnum nãq; dei veniet siue velimus siue nolim⁹: sed desideriũ nostrũ ad illud excitamus: vt nobis veniat: atq; in eo regnemus. Et preterita ⁊ presentia/ q: futurũ deficiet/ cõtemplari in te: ⁊ purissime ⁊ sincerissime amare me propter te: ⁊ te plus ꝙ me: q: nõ diligam me ꝓpter me: sed propter te: q: totus ero vnione gratie in te: ⁊ tu in me: quantũ põt capere creatura. Quia etsi facie ad faciẽ videbo te. i. ad Cor. xiij. ⁊ similis tibi ero: ⁊ videbo te sicuti es. i. Joã. iij. Nõ tamen immensitatem tuã inuisibilem videre potero: q: finitus suz: q: creatura sum: nõ creator. Unde etsi facie ad faciẽ videbo te sine aliquo medio pleno ⁊ pfecto modo: nõ tamen ẽm illam plenitudinem: ẽm quã tu vides te infinite infinitũ: nam essentia tua infinita a nullo plene videbit: licet plene ⁊ pfecte cognoscetur. Et tunc ero nõ quidem essentialiter deus: sed nũcupatiue ⁊ vnitiue: q: dixisti in ps̃. lxxxi. Ego dixi dii estis. Et Joan. x. Nam ⁊ factus es homo. ẽm Aug. vt fierem deus in te deo: q: qui adheret tibi: vnus spiritus est tecũ: vnione gratie/ nõ nature. i. ad Cor. vi. ex̃ de sum. tri. c. ij. §. verum. de con. dist. ij. in christo. Et tunc quicquid vis/ volã: ⁊ adimplebitur in me volũtas tua: nihil eñi impurũ erit in me q: purissimus ero in te: nullum meũ desiderium erit nisi in te: q: desiderasti me. quid eñi desiderare possem extra te qui ero totus in te: ⁊ desideriũ tuũ in me: qui es desiderium collium eternoꝝ. Geñ. xlix. Et qui es desideriũ animarũ. ps̃. xli. Sed quid est verum desideriũ: nisi desiderare ⁊ habere te: qui es om̃e bonũ. Exo. xxxiij. ⁊ in quẽ desiderant angeli prospicere. i. Pe. i. Anima mea imago tua. Gene. i. xxxiij. q. v. hec imago. refigurabit te. tota erit deiformis in te: q: reparata est in te/ ⁊ per te oẽs partes eius fruentur te. ratio eius cognoscet te verissime: q: in te lumine/ de patris lumine/ i symbolo credo. certissime ⁊ plenissime cognoscet te deum suũ. memoria eius tenebit te. nec dimittet te. nec pdet te. Cañ. iij. nec cadet a te voluntas eius/ amabit te/ gustabit te/ potabit te/ satiabit in te. ⁊ vltra Apoc. vij. Nõ esuriet nisi te/ satiata de te/ ⁊ repleta te: sed ⁊ caro mea et cor meũ exultabit in te deo viuo. ps̃. lxxxiij. Non erit in carne mea languor nature: qui dicitur lex cõcupiscentie. de con. dist. iiij. c. nõ ex quo. Et lex peccati. Ro. v. e. di. c. ij. Non dicetur vltra corpus peccati: nec corpus mortis: nec habebit legem contrariã spiritui suo. ad Rom. vij. xxxij. q. v. si paulus. ⁊ pre. c. ij. Nec cupiet spiritus dissolui a corpore/ ⁊ esse cum christo. Phil. i. ex̃ de renun. nisi. §. porro. q: vtrũq; est cum te christo: ⁊ q: facta est plenissima pax inter vtrumq; in te christo pace nostra. Eph. ij. c. fecit vtraq; vnũ. vt dicant: Ecce ꝙ bonũ ⁊ ꝙ iocundũ habitare fratres corpus ⁊ animã in vnũ. ps̃. cxxxij. ⁊. xij. q. i. c. i. spiritũ ⁊ carnem in vnũ cõsensum visionem ⁊ gustum cõcordissima vnitate videntes te: ⁊ amantes te: indissolubili ⁊ ꝑpetua charitate. Osee. xi. O patria beata. O beatissima trinitas consecrata. O sanctorum ciuium societas desiderata. O sanctoꝝ ecclesia christo spõso ⁊ dño sempiternaliter copulata: ⁊ cum ipo beatissimo beata. In te erit plenissime mea tota destitutio reformata: mea cõpago in tuo thalamo collocata: nuptiarũ beatarum copula cõsummata. Apoc. xix. ¶ Cõfortemur igitur humiles christi serui in deo nostro fine nostro. satisfaciam⁹ siuteris/ superior pars rationis est nostre. succumbat coram ea totaliter sensualitas. ex̃ de sum. trini. fidei. Glossa Joan. an. de sen. firã. in clemen. ⁊ de here. ad nrm. §. ij. ⁊ in glos. que est demẽ. nostra possideat ratio regnuz nostrũ. Purificemus intellectũ ⁊ affectum ad aspectum sponsi. Mat. v. Faciamus pacem nobiscum in diebus nostris. nõ scandalizet membro nostro: al's abscindatur/ nõ materiali gladio: sed rationis iudicio. Mat. xviij. Sensitiua nostra ⁊ imaginatiua ante oculos nostre iaceat rationis: Ratio prospiciat intellectũ. Intellectiua introeat in potentias dñi: vt sic affectione nostre potentie intellectuales ducant vitam angelicã sup terram: vt etiã in hoc tabernaculo sepe faciẽ dñi videam⁹ qui in celis est. Mat. xviij. de con. dist. ij. prima quidem. in fine.

¶ Articulus. lxviij. A

Dum autẽ superius

lxv. ar. contra schismaticos late scripserim/ ⁊ iurisdictionem generalem papalem dñi Jo. xxij. cuius tempore fuit schisma: fundauerim ⁊ roborauerim declarando. Nũc cum stupore querendũ est quõ illi tot in Italia ⁊ in Alemania se ab eius obedientia subtraxerunt: ⁊ cum predicto Bauaro se pro imperatore gerente/ ⁊ Petro de corbaria predicto/ Petri cathedrã viuente predicto papa Joanne legitimo vsurpante schisma fecerũt. ¶ Ad quod respõdeo ꝙ quidam de predictis schismaticis affectati carnaliter/ q: nõ erant pedibus loti: q: ẽm Aug. pedes anime affectus sunt. Jo. xiij. Quidã mundi concupiscentia ⁊ lucris illecti. xi. q. iij. quatuor. Quidã indignati/ ⁊ ad iram prouocati. xi. q. iij. illa. ⁊. c. ira. ⁊. c. cum apud. Quidam timore seruili perculsi. xxiij. q. vi. §. ex his. Quidã crassa ⁊ supina ignorãtia occecati ⁊ erronea. ex̃ de de. excõ. aplice. Quidã cauteriata cõscientia oppilati: dicẽtes se esse simplices: quum sint astutia diabolica repleti. xxiij. dis. in noie patris. Quidam furtiua cõscientia infatuati. ex̃ de simo. per tuas. ij. Quidam (qđ scelestius est) fide corrupti: ter ab ipsius dñi pape Joan. obedientia recesserũt: paruipendentes sententias ei⁹: ⁊ dictis Petro ⁊ Bauaro adherentes: ligati eñi amplius ligari nõ formidant. xi. q. iij. excellentissim⁹. xij. q. ij. de viro. vt qui in sordibus est/ sordescat adhuc. Apoc. vlti. xlvij. dist. quantũlibet. Peccatores eñi quum in profundũ maloꝝ venerint: cõtemnũt. ex̃ de iudi. cum non ab homine. §. fi. sequent miseri tales patrem coꝝ sathan diuidentem empyreã hierarchiam: cum quo nisi redierint/ ad inferna descendent: qđ absit. de peni. dist. ij. si eñi. ad fi. ¶ B Sed nos cum sponso ecclesie dei vicario quicũq; fuerit bonus vel malus/ immobiliter maneam⁹: quia in eius sede christus sedet: ⁊ ei⁹ vicarius loco eius. ex̃ de trãsla. quanto. Qui superiorem iudicat/ necesse est vt ab eo se diuidat: primo mente/ deinde corpore: oẽm eñi diuisionem precedit cordis ⁊ oris iudicium. Mater aũt iudicij priuati superbia est. Unde ⁊ ẽm Climacũ doctorem grecum: Judicare est irreuerens rapina dei dignitatis. Preterea dicit dñs Luc. vi. Nolite iudicare. ¶ C Cõpatiamur ergo schismaticis: sed nõ sequamur eos: nec superiores deseramus: maxime supremũ papã scz iudicando/ nec ab eo nos diuidendo. Nolo ponere os in celum. xi. distin. nunc aũt. nec bestia montem tangã. Exo. xix. Nõ mittam manũ in christũ dñi: nec precidam per schisma oram chlamydis potestatis eius. chlamys eñi potestas intelligitur. scissio schisma. ij. q. vij. §. his ita respondet. sub. §. de his. vbi ponitur historia libri Regum. i. xxiiij. de hoc etiam. i. q. i. sacramenta. Nec cum Oza robusto. i. superbo arce inclinate. i. prelato criminoso/ manus apponã ad erigendũ idest corrigendum: ne a deo percutiar. ij. Reg. vi. pre. §. his ita. Nõ reprehendã seniorem meũ/ primũ patrem senum omniũ. i. ad Tim. v. ij. q. vij. paulus. Nõ detegã cũ Cham infrunito ⁊ effronti verenda patris mei: sed cum filijs pudoratis cooperiã eũ: ne videam verecundiã eius: ⁊ nudũ cum operiam ne maledicar. Geñ. ix. xcvj. di. in scripturis. Non persequar patrem meũ cum Absalon: ne tribus sagittis inobedientie/ ingratitudinis ⁊ infidelitatis Joab qui interpretatur inimicus. i. diaboli inimici hois. Mat. xiij. confodiar. ij. Reguz. xviij. Non ero inobediens patri Heli: qui interpretat deus meus. i. pape: qui stat loco dei. ex̃ de transla. inter. ⁊. c. quanto. ne bello intercam. i. in anima peream in hac vita que est militia super terram. Job vij. de peni. dist. ij. si eñi. historia. i. Reg. iiij. ex̃ de simo. licet

heli.xlvj.di.§.necesse. Nō ero de gn̄atione maledicenti pa
pe ⁊ matri ecclesie. Prouerb.xxx. ne morte moriar morte
sempiterna. Leui.xx. Nō ero cōtumax imperio patris pa
pe ⁊ matris ecclesie: ne lapidib⁹ obruar populi demonio/
rum. Deut.xxj. Nō murmurabo ꝯtra Moysen qui tenuit
typum pape regentis vniuersalem ecclesiā. de pe.disti.iiij.
inter hec. sicut ipse rexit israel. q: murmur cōtra papā ma
xime cōtra deum est: cuius ipse vicarius est. ad hoc Exo.
xvj. Nec inquā murmurabo cōtra Moysen.i.papā: ꝙꝙ
ducat ethiopissā.i.deū offendat: ne lepra mortali suffun
dar. Num.xij.xxxiij.q.ij. hoc ipsum.ij.q.vij.§.de his. versi.
his ita.l.di.§.econtra. Nolo absorberi a terra cū Datan et
Abiron schismaticis. Num.xvj.j.q.j.siquis inquit.vij.q.j.
deniqȝ. ex̄ de elec.licet. Nolo separari ab arca vsqȝ ad vltis
mū ventilabrū: ne a coruis deuorer.ij.q.j.multi.ij.q.vij.nō
ois. Nō exeat piscis de Petri sagena vsqȝ ad litus. Mat.
xiij.xxvj.q.vij.c.j. Nō transmigramus in montē Gelboe:
vbi nō est ros deuotionis: nec pluuia cōpunctionis ⁊ plo
rationis.i.extra ecclesiā.ij.Reg.j. sicut passer impudicus.
ps̄.x. Nō mutemus fidem in idolum: q: idolū nihil est.j.
Cor.x. Nō simus corui extra arcam manentes: sed colū/
ba/ad eam reuertentes. Gen̄.viij. ex̄ de sacra vnc.c.j.§.pe
nul. Simus in petri nauicula vsqȝ ad portum: nō nocebit
nobis Judas ꝓditor: ibi nauigans/si nō fuerim⁹ ei simi/
les.xxiiij.q.j.nō turbat.j.q.iiij. homini. Nō separemur ab
ouili quod est vnū. Jo.x. ex̄ de bap.licet. ne sicut ouis erra
bunda peream⁹. ps̄.cxviij. ⁊ lupoꝝ esca fiamus. Moria/
mur in nidulo nostro. Job.xxix. ⁊ cum turture ibi pullos
nostros reponam⁹. ps̄.lxxxiij. cū lectulo nostro in infirmi
tate nostra eamus in domū nostrā/ecclesiā nostrā. Mat.
ix. Non calefiet pullus nisi sub alis galline. Matth.xxiij.
Nō resuscitatur lazarus a mortuis/pctōr a peccatis/que
mortuum hoiem faciunt: a vita gratie. de pe.dist.j.§. hoc
idē. ibi. resuscitatus: nisi in bethania ecclesia domo obe/
dientie. Jo.xj. Nec extra eam vere ⁊ ad salutem Martha
ministrat: nec Maria cōtemplat̄. Luc.x. Arrius/Sabel/
lius/Donatus/ ⁊ Macedo: et ceteri heretici de quibus
xxiiij.q.iij.quidam. ecclesiā diuidunt. Petrus vnit.xxiiij.
q.j.loquitur. Non cōmunico Grecie: q: acephala est.xciij.
dist.nulla. Nō Armenie: q: schismatica: quinpotius here
tica est. Non orientalibus q: occidit eis sol.xxiiij.q.j.qm̄.
Nō Guelfis ⁊ Gebellinis italicis: q: eis sol i occasu ē est.
⁋ D Ecclesia nō habet partem. Ecclesia nō recipit di/
uisionem. pre.c.loquit̄. Vestita est ecclesia auro. ps̄.xliiij.
Eructauit. Percutitur: sed dilatat̄.xj.q.j.futuram. in pn̄.
Frangi nō potest nec rumpi. Igne tribulationis purga/
tur. de pe.dist.ij. si enī inquit. vltra tres colū.ver.sedet.ps̄.
xvj. Igne me examinasti. Num.xxx. Omne quod potest
transire per flammā: igne purgabit̄.j.Cor.iij. Vn̄ Greg.
Quisquis appetit plene vitia euitare: studeat humiliter
purgationis sue flagella tolerare: vt tanto post mūdior
ad iudicem veniat/ quanto nunc eius rubiginem ignis
tribulatiōis purgat. ⁋ E Impiū est ⁊ infidele dicere/

Eccl'ia diuisio/nis ē ex/pers.

pars ecclesie: sicut dicunt Guelfi: qui se dicūt de parte ec/
clesie. Donatus ⁊ Arrius ⁊ ceteri heretici partem faciūt.
xxiij.q.vj.vides. Nam vnica sponsa christi. diuisionē vni/
tas nō capit.xxiiij.q.j.loquitur. ⁊.c.sch.sina. Unde qui de
parte est/ de ecclesia que vna est ⁊ totum/ nō est. In arti/
culum fidei orthodoxe impingit/scȝ ⁊ vnā sanctā catho/
licam ecclesiā/ qui eam partialem facit. Quō potest cor/
pus christi qđ est ecclesia/diuidi.xxiij.q.iij. pro membris.
⁊.q.v.de liguribus. Nec caput a corpore abscindēdū est.
ex̄ de prescrip.cum nō liceat. nec membrū de corpore: als
exanime fieret: ⁊ vita nō viueret.xxiij.q.vij.quēadmodū.
in prin. ⁋ Qui diuisit ecclesiā triumphantem/ille idem
draco diuidit ⁊ militantem. Apoč.xij. ibi. Et ecce draco q
vocatur diabolus ⁊ sathanas qui seducat vniuersum or/
bem. vt.e.c. dicit̄. ibi. Et cauda eius trahebat terciā partē
stellarū celi.i.angeloꝝ. de quib⁹ etiā dicitur Job.xxxviij.
Quis diuisit lapidem quum me laudarent simul astra
matutina? Ut vnū christi ouile. Jo.x. disperdat: ⁊ oues a
pastore discedant: ⁊ ipse draco eas diuisas deuoret.j.Pe.
v. circuit/querens quem deuoret. Esa.lvj. Omnes bestie
agri venite ad deuorandū: vniuerse bestie saltus. specu/
latores eius ceci oēs. Intueamur ergo oculo fidei vnam
ecclesiā sedem eius/dignitatem eius/que nō peccat. pec/
care potest qui stat in ea: q: homo est. de pe.dist.ij. si enim.
sed nō papa priuatur ea. vt in prin. istius operis late dixi.
viij.ar. ⁋ F Cōpatiamur ecclesie tribulate: sed adhe/
reamus ei supra firmā petram christū solidate ⁊ funda/
te. Matth.xvj.xix.di.ita. ⁊ ex̄ de elec. fundamēta. in prin.
lib.vj. Pro ea rogauit sponsus vt nō deficeret fides eius.
xxj.dis.§.j.in fi. exaudita est oratio filij: q: semꝑ pater eum
exaudit. Joan.xj. vbi Chryso. sup verbo illo: Pater grās
ago qm̄ audisti me. hoc est nihil mei contrariū ad te. Ut
autem ostendat quoniā nō indiget oratione: subiungit.
Ego aūt sciebam ꝙ semꝑ me audis.q.d. ad hoc ꝙ fiat vo
luntas mea/nō indigeo orone: ad hoc ꝙ tibi suadeā: vna
est enī volūtas nostra. Itē Hilarius.iij. de trini. Nō igit̄
prece eguit: nobis orauit: ne filius ignoraret̄. sed propter
populū qui circūstat/dixi: vt credant q: tu me misisti: quū
enī non proficeret sibi deprecationis sermo: ad profectū
tamen nostre fidei loquebat̄: nō ergo inops auxilij est: sȝ
sumus inopes doctrine. Titubare potest ecclesia: tempe/
statibus allidi.xxiij.dist.in noie. sed salua noie sponsi per/
manebit. Digne pcurit̄: q: plurimū extra amplexus spon/
si graditur. Denigrata est eius facies sicut nigredo olle.
Thre.vlti. Facies cōbuste vultus eius. Esa.xiij. q: nō re/
spicit ⁊ sequitur sponsum candidū ⁊ rubicundū. Can̄.v.
Inclinata est deorsum ad terrena: ⁊ ideo non potest sur/
suȝ respicere graui infirmitate gibbosa.xlix.di. hinc etenī
Lu.xiij. ibi. Basilius. Brutoꝝ siquidem caput humi defle
xum est: terram cernit: caput hois erectū est in celū. oculi
superna cōspiciunt. Conuenit enī eum querere superna:
transcendere terrena intuitu. facit pre.c. hinc etem. versi.
gibbosus. Gibbosus ho' est quem terrene solicitudinis
pōdus deprimit/ne vnqȝ ad supna respiciat: sed solum in
his q̄ in infimis calcant̄ intendit ⁊c. Post amatores suos
vadit. Osee.ij. q: vnū sepe sponsuȝ legitimū derelinquit.
Quinqȝ viros concupiscit. Joan.iiij. q: peculcos sensus
carnaliter nutrit. Si legitimū virū vocaret: impudicos
sensus/intellectus ⁊ ratio superaret nimis. Terrenuȝ re/
gnum querit: sed regnū sponsi sui non est de hoc mundo.
Jo.xviij. qđ s̄.xxxvij.ar.§.ad illa.ver.ij. diligēter exposui.
Eleuauit se: ⁊ indurauit se: humiliauit se. Lu.xiiij. ⁊.xviij.
sed sponsus eius exinaniuit se: ⁊ exaltauit se. Phil'.ij. In
magnis ⁊ mirabilib⁹ sup se ambulat. ps̄.cxxx. sed sponsus
eius se humiliat ⁊ administrat. Luč.xxij. Mat.xx. Nimis
gladio vtitur temporali. sed dicit spōsus vicario suo/mit/
te gladium in vaginā. Mat.xxvj.xxiij.q.j.§.j.hic. s̄.xxxvij.
⁊.xiij.ar. exposui.ij.q.vij.§. his ita respondet̄ miracula ⁊c.
Multas pecunias habet ⁊ cōgregat.xij.q.vij. aurū. sed
sponsus in pandochio nascit̄. Lu.ij. Pannis semiancijs
vtitur ⁊ induit̄ vt ibi: ⁊ spōsus nō habet vbi caput recli/
net. Mat.viij. Luc.ix. nisi in cruce. Jo.xix. ⁊ mendicus est
⁊ famet. Mat.iiij. ⁊ egenus factus est.ij.ad Cor.viij. ⁊ si/
tit. Jo.xix. ⁊ in alieno sepulcro quiescit. Matth.xxvij. ibi.
Et posuit illud in monumento suo nouo. vbi Aug. Ideo
aūt saluator in aliena sepultura ponitur: q: pro alioꝝ mo
riebatur salute. vt quid ergo propria sepultura egebat: q
in se mortem propriā nō habebat? Heb.viij. In zona non
portat neqȝ pecuniā neqȝ peram. Mar.x. Lu.x. Non habȝ
vnde soluat tributū: sed Petrū mittit ad mare vt de ore
piscis tollat staterem. Matthei.xvij.xxiiij.q.j.est aliud.
⁋ G Sed quātūcūqȝ ruge ⁊ macule appareant in mē
bris sponse: nunqȝ tamen ab ea sponsus separabit̄: q: in fi
de perpetua desponsauit eam. Osee.ij.xxvj.dist.c.ij. Sed
ꝗuis filij sint rugosi ⁊ maculosi plurimi: ipsa tamen in se
est sine macula ⁊ ruga. Ephe.v.xxxiij.q.iiij. recurrat. quia
sponsus ei⁹ in sancto habitat. ps̄.xxvj. quicūqȝ sit ille ideo

nō debem⁹ ab eccl'ia separari: in qua sunt missi filij Agar
cum filijs Sare: vt pre.c.recurrat. Iebusei.i. cōculcantes
scilȝ mali ꝑsequentes cum filijs suis israel.xi.q.iij. nolite.
¶ Et credamus veraciter ꝙ istius ecclesie militantis ca-
put ⁊ sponsus est christus.ad Col'.i.Eph.i. Io.iij.ex̄ de sa-
cra vnc.c.i.qui reprobata synagoga scȝ Vasthi que inter-
pretatur definitio cōsummata: Hester ecclesiā que inter-
pretatur eleuata sibi humilem copulauit. Hester.ij.supra
cuius ecclesie caput regni spūalis ⁊ tp̄alis posuit diade-
ma. ¶ Et si dicaꝛ nobis/christus est alibi: nolum⁹ crede-
re. Mat.xxiiij q: vere dicos venient in quib⁹ spūs mendax
⁊ fictus spiritū in ore habens ⁊ cor impietate plenū dicet
se spiritū veritatis.iij. Reg.xxij.⁊ multos seducet. Et spi-
ritus ꝯtra spiritū dimicabit: ⁊ magis carnalis reuera spi-
ritus aliū carnalē spiritū appellabit.⁊ ꝙ verū dicat mul-
tas pro se presumptiōes habebit: vt possit diuidere. Sed
qui cum ecclesia que cōiter dicitꝛ ecclesia nō colligit: spar-
git. Mat.xij. Lu.xi.xxiiij.q.i.qm̄.⁊.c.schisma. Et qui pape
qui cōiter habetur papa nō obedit: nec de eccl'ia est. xxij.
dist.qui cathedrā. Qui etsi me priuiat/me anathematis
zet/⁊ occidat: non separabor a charitate eius. Ro.viij. q:
dn̄s meus est: pater ⁊ deus in terris: qui constitutus est a
deo in hac egypto deus Pharaonis. Exo.vij. in prin. Si
bene iudicat veniā petam. si enormiter ⁊ male: sufferam.
xix.dist. in memoriā.c.di. contra morem.in prin.xi.q iij.§.
cum ergo snia. Iob.xxxvj. q: christus male iudicatus est.
i. Pe.ij.in fi. sed ab eo nō recedā: q: aliam ecclesiā nec ca-
put habeo ad quā cōfugiam.ix.q.iij.aliorȝ.in fi. Et in tem-
pestate presentis diluuij aquarū multarū tribulationū/
ad christi vicariū ⁊ eius ecclesiā approximabo: nec inue-
niar extra arcam ne perea abyndis ⁊ fluctib⁹ tentationū
Charybdi ⁊ Scylla ⁊ scopulis alijs intercept⁹. ¶ IV. Igi-
tur attendendū est isto tp̄e fermentato etiam a fermento
quorūdam hereticorȝ dicentiū sicut.s. dixi nūc claues ec-
clesiā non habere. Sacramenta nō posse cōferre: q: excō-
municata ⁊ priuata iurisdictione est. Et ꝙ papa pōt iudi-
cari ab imperatore: sicut christus a Pilato ⁊ Cesare. Et
ꝙ presbyter tantā habeat potestatem quantā papa. Et ꝙ
vacante papatu imperator succedit iurisdictioni pape.
Et ꝙ ecclesia nō potest habere tp̄alia. Et ꝙ christus quā-
do ascendit celos/vicariū nō dimisit in terris. Quod autem
claues sint apud bonos ⁊ malos ab ecclesia toleratos: et
ꝙ vera sacramenta etiā mali ⁊ etiam heretici conferant:
quantū ad characterem: late.s.lxv. art.§. ceterū q: vbi
predicta ⁊ lucide disputaui. materia aūt tractaꝛ hic.i.q.i.
§.sed obijcitur.vsq; ad.§.ecce si clericus.⁊ quasi ꝑ totam
illam questionem.⁊ ꝑ.xv.c.de con.dist.iiij.a.c.hi de quib⁹.

Nullus clericus pōt ab īꝑatore iudicari

vsq; ad.c.qs a paganis.i.clusiue.⁊.iij.q.vij.§.fi. ¶ I. Quod
nō papa vel ecclesia vel clericus quilibet ab imperatore
iudicari nō valeat: sed ecōtra.s.v.ar.⁊.xliiij.ar.ver. sed cō-
tra.similiter latius dixi.tum q: papa a deo nō ab hoie iu-
risdictionem recipit: ⁊ ab eo solo iudicandus est.ix.q.iij.a
§.solo.vsq; ad fi.q. Tum q: imperator inferior.xcvj.dist.si
imperator.⁊ c.cum ad verū.ex̄ de ma.⁊ obe.solite.xxi.dist.
inferior. Tum q: est imꝑator vicarius pape in temporali-
bus.ex̄ de elec.venerabilem. q: a papa recipit imperiuȝ ⁊
tenet.vt.s.dixi. Et vicarius non iudicat illū a quo iurisdi-
ctionem habet: q: vna iurisdictio censeꝛ vtriusq; ⁊ cōsisto-
rium.ex̄ de ap.romana. Et nemo seipm̄ in foro cōtentio-
so ⁊ sacramentali etiam iudicare pōt.cōcorꝫ.ponunꝛ ex̄ de
iur̄.pa.ꝑ nostras.ex̄ de iudi.cum venissent.xxi.di.nunc aūt.
glos.fi. Tum q: imperator filius est ecclesie: ⁊ non pater.
xcvj.di.si imperator.pater nō filiū corrigit.nō ecōtra. vn-
de ⁊ lex erubescit filios esse correctores patruȝ.in aur̄. de
nup.§.fi.vo.xxiij.q.iiij.displicet.ver.si volūtas. Parab.xiij.
xlv.di.§.salomon.xcvj.dist.quis dubitat. Tum q: imꝑator
imperiū tenet ab ecclesia sicut vasallus fidelis.lxiij.dis.ti-
bi dn̄o.ex̄ in clem̄.de iureiu.romani principes. sed vasalli
respondent sub iudicio dn̄i: nō ecōtra.ex̄ de iudi.ceterū.fa-
cit qd̄ no.de fo.com.veruȝ.glos.fi.⁊ qd̄ legiꝛ.⁊ no.xxij.q.v.

de forma. Tum q: imperator aduocatus ⁊ defensor eccl'ie:
ex̄ de elec.venerabilem.xcvj.di.si imperator.⁊.c.in scriptu-
ris.xi.q.ij.sacerdotib⁹. Tum q: imperator gladiuȝ recipit
ab ecclesia vt.s.in prin.istius operis probaui.sed qui gla-
dium ab alio recipit: nō illum a quo recipit ꝑcutit: aut iu-
dicat cū eodem.ad qd̄ bene facit qd̄ legitur ⁊ no.xcvj. dis.
si imperator.ibi. Et ꝯtra illius beneficia pugnare videaꝛ
a quo propriā cōsecutus est potestatem.facit etiā quod le-
gitur ⁊ no.ex̄ de na.ex li.ven.c.i.⁊ optime qd̄ legiꝛ ⁊ no. ex̄
de postu.c.vlti.in glos.vlti. Tum q: papa nō homo simpli-
citer sȝ quasi deus in terris est.ps̄.lxxxi. Ego dixi dij estis.
ex̄ de transla.c.ij.⁊.c.quanto.⁊ vt ec.bn̄.c.i.sed homo deuȝ
nō diiudicat: sed econtra.ix.q.iij.aliorȝ. Tum q: moyses ⁊
Iosue ⁊ Samuel qui typum tenent pape: sicut rectores
populi generales iudicant populū. Exo.⁊ Iosue quasi ꝑ
totum.i.Reg.vij.nō econtra. Tum q: papa nō est de foro
imperatoris.nec ratione papatus/quem nō tenet ab im-
perio: sed a deo. Io.vlti.xxi.dist.in nouo. nec ratione alicu-
ius rei terrene quā ab imperatore teneat. Nam etsi impe-
rator donationeȝ fecit eccl'ie de multis temporalib⁹. xcvj.
dist.cōstantinus. Ipsam tn̄ donationeȝ liberā fecit: nec fe-
cit eum feudatariū suū: aut emphyteotā/aut vasallū.lxiij.
di.ego lodoicus.xvi.q.i.§.nouarū.⁊.l.placet.xxiij.q.vlti.§.
§.quia.l.scimus. Que donatio valida ⁊ ꝑpetua est: vt no.
pre.c.ego lodoicus. Si ergo papa nō est de foro eius: ad-
iudicari non pōt per eum. vt ex̄ de fo.cō.per totū.⁊.xi. q.i.
in primis.⁊ ex̄ de re iu.c.pastoralis.in clem̄.ff.de iuris.om.
iudi.l.vlt.ex̄ de of.le.nouit. ex̄ de cōsti. vt animarū.§.fi.lib.
vi. Tum postremo q: nedū nō sup papam christū dn̄i: sed
nec sup aliquem clericum potestas aut iurisdictio datur
cuicūq; laico: q: sunt clericis inferiores laici ⁊ eis infesti:
vt.ij.q.vij.in primis.xxij.c.vsq; ad.§. ex his. ex̄ de accu.cū.
P.ex̄ de cōsti.ecclesia sancte marie.ex̄ de re.ec.nō ali.cum
laicis.xcvj.di.bene quidem.xi.q.i.in primis.xxv.c. vsq; ad
§.cū ergo. Tum q: hoc qd̄ iuris erat de facto ⁊ sancta cō-
suetudine ⁊ debita reuerentia/hoc oēs reges ⁊ romani
principes seruauerunt.xi.q.i.sacerdotib⁹.xcvj.dist. in scri-
ptures.xvij.dist.§.hinc est. ¶ V. Quod aūt obijciꝛ ab here-

Christ⁹ quomō a pilato iudicat⁹

siarcha nouello Marsilio paduano ꝙ Pilatus iudica-
uit christū: sic ⁊ imꝑator papā iudicare pōt. Respōdeo ꝙ
nō iudicauit ipm̄ tanq̄ ꝑsonam publicā aut preeminen-
tem dignitate: sed tanq̄ ꝑsonam priuatā accusatā sibi a
principalib⁹ synagoge ⁊ pp̄lo iudeorȝ tanq̄ malefactorē
qui in hoc erat de foro Cesaris ⁊ suo/qui erat preses in iu-
dea pro imperatore. Unde idem Pilatus ait Luc.xxiij. Ob-
tulistis mihi hunc hoiem quasi hoiem priuatū: nō pontifi-
cem/nō in dignitate cōstitutū.⁊ ecce ego coram vobis in-
terrogans/nullam causaȝ inuenio in hoie isto. Tunc enī
christus nō tenebat personā pape: sed simplicis hois corā
suo iudice accusari. Unde nec in hoc papa christo succe-
dit.succedit enī christo in potentia: nō in accusatione ma-
ligna facta de deo. Immo existimo ꝙ si coram Pilato fuis-
set vnus de templi pontificib⁹ accusatus: dixisset qd̄ dixit
de Christo. Accipite eum vos: ⁊ sm̄ legem vestrā iudica-
te. Io.xviij. Versipellis ergo vulpecula Marsili⁹ padua-
nus allegauit literā euangelij que ipm̄ occidit.ij.Cor.iij.
nō intellectū verū spūalem: ⁊ etiā literaleȝ qui vtinā ipm̄
cōuersuȝ viuificet. Sed nec accusatores christi iudei ipm̄
accusauerūt Pilato vt pontificem vel scribā: sed vt quē-
dam pp̄li deceptorem. vnde dicūt. Hunc inuenimus sub-
uertentem gentem nostrā. Lu.xxiij. Exemplū ergo lupi ra-
pacis nō ꝓcedit: q: si imꝑator iudicaret papam nō iudica-
ret vt Titiū vel Semproniū vel priuatū aliū: sed vt pa-
pam.⁊ ad hoc ille impius hoc exemplū allegat. Et si ille
sciolus verus sciens esset in scripturis diuinis. vel si non
dissimularet se scire: sensum ⁊ intellectū verborȝ euange-
lij acciperet: ⁊ nō solū.j.q.i.marchion. Preterea quō non
erubescit tale exemplū adducere: quum ⁊ Pilatus fatea-
tur se christū ꝑperam iudicasse: vnde ⁊ dicit Luc.xxiij. Ni-
hil inuenio cause in hoie. Et iterū.ibi. Ecce ego corā vo-

dis interrogans/nullā causam inuenio in hoīe isto ex his in quib⁹ eū accusatis. sed neq̄ Herodes. Unde ibi Amb. Hic Pilatus christū absoluit iudicio.crucifigit mysterio duoꝝ ergo viroꝝ testimonio iesus insons ostēdit͛. Et iterū Jo.xix. Ego nullā inuenio in eo causam. Ubi Chryso. Nō dixit.q: peccauit ⁊ dign⁹ est morte/donate eū festo.sꝫ primū eū excusans tūc rogat ex abūdanti:vt si nollent eū innocentem dimittere:saltem obnoxiū darent tēpori. Nō ergo exēplo pnicioso: sicut fecit iste hereticus: sꝫ legibus est iudicādū. C.de sen.nemo. vide.xx.dist.c.si. ¶ L Rursus ille tam impius dogmatizat q̄ quilibet presbyter tantam sicut papa habeat ptātem. Qđ falsuꝫ esse ⁊ erroneū nullus sane fidei ignorat:q: nedū papa/sed quilibet ep̄s maior est in iurisdictione ⁊ administratiōe quolibet presbytero.nam ipse est precordinator in cūctis.xcv.di.plectij. ver.ad ep̄m.ex͛ de offi.archid̄.c.ij.de offi.archipres.officiū. in fi. Immo nedū ep̄s maior est in iurisdictione presbytero:sed etiā archidiacon⁹ qui ⁊ diacon⁹ est:maior est in administratione nedū quolibet presbytero:sꝫ etiā archipresbytero:qui maior est i ordine archidiacono.vt pre.c. plectis.ex͛ de offi.archid̄.ad hec.§. archipresbyteri. Pōt em̄ vnus esse maior in administratione:q̄uis minor sit in ordine.vt no.xci.dist.in nouo.in glos.ar. ¶ Item q̄q̄ olim idem diceret͛ presbyter ⁊ ep̄s.vt.xciij.di. legimus. ⁊ papa Petrus vocet se presbyterū.ibi.ver. sꝫ ⁊ Petr⁹. ⁊ in glos. ecce petrus.cōsuetudine tn̄ ⁊ iure ⁊ ordinatione decretū est:vt presbyteri subsint ep̄is:⁊ maiores eis sint ep̄i:nedū in ordinatione ⁊ cōsecratione ep̄ali. vt pre.c. legim⁹. ver. quid em̄.sed etiā administratione ⁊ noīe ⁊ iurisdictione: ⁊ quātū ad q̄dā sacra appropriata ep̄is.xcv.di.olim.⁊.c. ecce. ⁊ de hoc plene notaui predicto.c.legim⁹. in glos.hic respondet. ¶ Sūmus aūt pōtifex nedū maior est quolibet presbytero quantū ad oīa:sed etiā maior oībus ep̄is: excepto cōsecratione ep̄ali. nam ⁊ Petro data est ptās a dn̄o sup alios ap̄los quib⁹ succedūt ep̄i.lxviij.dist. quorū vices.vt hec materia expedit͛.xci.di. in nouo. vbi de hoc. lxx.dist.in illis.vbi de hoc ⁊ no.xxiiij.q.j.loquit͛.⁊.ij.q.vij. paulus.in glos.j.⁊.c.q̄q̄.ibi. Epat⁹ sit presbytero maior. ⁊ facit qđ ibi no.in glos.Aug.hoc preterea si tantā presbyteri ⁊ ep̄i ptātem haberent sicut papa: tot essent dei vicarij generales in mūdo/quot presbyteri ⁊ ep̄i. Qđ falsum ⁊ hereticū est:q: soli Petro dixit dn̄s Mat.xvj. Ego dico tibi tu es petrus. Et iterū. Tibi dabo claues singulariter.⁊ ibi. Quodcūq̄ ligaueris. generaliter.loquens sibi soli.ex͛ de ma.⁊ obe.solite.§.nos aūt. Et iterū pasce oues meas. Jo.vlti.ex͛ de elec.significasti. Iterū sm̄ hunc errorem Marsilij vna eccl'ia haberet multa capita sicut mōstrū.ex͛ de offi.or.q̄m. Multi essent sponsi ecclesie vniuersalis:qđ falsum est:q: vn⁹ fuit christus vnā ecclesiā despōsans:⁊ vnus eius vicarius generalis sponsus ecclesie.j. ad Cor.xj. Despondi vos vni viro virginem castā exhibere christo.xxvij.q.j. nuptiarū. Et illud ap̄li ad Eph.v. exponēs illud proplasti. Hoc nūc os ex ossib⁹ meis ⁊c. Hoc aūt dico magnū sacr̄m in christo ⁊ eccl'ia.ex͛ de biga.debitum.facit.xxvj.dis.c.ij. Item presbyteri tenent typū.lxxij. discipuloꝝ.xxj.di.in nouo.lxviij.di.corepi.papa vo christi: sed illi.lxxij. discipuli nō habuerūt tantā ptātem/quantā ap̄li:qui soli mūdū partiti sunt ad predicandū ⁊ couertēdum:nedū quantū Petrus ⁊ Paulus. Itē solus Melchisedech tenuit typū christi.vn̄ dicit͛ ps.cx. Tu es sacerdos in eternū ⁊c. Alij presbyteri testamēti veteris aliorū sacerdotū testamenti noui.xxj.di.§.j.vn̄ trāslato sacerdotio ⁊c.ex͛ de cōsti.translato. Item quū a papa tanq̄ a primo fonte descēdat ois iurisdictio ⁊ epoꝝ ⁊ presbyterorū. xxij.di.c.j.xxiiij.q.j.loquit͛.nō pōt papa sic ex toto iurisdictionē suā alteri dare/q̄ tantā habeat sicut ip̄e.al's posset archipapā vel saltē papā aliū sibi cōsortē facere.qđ falsuꝫ est.viij.q.j.si petrus.cū.c.seq.q: nec aliū papā pōt facere: nec se sua iurisdictione priuare.ad qđ facit qđ legit͛ ⁊ no. ex͛ de censi.cū venerabilis.in glos.hic ptꝫ qđ legit͛ ⁊ no. ex͛ de dona.pastoralis.in glos.si ita. ¶ M Ad horū supradictoꝝ declarationem sciendū est q̄ est quadruplex maioritas in eccl'ia dei.adde hic qđ scripsi in.xxxvij.arti.ver. primo.⁊ ver.est autem. Prima ex tpe.xvij.di.§.hoc q̄.⁊.§. verū.⁊.xcv .dist.bene quidē.lxxv.di.c.vlt.ex͛ de ma.⁊ obe. ca.j. Secūda ex prerogatiua ordinis.ex͛ de ma. ⁊ obe.statuimus. Tertia ex prerogatiua ordinantis seu cōstituentis.ex͛ de ma.⁊ obe.p tuas.ff.de albo scri.l.vlt.in aut͛.vt iudi.sine quoquo suffra.§.cos.circa fi.col'.ij.ff.de re iu. quidam. Quarta ratione dignitatis seu maioritatis officij. Hac rōne d͛ archid̄.maior archip̄s. vt dictū est. ⁊ pōt vn⁹ minor ⁊ maior esse altero.ij.q.vij.q̄q̄.⁊.c.querit͛. Idē in abbate in minorib⁹ cōstituto.ex͛ de eta.⁊ qua.tuā. sicut in subdiacono electo ⁊ confirmato.ex͛ de elec. transmissam. Item pōt esse maior ⁊ equalis. sicut Petrus fuit maior ap̄lis in dignitate seu officio:sꝫ in ap̄latu seu ordine ep̄ali par fuit ⁊ equalis.ij.q.vij.puto.xxj.dist.in nouo.sm̄ hoc intellige.xvij.di.multi.ff.q̄n appel.sit.l.j.§. sꝫ si.C. de offi. vica.l.j. In eo aūt q̄ q̄s minor est/alij scꝫ maiori debet reuerentiā exhibere.ergo quū archidiacon⁹ in missa minor sit archipresbytero:tunc debet ei seruire. sed eo maior est extra missam in voce/in loco/in iurisdictione ⁊ alijs que ei cōpetūt rōne dignitatis.sm̄ hoc intellige.xxxiij.q.v.est ordo.xciij.dis.a subdiacono.ex͛ de of.archid̄.c.j.⁊.c.ad hec. sm̄ Ostiē.qui.j.no.ex͛ de of.archid̄.c.j.sic intellige.xxj.dis. §.i his oib⁹.cū.c.seq. ¶ N Itē notādū q̄ psona pest pso ne q̄nq̄ modis.scꝫ ex officio.xxj.di.i nouo. Uite merito.ij. q.vij.c.j. Ordine.xciij.dist.a subdiacono. Administratiōe vt archip̄s.ex͛ de of.archip̄s.c.j. ɔsecratione.vt ep̄s oib⁹.xxj di.c.j. ¶ O Hec p̄latio cōsistit i trib⁹. In iudicijs.xxj.di. inferior. In p̄ceptis.xxj.di.nūc aūt. In sacris.xxj.di.deniq̄. sm̄ Archid̄.q̄ ita no.xxj.di.in pre.§.i his. ¶ Itē notādū q̄ maior ptās attēdit͛ q̄nq̄ ex dignitate ordinis: q̄nq̄ ex dignitate dispēsatiōis siue administrationis. Petrus aūt ex prerogatiua ordinis vel cōsecrationis nō habebat:sed rōne administrationis.sm̄ Lau.q̄ sic no.in pre.c.in nouo. ¶ Itē dicēdo q̄ q̄libꝫ presbyter sit equalis pape in iurisdictione/cōfundit͛ ordo superior ɔ.c.lxxxix.di.ad hoc. ista sunt addenda ijs q̄ de ista materia tetigi.s. in prin.istius opis. ¶ P Dicit etiā ille pfidus Marsilius q̄ vacante papatu succedit imperator. Sed vn̄ hoc habuit/⁊ quo motu hoc dixit/ignoro:quū nedū ois scriptura/sed huic positioni ois ratio contradicat. Papa em̄ succedit impio.ex͛ de fo.com.licet.ex͛ de re iud̄.pastoralis.in clemē. Nō imperator in papatu. Que em̄ cōicatio cani ⁊ sancto? Eccl.xiij.ij. Cor.vj. p̄fanis ⁊ diuinis? ex͛ de iude.ad hec.xij.q.ij. nulli. Subdito ⁊ dn̄o.ex͛ de elec.venerabilē. Quō pōt imperator in eccl'iasticis succedere:quū inhabilis sit ad talia possidenda ⁊ tractāda?quū etiā statutū factū ab eo in eccl'ie fauorē nō valeat/nisi expresse ab eccl'ia approbet͛.xcvj.di. bene quidē.ex͛ de cōstitu. ecclesia. Quia Balthasar vasa templi cōtaminat a deo pcutit͛. Dan̄.v.de con.di.j.vestimēta. Itē Ozias rex iuda q: sacerdotū officia vsurpare voluit:a dn̄o lepra pcussus est.ij. Paral'.xxvj.ij.q.vij.§.itē cū Balaā. ver.sicut ergo. Itē Heliodorus missus a rege Antiocho inuadere erariū vbi erant in templo reposita deposita:calab⁹ equi mirabiliter apparentis pcussus/semiuiuus relict⁹ est.ij. Macb.iij. ¶ Item si imperator succederet in papatu:iam solueret ⁊ ligaret:sed nō imperatorib⁹ sed piscatorib⁹ date sunt claues a deo.de pe.di.j.quē penitet.⁊ nō laicis/sed presbyteris. Imperator em̄ a sacerdotibus eccl'ie anathematizat͛ ⁊ religat͛.xcvj.dist.duo.ad hec faciūt.xcvj.di.satis euidenter.xvij.di.§. hinc etiam. Item Amb.imperatori volenti ecclesiā occupare ait:quid tibi ⁊ adultere?adultera est q̄ nō tibi est legitimo m̄rimonio copulata.cedat palatiū imperatori:eccl'ia antistiti.xxiij.q.viij. cōuenior. Distincta aūt quantū ad hoc sunt officia romanoꝝ pōtificū ⁊ imperatoꝝ.x.di.q̄m. xcvj.di.cū ad verū.vn̄ in fine ibi dicit͛ de imperatore:ac vicissim nō ille rebus diuinis presidere videret͛:q̄ esset negocijs sp̄ualib⁹ implicatus.vt

Nō equalis est pape et cūctorū p̄sbyteroꝝ ptās.

Nō pōt papa sua se iurisdictione priuare.

Maioritas quadruplex.

prelatio q̄nq̄ modis hri potest.

Papa succedit ipio/nō contra.

An eccle siapossit tpalia possidere &c.

simul oēs/nūc singulos/nūc iudeoꝝ casus deplorat: nūc
ecclesie luget detrimenta: moꝝ perturbationē dolet. nūc
restaurationē hierl'm ꝛ gloriam intuet. ꝛ eccl'iam exaltā
dam gloriatur. cū victoribus gaudet. cum victis luget.
Deniqȝ oēm sexum/oēm etateꝫ/p̄latos ꝛ subditos tanq̄
vnus sit in oibus/singulis ꝑsonis singula lamēta imper
titur. ꝛ semꝑ nouas lachrymas fundit dū alternatim no
uas ꝑsonas inducit. ad vltimū dn̄m nostrū iesum christū
esse captū pro pctis nr̄is testatur: nō tn̄ oēs a morte rede
misse ꝓpe finē ingemiscit. ꝛ coꝝ qui cōuersi sunt finitam
esse malitiā gaudet. eos vero q̄ sanctos ꝑsecuti sunt/pro
iniqtatibus puniendos esse affirmat; quū coꝝ detegetur
pctā. Hinc intelligendū est q: in scripturis sanctis nihil
aliud est pncipaliter q̄ lamētationes q̄ frequētande sunt
in hoc seculo. ꝛ carmen qđ cū angelis cantabim⁹ in celo.
ꝛ de Ezech. ii. qđ filii edom vlulabunt in inferno. Lugea
mus ergo cū Hieremia in hoc seculo: ne vlulem⁹ cū filiis
edom in inferno. Fugiam⁹ gaudia p̄sentis vite: q: p̄ntia
gaudia sequūtur perpetua lamēta. Hanc charissimi leti
tiā fugite/si illic flere formidatis. Greg. ꝛ inania carmina
vt cum angelis cantare possim⁹ perpetuū all'a. All'a inter
pretatur laudate deū. ꝛ est vox gaudii. qđ signat ineffabi
le gaudiuꝫ angeloꝝ ꝛ hoīm eterna felicitate letantium.
Cassiodorus. Vox ista scilꝫ Alleluia est q̄si musica saluta
ris/harmonia celestis/q̄ nō solum hoies sed angelos de
lectat. Apoc. xix. Tob. vltio. ¶ Gaude. Edom ꝛ Baby
lonia idem significant. Due eīm ciuitates ab initio seculi
significant. Altera hierl'm. altera Edom q̄ ꝛ Babylō. de
q̄bus btūs Aug. librū de ciuitate dei fecit. Altera cū pro
pheta plangit nūc ꝛ parturit. Altera cur plangat nescit.
Alterā christus edificat. Alteram diabolus. qui ꝑ Nabu
chodonosor significat. Babylon est ciuitas ꝑditoꝝ. que
inebriat oēm terrā vino iniquitatis. vnde Hiere. li. Calix
aureus Babylon in manu dn̄i inebrians oēm terram. de
vino eius biberūt oēs gentes. vide Apoc. xviii. ꝛ. s. c. ar.
vbi. hec est ecclesia. cum sequēti. Et ideo quiete sunt. Subi
to cecidit Babylon ꝛ cōtrita est. que ꝛ Edom inebriata
plangit. Ideo d: ironice. Gau. ꝛ le. fi. edom. Edom san
guineus vel rubeus interpretat. Hic est populus qui car
nis vitia sectatur: ꝛ sanguinē. i. pctm̄ tāgit. Osee. iiii. Vn
de sequit. Que habitas i terra Hus. Nisi enim terrenis

mentem posuisset: inebriari vel virtutibus spoliari non posset. Hierlm̄ aūt sursum est cui⁹ cōuersatio in celis est. Gal.iiij. Phi.iij. Ue enī habitantibus in terra. Apoc.viij. in fi. Edom Ho.i. ecclīa carnalis in mēbris licet gaudere ⁊ letari videat: aureo poculo inebriatur: ⁊ in furore dñi nudatur virtutibus: q̄ sunt anime velamina. de pe. dist.ij. §.romanos.c.sed nec.c.illa. q: decreuit nō solū in terra cō uersari sed in terra Hus.i. cōsiliatoris diaboli. qui scꝫ per uersa suggerit consilia cōtra angelū magni cōsilij. Esa. ix. sicut suggessit Eue. Gen.iij. Nam ⁊ Edom terren⁹ interpretatur. in quo designant qui terrena sectant diabo li decepti cōsilio. vnde ad eos puenit aureus calix: ⁊ nudā tur grā dei. ¶ Thau. Cōpleta est. finita. vñ Esa.xl. Dimis sa est iniqtas illius. Fili e ecclesia. Syon speculatiōis. Nō adijciet (al's addet) vltra. Plantati i domo dñi in atrijs domus dei nostri. ps.xci. Non adijciet vltra vt transmi gret te. q: inmutabili imutabiliter adhesisti. Uisitauit pu niendo. ps.lxxxviij. Uisitabo in virga iniquitates eorū ⁊c. Iniquitatē tuā. nō creaturā tuā. Filia Edom. ecclesia ma lignantiū. terrena. sanguinea. discooperuit pctā tua. Naū iij. Reuelabo pudēda tua in facie tua q̄ cōfiteri noluisti. ¶ Completa est. Hec sunt vt dixi due ciuitates q̄ ab ini tio cōstruūtur. Syon que hierlm p Esaiā.xl.c. dicit q cō pleta sit malitia eius: ⁊ dimissa iniquitas illius. ſm illud ps.xxxi. Beati quorū remisse sunt iniqtates ⁊c. vide de pe. dist.iij. ille rex. Unde leta pmissio subiūgit. Non adijciet. vt trāsmigret te. Quū em̄ facto iudicio iniqtas cessaue rit: ⁊ plena requies adfuerit: nulla eius mutatio erit. sed visitabit Edom nō remittendo puniendo dicendo. Ite malodicti in ignem eternum. Matth.xxv.

¶ Articulus.viij.

Recordare. Hec lamentatio q̄ est oratio Hieremie que fuit exposita in pncī. lamentationū: ⁊ hic ite rū exponit a quibusdā canticū appella tur. Nam ⁊ lamenta cantica dicuntur. et ecōuerso. Sicut em̄ in psenti sine miserijs nulla sunt gau dia: ita sine lamētis aut pauca aut nulla sunt gaudia vel cantica. Monachi tamē psalmū decantant. Uera autē cantica in celesti syon decent. ps.lxiiij. Te decet hymnus deus in syon. Lamentatiōes in exilio. Iure tñ ante q ad patriā veniat ad quā pperat. quasi in medullio carnis nis fletibus: ⁊ ecōuerso pmiscent: dum psentia mala plāgun tur: ⁊ gaudia futura sperant. ¶ Recordare. Hieremias fratrū amator ⁊ ppl'i israel q̄ multū orat p pplo ⁊ sancta ciuitate.ij. Macha.vlti. p oibus lamētans ecclesiam ad lamentationē q: tribulata est ⁊ minorata temporaliter ⁊ spūaliter: mutat. Unde dicit. Recor. a papa iudicij ei⁹ mi sericordiā implorat. Recorda. q̄ oblitus videris: dū non vlcisceris. Quid acciderit. q magnū q crudele. Nobis. quasi nō meritis. Intuere. cuꝫ mia. Et respice. cū effectu. Opprobriū nostrū. ps.lxxviij. Facti sum⁹ opprobriū vici nis nostris. Hereditas nostra. histo:ice. Iudei in captiui tateꝫ chaldeorū ducti. tropologice. scriptura versa est. Ad alienos. demones. Domus nostre. intelligentia scripture vel mētes. Ad extraneos. infideles. Pupilli. q̄bus debes esse adiutor. ps.ix. Pupillo tu eris adiutor. Facti sumus absq pre. deo p pctis nostris offenso. Matres nostre. ec clesie. vel fides spes ⁊ charitas. Quasi vidue. q̄si vir ha bentes verū cultorē. ¶ Recordare. vox martyrū ⁊ tribu latorū in ecclesia est: q̄ tormētis ⁊ pressuris affliсti clamāt. Quū em̄ in psentia nō vlciscatur mala q̄ fiūt intra eccle siam deus: oblitus videt. ps.xij. Usqꝫ quo obliuisceris me ⁊c. et alibi. Obliuisceris inopie nostre ⁊ tribulatiōis no stre. Sed ad hoc Anacletus papa rñdet. Si oia in hoc se culo vindicata essent: locū diuina iudicia non haberent. vi.q.i. si oia. Intuere ⁊ respice. Idem est. sed iteratio affe ctionis indiciū est. hoc em affectu legendum est. Heredi tas. heretici ⁊ falsi christiani hereditatem ecclesie aut de

monstris aut prauis institutionibus tradiderunt. scri ptura em̄ hereditas est fideliū. hāc vertūt q̄ a deo alieni sunt. ⁊ sensu ⁊ ingenio eam credentes intelligere. peruer tunt a cōmuni intellectu ecclesie discedentes. xxxvij. dist. relatuꝫ. xxiiij.q.iij. heresis. ⁊.c. transferunt. Domus nre. i. mentes humane ad immūdos spūs peccādo trāseūt. Pu pilli. vere pupilli ⁊ orphani sunt hodie q̄dāmodo christia ni. Absqꝫ patre cōsolatore. i. plato in spūalibus nutrito re. Sacerdotes em̄ ⁊ plati q̄ presvocātur. iij q.v. oēs qui. vi.q.i. sacerdotes. ⁊.c. infames. filios excoriant ⁊ occidūt. xciij. di. diaconi. v. ix.q.iij. §. de his. cū.c.seq. vsqꝫ ad fineꝫ q̄ stionis. Matres nre q̄si vidue ecclie q̄ nos nutriūt lacte spūali. de cōse. dist.iiij. mater ecclia. a pastoribus viduate fugientibus vel negligentib⁹ nō possunt deo filios ge nerare. ¶ A Notoriū em̄ est hodie q raro prelati maxi me epi resident in ecclesijs cathedralibus. sed nūc p curi as pncipum cōtra iura vagantur. maxime quū ab eis tē poralia nō tenēt. xxiij.q.viij. quo ausu. ⁊. §. ecce. ⁊ ex̄ de ap. cum parati. vbi de hoc. ⁊ eorū tractant negotia tempora lia ⁊ pcurant cōtra iura. lxxxviij. di.c.i.c. eps.c. perlatum. ⁊ ex̄ ne de. vel mo. per totum. Aut in laribus paternis habi tant ppe sanguinē ⁊ carnē: dicentes. Pater ⁊ mater no ui vos. quū ecōtra deberēt dicere Deutero.xxxiij. xciij. di. diaconi.v. Aut in curia romana trotant post equos car dinaliū. adde qd̄ scripsi. s. in ar.x. in. §. postq̄. in fi. serui ibi effecti ⁊ mercenarij. quū in suis epatibus essent liberi do mini ⁊ maiores. vt ambiant ampli⁹: ⁊ habeant de hono re terreno: nō contenti terminis suis: quū habeant vltra cōdignū contra iura. i.q.i. pncipatus. ⁊.c. nullus itaqꝫ. et q.vi. sicut is. ⁊. q.vij. sancimus. ⁊. xlj. di. miramur. ⁊. viij.q. i. in scripturis. ⁊.c. sciendū. ⁊.c. qui epatum. Aut p mūduꝫ vagant suas ecclias deserentes: nec de aiabus subdito rū aliquā curā habētes. cōtra illa oia iura. vij.q.i. sicut vir. ibi. Epm vero opꝫ opportune ⁊ importune atqꝫ sine inter missione ecclīam suā docere: eamqꝫ prudenter regere et amare ⁊c. ⁊.c. qualiter. ibi. Ne diutius gregi fideliū desit pastoralis custodia. ⁊.c. q̄uis. ibi. Ne ergo languescente pastore grex (qd̄ absit) insidiatoris laniandus dentibus exponatur: vel ecclesie ipsius vtilitates depereāt. ⁊.c. que nit. vbi est expssum. ⁊.c. placuit. ⁊.c. si qui. ⁊.c. epm de dio cesi. ex̄ de cle. non resi. ex tue. ⁊ expssum in.c.xi. in.c. qualis ter. ⁊ de trāsla. epi inter corpla. §. sicut aurē. ⁊ de renū. nisi cum pridē. §. veruꝫ. ibi. Non debes deserere sponsam tuā: cui desigendo manū apud extraneū te fide media co pulasti. Immo nec longā peregrinationē pōt facere epus sine licentia pape. ex̄ de vo. ⁊ vo. re. magne. §. preterea. in fi. Sed qr put cōiter hodie oēs plati mercenarij sunt que rentes q̄ sua sunt nō q̄ christi. Phil.ij. viij.q.i. sunt in eccle sia. nō pastores lucra animarum q̄rentes. xxiij.q.iiij. tres psonas. Ideo fugiūt ab ecclesijs: ⁊ nō est eis cura de oui bus. sed est eis cura de lana ⁊ lacte ⁊ carnibus. Nec curāt si greges eorū a demonib⁹ lacerent. ex̄ de elec. ne p defectū. vij.q.i. §. hoc tunc. Quū ⁊ ipsi demones visibiles eos la cerent excoriādo. vt supra dictū est. ij.c. thren. in lr̄a Beth. v.ar. ¶ Aquā nostrā. doctrinā salutarē. Eccli.xv. ⁊ aqua sapie salu.po. ⁊c. Pecunia cōparauim⁹. cōtra illud Esa.lv. Qui nō habetis argentum pperate emite ⁊c. Et ligna nostra. ecclīastica sacra calefacientia aiam. sicut fax accē sa. xv.q. si.c. si. Precio cōparauim⁹. a sacerdotibus simo niacis. i.q.i. cum ordinaret. ⁊.q.iij. saluator. ⁊.c. ex multis. ⁊.c. nō solum. Cōtra sacerdotes dicit hoc: q̄ faciūt domū dei domū negotiationis. vt pre.c. nō solū. Esa.lvi. Mat. xxi. Mar.xi. Luce.ix. Io.ij. qui sacramēta vel doctrinam ⁊ dona dei pecunia distrahūt. i.q.i. grā. ⁊.c. cito turpem. ⁊.c. qui studet. ¶ Ceruicibus. pcussis. Nostris minabamur: id est ducebamur a psecutoribus. Lassis. i. pctis. Nō daba tur requies. q: nullus malus sabbatizare pōt. i. requiesce re. q: nūq illi sua cōscientia requiescit. ſm Aug. ¶ Deplo rat ecclesia q martyres a psecutoribus colaphizantur. li gatis ceruicibus trahūtur, de loco in locū sine requie fu

In q̄bꝫ non resi dentes

gere cōpescuntur. Uel quia dictū est Matth.v. Luce.vi.
et.xxiii.q.i.§.i. Siquis percusserit te in vnā maxillā etc. incli⁹
ceruicem superbis accipim⁹: qua ferimur et fugamur, quū
ex cōscientia reatus ptimescimus. q: deus humilia respi=
cit et alta a longe cognoscit. ps.cxxxvii. quo cōsiderato nō
est requies. q: vita carnalis laboriosa. spūalis quieta. q:
sub iugo dñi. ¶ Egypto. Egyptus interpretat tenebre
vel angustia vel tribulatio. potentioribus qui curis diui
tiarū obscurant. Dedim⁹ manū. quasi victi. et Assyriis
Assyrii interpretant sustollentes vigilias dñi. dirigentib⁹
se ad lucra seculi. Ut saturaremur pane. caducis rebus
trāsitoriis. i. Regū.ii. Repleti prius pro panibus se locaue
runt etc. ¶ Ecclesia lamentat q etiā ministri altaris pro
terrenis rebus dant manus egypto, potentioribus q di=
uitiarū vel delictoꝝ tenebris obscurant. Egyptus enim
tenebre interpretat. et Assyriis. i. dirigentib⁹ qui se scꝫ ad
oia mūdana dirigūt: vt diuitiis affluāt: honoribus excel
lant. qbus seruiūt ministri christi p caducis et trāsitoriis.
et sic luminaria mūdi scꝫ rectores ecclesiarū. xcii. di. sacer
dotes. tenebre facte sunt. q manus ad celū deberēt leua=
re, et cū Moyse ad celū tendere ne fiant graues. Exod.
xvii. xxxvi. dist. c. vlti. vnde ps.cxxxiii. In noctib⁹ extollite
man⁹ vestras in sancta et be. dño. ¶ Pres nostri. eccl'ia.
ps.xliiii. Pro patribus tuis etc. lxviii. dist. quoꝝ vices. vel
Adam vel Eua. de pe. dist. i. sicut pmi. Peccauerūt. Pres
nostri comederūt vuā acerbā: et dētes filioꝝ obtupescūt.
Ezech.xviii. Et nō sunt. Rachel plorans filios mortuos
noluit cōsolari: q: nō sunt. Matth.ii. quia mortui. Et nos
iniqtates eoꝝ portauim⁹. i. pctm originale. de cōse. dist. iiii.
c.ii. et c. seq. et c. nō ex quo. Uel penā culpa sacerdotū. vox
est christiani populi q sacerdotū et principū peccatis fla=
gellatur dicētis. Patres nostri peccauerūt. quasi nō sunt
qui debuerāt. et nos iniq. eoꝝ por. Non tñ de se psumat. q:
p merito plebis est electio pastoris. ii. q. vii. c. i. et §. itē qd
dicitur. vi. q. i. ex merito. viii. q. i. audacter. neqꝫ imitatori=
bus. lxxxvi. di. facientis. xxiii. q. iiii ita plane. ii. q. i. votum.
culpa minuitur: sed auget vnde Cayn septies punit. La=
mech septuagesies septies. Gen. iiii. xxxi. q. i. quō. Post
pceptum em̄ et exemplū supple bonū maior est peccātis
pena sicut et pctm. ¶ Potest etiā hoc referri ad origina=
le pctm: cui⁹ tabes in oēs transijt. Et nō sunt. peccatum
em̄ nihil est. et qui peccat nihil est. de pe. dist. ii. §. si q: reli=
cto vero esse, voluit nō esse. i. peccare. Non dixit, pres pec
cauerūt et nō est pctm eoꝝ. Illis em̄ defunctis manet pec
catū, et pena peccati. Sed postq̄ pctm in baptismo remis
sum est: vnusquisqꝫ punitur p proprijs malis: aut remune=
ratur p bonis. ex de sum. trini. c. i. ¶ H. Sciendū q tri=
plex est pena. eterna, corporalis, et spūalis. Eterna pena
nūq̄ punitur vnus pro alio. Exo. xvii. i. q. iiii iudei. Corpo
ralis pena duplex est. Una circa corpus. et illa sepe punit
vnus p alio. i. q. iiii. §. item pctō ciuiū. Alia circa statū rei.
vt est seruitus, vel infamia. et illa sepe punitur vn⁹ p alio.
filius p patre. vi. q. i. siquis. ¶ Alia est etiā pena tempora=
lis. et illa sepe punitur vnus p alio. ex de here. vergentis.
¶ Est alia pena spūalis. et hec quadruplex. scꝫ Excōica=
tionis. et nūq̄ hac punitur vnus pro alio. xxiiii. q. iii. si ha=
bes. Alia interdicti. Alia remotio ab oblationibus. Alia
remotio ab ordine. et his tribus sepe punit vnus p alio.
vt de hoc plene no. i. q. iiii. in summa. xxiiii q. iii. in summa.
ex de his que si a ma. quesiuit. ¶ Serui demones vel he
retici. vel mali plati serui peccati. Joā. viii. dñati sunt no=
stri qui debuerūt seruire. Non fuit q redimeret. ps. vii. nō
est qui redimat neqꝫ qui sal. fa. si deus nō vult. alius non
pōt redimere: nisi christ⁹ q seipm dedit in pciū. Ephe. v.
¶ Serui etc. Plorat gens sancta pplus acquisitionis. ex
de elec. fundamēta. lib. vi. spūalem nequitias. que suā per=
diderunt libertatem. Dñantur nostri et affliguntur serui=
tute pcti. Uel serui peccatoꝝ in ecclesiarum regimine cō=
stituti: in eos quos dñs redemit luporꝫ vtunt rabie: non
canū defensione. xliii. dist. sit rector. Luctus ergo penitent=

Pena triplex.

tium est: qui laqueos sathane euadere cupiunt: cui⁹ do=
minio subiugati sunt per pctm. ¶ In aiabus. desiderio
animarū. q̄si di. q̄ indigna patimur q̄ crudelia q̄ miserā
da. Nostris, afferebamus panē nobis. afferebamus scri=
pturarū virtutum panē, qui de celo descendit. Joā. vi. de
cōse. dist. ii. oia. A facie gladij in deserto. ab impugnatione
diaboli insidiantis, qui cecidit de celo. Esa. xiiii. de peni.
di. ii. pncipium. et habitat in deserto. in corde a deo dereli
cto. Matth. xii. et Luce. xi. ¶ Pellis nostra. mortalitatis.
Quasi cliban⁹. diaboli. Exusta est. flatu diaboli fabri suf=
flantis prunas. Esa. liiii. A facie tempestatū famis. spūa=
lis. que est quasi turbo tempestatis. Plangitur pellis no
stra quasi clibanus exusta: quam primi parentes induti. de
pe. dist. i. adam. Gen. iii. de paradiso sunt eiecti. vnde sin=
gulariter pellis nō pelles dixit. quia ex ipsis oēs cōtraxi=
mus vnā pellem mortalitatis. de cōse. di. iiii. nō ex quo.
Hec fedata est quasi clibanus. i. diabolus q est fornax vi=
tioꝝ et quotidie nouis concupiscentiarū incendit vstioni
bus. Hac vstione tēpestate famis affligimur qui eterne
vite epulis nō reficimur. ¶ Mulieres in syon humilia=
uerunt. corrumpendo. quoties peccatoꝝ feditate grauā=
mur: et de syon altitudine ad humilia corruimus. Mulie
res. i. anime nostre. In syon. i. in culmine ecclesie leuate
humiliant humi demones. Et virgines in ciuitatibus iu
da. nō furtim sed publice. Uirgines fideliū mentes sunt
deo dicate. Ciuitates in quibus humiliant: diuersi sunt
gradus. Alia em̄ est pfessio sacerdotum. alia leuitarum.
alia monachoꝝ. alia virginū. alia viduarū. alia cōiuga=
toꝝ. In singulis sunt alique pure virgines. alique ppositū
tum nō seruantes deuirgināt. xxvii. q. i. que christo. et c.
impudicas. cū. iiii. c. seq. Uel iste sunt virgines fatue cor=
pore, nō mente. xxxii. q. v. si paulus. Isidorus. Uirgo car=
ne nō mente nullū premiū habet in remuneratiōe. Ber.
Sine humilitate, audeo dicere, nec virginitas Marie
deo placuisset. Aug. Non dubito pferre mulierē superbe vir
gini. ¶ Principes manu suspensi sunt. Doctores sancti
eccl'ie hostium manibus ad alta suspendūtur: quādo in=
tentionē boni operis deserentes, ad volūtatem hostium
distrahūtur. Tales pncipes nō virtutis pncipantur: sed eis
vitia. ii. q. i. scelus. Tales pncipes mala cōsilia dant et re=
probanda. ps. xxxii. Et reprobat cōsilia pncipum. Princi
pes mali suspendi mandātur a dño. Numeri. xxv. Tolle
cunctos pncipes etc. vbi Greg. Hoc si hoīes cogitarent:
pncipatus nō ambirent. sufficit em̄ p peccatis proprijs ar=
gui: et reddere rationē. quid necesse est p pctis ppli osten
tari cōtra solem. De istis pncipibus dixi. s. c. ii. super lite=
ra Heth in verbo pncipes. ij. v. ar. ¶ Facies senum non
erubuerūt. nulli em̄ etati parcit. q: serpens callidissimus
nec pueris miseretur. nec iuuenes reueretur. nec parcit
senibus. oēm etatem et dignitatem vna tempestate inuol=
uit. ¶ Adolescentibus impudice. factum spuriū et nefa=
rium. vnde pncipaliter hostes adducuntur in odium. De
isto execrabili vitio plene supra i ista orone Hieremie sup
isto eodē verbo dixi scdo ar. Abusi sunt. et pueri in ligno
corruerunt. suspensi in eo. qbus nec etas pepercit. Pueri
stulti in ligno corruerūt qui in christum in ligno penden
tem. i. Per. ii. credere noluerūt. ¶ Senes de portis defe=
cerunt. senes scꝫ quoꝝ sensus sunt cani. lxxxiii. dis. porro.
mansueti et quieti. sed si deum offendūt: de portis defici=
unt. de qbus dr ps. cxvii. Aperite mihi portas iustitie. In
his deficiūt dum scandalis fatigati iter rectū destituūt.
Uel senes. i. pdicatores defecerūt de portis vbi consueue
rant pdicare. vnde Amos. v. Odio habuerūt corripientē
in porta. ¶ Iuuenes de choro psallentiū. sanctoꝝ. Iuue=
nes deficiūt de choro psallentiū: quū in eis spūale canti=
cum deficit. q: nō psallūt spū et mente. i. Cor. xiiii. xcviii.
dist. oēs psallentes. et c. sedulo. Et a choro sanctoꝝ alieni
obliuiscuntur canticū dñi dicentes. ps. cxxxvi. Quō canta
bimus canticū dñi in terra aliena: de peni. dist. iii. in salici
bus. ¶ Defecit gaudiū cordis nostri. cessauit gaudium,

quieuit sonitus letantiū. conticuit dulcedo cithare. cum cantico nō bibent vinū. Esa.xxiiij. ps.l. Auditui meo dabis gaudiū ⁊c. Cordis ꝯtriti ⁊ humiliati. ps.l. Versus est in luctum chorus noster. harmoniā lugendi. chorus virtutū. Vox est penitentiū qui cor contritum ⁊ humiliatum deo offerūt. l. dist. ponderet. ⁊ q: abest sponsus: oē gaudiū in luctū cōuertunt. qḋ Dauid recuperare volēs/ait. Redde mihi letitiā salutaris tui ⁊c. Quotiens aīa sagitta peccati vulnerat: gaudiū eius dissoluitur. quū ad ꝯscientiam reuertitur. ⁊ chorus ꝟtutū in luctū comutatur. qḋ in Asael recte figurat. ij Reg.ij. qui tanq̄ caprea velocissim⁹ cursor erat. Unde dum incaute ⁊ ꝑcipitanter insequeretur Abner: ꝑcussus in inguine/ perijt. Sic anim⁹ q̄ velocissimus motus suos patientia ⁊ grauitate nō moderat: sepe in fornicationē mentis ⁊ corporis ꝑcipitatur. Unde in libro collationū Jo. cassia. in collatione. ij. de castitate dicit sic Theremo. Quātum quis in leuitate ⁊ patientia cordis/ tātū in corporis puritate ꝓficiet. quātoq; lōgius iracūdie ꝓpulerit passionē: tanto tenacius castitatem seruabit. Non eī estus corporis declinabit/ nisi q̄ animi motus ante cōpresserit. Unde beati mites: qm̄ ipsi possidebūt terrā. Matth.v. id est. Non al's ditioni nostre rebellis hui⁹ corporis terra subdetur: nisi mens nostra ꝑus patientie lenitate fuerit fecūdata. Nec poterit quis aduersus carnē suā insurgentia bella libidinis cōprimere: nisi ꝑus armis mansuetudinis instruat. ¶ Chorus vertitur in luctū: qm̄ in penitentibus virtutū chorus quasi harmonia lugendi deplorat qḋ amisit. ⁊ concentū sumit penitēdi. vt post planctus ⁊ lachrymas redeat idem chorus ad gaudia. sicut dixit Sara deo Tob.iij. Post lachrymationē ⁊ fletum/ exultationē infundis. ¶ Cecidit corona capitis nostri. honesti in ecclesia vel fulgidi moribus vel bone volūtatis. Ve nobis q: peccauim⁹. amissa corona. Tanc mens nostra corona virtutū decoratur: quū scuto bone voluntatis ornat. ps.v. Scuto bone volūtatis tue coronasti nos. Sed quū volūtas mutatur: quasi corona victoribus datur. ſm Maximū. Apoc.ij. Esto fidelis vsq; ad mortē: ⁊ dabo tibi coronam vite. Corona amittit. vnde sequit. Ve nobis q: peccauim⁹. frustra eī in ceteris laboramus: si bona volūtate caremus. Unde super illud Luce.ij. Et in terra pax ho.bo.vo. dicit Grego. Ante dei oculos nunq̄ manus vacua est a munere: si arca cordis plena est bona volūtate. nil quippe offertur dignius bona voluntate. ⁊ Aug.xiij. de trini. Pertinet eī iustitia ad bonā volūtatem. Sacerdotes etiā ⁊ virgines sunt quasi corona decoris ecclesie. q: illustrior portio gregis christi. ſm Cyprianū. sed ij sepe cadunt vitijs labefactati. Fides quoq; dum integritatem amittit/ quasi corona de capite cadit. ¶ Scḋm Esa. etiā christus corona ecclesie est. vnde ait Esa.xxviij. Erit dn̄s exercituū corona glie. Hanc coronam ecclesia ꝑdit: dum fides christi ꝑditur in q̄busdā membris: vel prauis operibus maculat. ¶ Per coronā etiā capita eccl'ie digne intelliguntur: q: corona in capite ponitur. ps.xx. Posuisti in capite eius coro. de la. ⁊c. Isti sunt ꝑlati qui hodie cōiter a vita apl'ica ceciderūt. Nam etsi teneant locū aploꝝ. lxviij. di. quoꝝ. ⁊ sanctoꝝ. nō tamē tenent eoꝝ sermones/ cōuersationē/ ⁊ abstinentiā/ ⁊ opera. xxxv. di. ecclesie ꝑncipes. xl. dist. nō est facile. Et ideo cōtra ista coronata capita ⁊ mitrata dicit Amos.vi. Ve vobis q̄ opulenti estis in syon. i. in eccl'ia. auro suffarcinati. vestra timide reseruantes. aliena scʒ bona ecclesie nō fideliter dispensantes. xij.q.ij. glosa. ꝟbi. socrates. al's est.c. Et cōfiditis in monte samarie. in altitudine dignitatis q̄ data est vobis ad custodiā subditoꝝ. vnde ⁊ dn̄s se samaritanū. i. custodem nō negauit. Luce.x. melius Jo.viij. ex de ꝑsump. nōne. ⁊ Luce.ij. ḋ: in ꝑsona platoꝝ. Et pastores erant in regione eadem vigilātes/ ⁊ custodiētes vigilias noctis supra gregem suū. Optimates pompatice ⁊ sicut dn̄i ꝓcedentes: nō se humiliantes. ꝯtra illud.c. dis. contra more. Capita populoꝝ hodie exquo membra infecta. vi.

q.i. ex merito. vere hodie in ecclesia adimpletur verbum Esa.i.c. ⁊ vide Hiere.vi. ⁊.viij.c. Omne caput languidū: id est ꝑlatus. ⁊ omne cor merens. tristitia mūdi q̄ mortem operatur. ij. ad Coꝝ.vij. A planta pedis. i. minimis subditis. Usq; ad verticem. ꝑlatum superiorem. Non est in eo. corpore ecclesie. Sanitas. spūalis. Malach.iiij. ibi. Orietur vobis timentibus nomen meū sol iustitie. et sanitas in pennis eius. ⁊ transferūtur hec verba. vi.q.i.§. verum. ¶ O Quā infirma ⁊ vulnerata capita. i.q.i. verum. hodie habeat ecclesia/ experientia manifestat. ⁊ ideo Dum caput egrotat cetera mēbra dolent. Bern. Principis error multos inuoluit: ⁊ tantis obest quātis ꝑest. ad hoc ex de vo. ⁊ vo.re. magne. Multi de cauda ad caput venerūt de humilitate ad dignitatem. i. Reg.xv. Nōne quū paruulus esses in oculis tuis: caput in tribubus israel factus es? Et ꝓut frequētius/ dum sunt ꝑlati in capite dignitatis: dimittunt caudam humilitatis. sicut Saul. Et iō merito caput cū cauda ꝑdunt. i. Regū.xxxi. Preciderunt caput Saul: ⁊ spoliauerūt eum armis. De isto malo capite ⁊ mala cauda Esa.ix. Et disperdet dn̄s ab israel caput ⁊ caudā incuruantē ⁊ deprauantē die vna. Lōgeuus ⁊ honorabilis ipse est caput: ⁊ ꝓpheta docens mendaciū ipse est cauda. Potens quilibet depositione vel etiam morte deijcit. Arma sunt carnalia. mūdana sapia/ potētia/ opulentia/ que sunt arma hostis antiqui ad miseras aīas capiuandas. ex de renū. nisi cum ꝑdē.§. verum. q̄bus potentes in morte (ipsa est cauda) caput dum Saul preciditur: spoliātur. Hec sunt arma cum q̄bus Dauid contra Goliam pugnare nesciuit. i. Reg.xvij. q: nō carnalibus sed spūalibus armis diabolus est vincēdus. ij. ad Coꝝ.x. Arma militie nostre non sunt carnalia: sed potentia dn̄i. Arma spūalia ponūtur ad Ephe.vi. ibi. Accipite armaturam. Et clericoꝝ arma sunt lachryme ⁊ orōnes. xxiij.q. viij. cōuenior. cum.§. ꝓcedenti. ¶ Propterea mestū ꝑnia contritum factū est cor nostrū. ideo cōtenebrati sunt corruptione pctī/ oculi interiores. ꝓuisores in ecclesia: quia debuerūt in deū aspicere. vox est penitentiū. ¶ Est aūt duplex mestitie species est ⁊ doloris. de quo Hiere. viij. dolor meus sup dolorem. q: pctōꝝ dolori dolor addit cōpunctionis. De quo Aug. in lib. de pnia. Dolor in pnia cōtinue custodiatur. hic semꝑ doleat. de peni. dist. iij. si apl's. Christianus nimis doleat. q: christus nimis doluit. s.e.c. i. ibi. O vos oēs. ⁊.i. si est dolor sicut dolor meus. sup lr̄a Lamech. in ar. iiij. Est ⁊ dolor malus. de q̄: In dolore paries filios. Gen̄.iij. Est ⁊ bonus. ps.xxxviij. ⁊ dolor meus renouatus est. ita post pctm̄ cor humiliatur: vt huius doloris mediana infirmitatis dolor abscedat. Contenebrati sunt oculi nostri. malitia pctōꝝ vim scʒ infecti ⁊ cecati: vt christi lumen videre non possint. ps.cxiij. ⁊.cxxxiiij. Oculos habent ⁊ nō videbūt. ¶ Propter montē syō. ecclesie ps.lxvij. Mons christus coagulatus/ mons pinguis/ de monte abscissus sine manibus. incarnatus de spūsancto ex maria virgine. Dan̄.ij. Quia disperijt. qui quum equalis esset pr̄i: semetipm̄ exinaniuit. Phi.ij. Ideo obtenebrati sunt oculi. hunc montē nō vident ꝑdicti: q: disperijt apud eos. Roma.xi. Cecitas ex parte contingit in isrl'. Vulpes ambulauerūt in eo. ꝑsecutores vel heretici qui male sentiūt de incarnatiōe dn̄i: ecclesiam lacerantes ⁊ catholicam fidem fraudulēter corrūpentes. ideo partes vulpiū erūt. ps.lxij. Vulpes fuit Herodes ꝑsecutor christi ⁊ ioannis. vnde Luce.xiij. Ite ⁊ dicite vulpi illi. vbi Beda. Propter dolos ⁊ insidias Herodem vulpē appellat. qḋ plenū fraudis est aial. in foueis ꝓpter insidias latens. odore fetēs. nūq̄ rectis itineribus incedens. Que oia hereticis conuenīūt. quoꝝ typum Herodes tenet. qui christū latorem fidei christiane in credentib⁹ conatur extinguere. De istis vulpibus dixi plene supra in ista orōne Hieremie/ in isto eodem ꝟbo. vulpes. ij. ar. Tu autē dn̄e. Judicis fortitudinē ⁊ magnitudinem ꝑdicat. In eternū ꝑmanebis. ps.ci. Tu aūt dn̄e in eternū ꝑmanes. ⁊ iterū ibidē. ps. Tu autē

Idem ipse es: ⁊ anni tui nõ deficient. Nec est localis eius mansio aut tp̃alis. nec aliud q̃ ipse. sed ipse vna ⁊ indiuidua ⁊ ꝑmanens essentia. q: q̃uis filius se exinaniret serui formã accipiens. Phi.ij. manet tñ in eternũ soliũ tuũ. ps.xliiij. Sedes tua de⁹ in seculũ seculi. ⁊ iterũ ps.cxliiij. Regnũ tuũ regnũ omniũ seculoꝝ. Dum soliũ audis/iudicem intellige: ⁊ time quasi deũ. Time: ⁊ mãdata ei⁹ obserua. Eccl's vlti. in fi. etsi ſm hoiem iudicatur: regnũ tñ eius est in eternũ: q: nõ est de hoc mũdo. Joã.xviij. xxiiij. q.iij. si. §.j. ¶ Quare. Post oĩmodas species lamẽtationis ad deũ soliũ ꝓces cõuertit q̃ solus põt ꝯsolari. In perpetuũ obliuisceris nostri: ps.xij. Usqꝫ quo obliuisceris me in finẽ ⁊c. ⁊ iterum ps.cij. Nõ in perpetuũ irascet' neqꝫ in eternũ cõminabit'. Non ſm: peccã nostra facias nobis. Simus ꝑmemores eius: ne obliuiscatur nostri. q: ps.lxxvj. Non obliuiscitur misereri deus: nisi nos obliuiscamur. etsi obliti fuerimus: ipe grãm inspirat. obliuionez fugat. vñ ps.xxi. Reminiscent' ⁊ conuertentur ad dñm vniuersi fines terre. Et ideo nõ obliuiscit' misereri deus. q: nõ cadit in euz obliuio: cui oĩa nuda ⁊ apta ⁊ ꝑsentia sunt. ad Heb.iiij. xviij. q.ij. ꝑniciosam. Sed quũ differt auxiliari: videtur oblitus. vt sic ascendat desideriũ: ⁊ dulcius sit solatiũ. Sic figulus vasa sua ꝓbat: vt vasa in honorem faciat. ij. ad Timo.ij. q: vasa figuli ꝓbat fornax. de pe.di.ij. si em̃. vltra.iiij. colum. ℣. sedet. derelinques nos. passionibus subiacere. In lõgitudinẽ dierũ. ps.cij. Non in perpetuũ irascetur. ¶ Conuerte. iudicẽ ꝓuocatum ad iustitiã ꝓpter peccã/humiliter ⁊ suppliciter obsecrat. Dñe nos ad ⁊c. ps.lxxxiiij. Cõuerte nos deus salutaris noster. Cõuerte ꝑ grãm. Et cõuertemur. quãtum in nobis est arbitrio libertatis. vñ.j. ad Cor.xv. Gratia dei sum id qđ sum. et grã eius in me vacua nõ fuit. Grã em̃ vocantis ꝓcedit: ⁊ excitat libertatem volũtatis. Nostrũ est qđ decidim⁹. dei qđ resurgimus. Hoies em̃ caro sunt. spũs vadens ⁊ nõ rediens. Non em̃ volentis est neqꝫ currentis/sed miserentis dei ⁊ adiuuãtis. Roma.ix. vt ꝑuenire valeam⁹ ad calcem. de pe.di.ij. si em̃. per q̃tuor colũ. ℣. ⁊ paulo post. Non tñ grã dei cõuertimur soliũ: nisi ⁊ nostra volũtate conuertamur. Est aũt quoddã velamen nostre infirmitatis sensibus nostris obiectũ: qđ nisi dei illuminatione fuerit remotũ: cõuerti nõ valemus. Libertas ergo ꝑ gratiã redditur. Semꝑ ergo nobis orandũ est. Conuerte nos dñe. vñ Aug. Nullũ credimus ad salutẽ nisi deo inuitante venire. Nullũ inuitatũ salutem suã nisi deo auxiliante operari. Nullũ nisi orantẽ auxiliũ ꝓmereri. ad hoc. xxiij. q.iiij. obtineri. Item Aug. Fecisti nos dñe ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ tuam. fecisti nos nũmum tuũ. mitte radiũ sapientie tue. expellat tenebras nostras: ⁊ fulgeat in nobis imago tua.

¶ F

Unde notandũ ꝙ in p̄dicto loco apostoli ad Corinth. grã dei ⁊c. duas hereses destruit apl's. Fuerũt em̃ q̃dã/superbi heretici q totaz virtutum efficaciã putabant cõsistere in sola arbitrij libertate. Cõtra quos dicit apl's. Gratia dei sum id qđ sum. Iste error ponit' ⁊ destruitur. xxiij. q.iij. quidã. ℣. pelagiani. de ꝯse. di.iij. in tribus vlti. c. ⁊ xxvj. q.ij. qui fine. ⁊ xxiij. q.iiij. nabuchodonosor. ℣. ꝑdestinationẽ. ¶ Fuerũt alij heretici qui dicebant liberũ arbitriũ nihil esse: vel nõ posse iuuare ad salutẽ. ꝯtra quos ostendẽs Paulus liberũ arbitrium simul esse cum grã/⁊ opari cũ ea: dicit. ⁊ grã ei⁹ i me vacua nõ fuit. ¶ Quãdã feminã q spũalis appebat: inueni in Italia in isto errore dicentẽ deũ in nobis sine nobis oĩa opari. ⁊ correcta remansit. ¶ Iste error Manicheoꝝ dicentium nihil in nobis esse positũ/qui negant arbitriũ liberũ: tollitur. xxiij. q.iiij. §. nõ ergo. ⁊ §. sed in his. ⁊ de pe.di.ij. si em̃. post.iiij. colum. ℣. liberi arbitrij. Et licet grã dei sit ꝙ creati sum⁹ ꝙ viuim⁹ ꝙ mouemur: tñ hic apl's loquit' de gratia gratum faciẽte: sine qua nullus hõ saluari põt. ¶ Est enim duplex grã: creatrix ⁊ saluatrix. Per gratiã creantẽ virtutes naturales sunt nobis insite. Per gratiã saluantẽ bona perdita restaurantur. ⁊ opa deo grata eliciũtur. Hui⁹ gratie multiplex est effectus. Primo nãqꝫ liberat a culpa cũ arbitrio libero: ⁊ a pena eterna. vnde ps.lxxi. Ex vsuris ⁊ iniquitate redimet aĩas eoꝝ ⁊c. vbi glos. Usura est pena eterna. q: plus inuenitur in supplicijs/q̃ cõmissum sit in peccatis. Hec gratia semꝑ offertur hoi si velit eam accipere. Heb.xij. Contẽplantes ne quid desit gratie dei. j. Per.j. Sperate in eã que offertur vobis gratiã. ¶ Secũdo preparat voluntatẽ vt bonũ velit. Bonũ aũt velle nõ põt nisi ipsa sit bona. Esse non põt bona nisi a grã. vñ Roma.ix. Non est volentis neqꝫ currentis. ſm qđ vult et currit. sed dei miserentis. vt p3 c. si em̃ inquit. nec est contra qđ dicit' Prouer.xvj. Hois est animũ preparare. quia homo preparat materialiter ꝑ humiliationẽ. sed de⁹ preparat effectiue ꝑ informationẽ. vnde.iiij. Reg.iiij. Illi afferebant vasa: ⁊ illa infundebat. ¶ Tertio dat bene operari. Esa.xxvj. Oĩa opera nostra operat⁹ es in nobis domine. Jo.xv. Sine me nihil potestis facere. vnde Grego. Qui aspirando nos ꝑuenit vt velimus adiuuãdo subsequitur ne frustra velimus. aliter em̃ vacua esset in homie gratia. si nõ moueretur ⁊ operaret'. ⁊ hoc est qđ ait apl's. Et grã eius in me vacua nõ fuit. vñ.ij. ad Cor.vj. Hortamur vos ne in vacuũ gratiam dei recipiatis. ¶ Quarto ꝓtegit a malo/dando vires resistendi. vnde ps.xxvj. Dominus illuminatio mea. cõtra tenebras ignorantie. ⁊ salus mea. cõtra infirmitatẽ. ps.xv. Qm̃ a dextris mihi est ne cõmouear. Unde iam possum peccõ resistere. Ro.viij. Si de⁹ ꝓ nobis: quis contra nos? ¶ Quinto ꝓmouet in bono: vt iustitia augeatur. vnde Luce.xvij. dixerũt discipuli dño. Adauge in nobis fidem. q.d. auge qđ dedisti. ꝑfice qđ cepisti. de pe.di.ij. dum sanctam. ¶ Sexto ꝑficit/dando ꝑseuerantiã. vnde Phi.ij. Deus est q operat' in nobis ⁊ velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona volũtate. Hanc orat. ps. Misericordia tua subsequet' me oĩbus dieb⁹ vite mee. i. q̃diu sum in hac vita mortali. ⁊ iterũ ps.lxvij. Cõfirma hoc de⁹ qđ operatus es in nobis. Et hec est grã saluans. de qua Esa.xxxj. Sicut aues volantes/sc3 ꝓtegunt pullos suos. sic ꝓteget dñs hierl'm. protegens/⁊ liberans: trãsiens/⁊ saluans. Liberat em̃/sicut dictũ est/a malo culpe ⁊ pene. ꝓtegit/in bono cõseruando. transit/ad meliora ꝓmouẽdo. saluat/ꝑseuerantiã tribuẽdo. Matth.x. ⁊ xxiiij. Qui ꝑseuera. vsqꝫ in finẽ: hic sal. erit. de pe.di.ij. §. euidẽter. ℣. ꝓpter huiõi. ⁊ §. seq. Item illud. vij. q.j. suggesti. ¶ Septimo cõplet glĩam tribuendo. vñ Roma.vj. Stipendia peccati/mors. gratia aũt dei vita eterna. Zacha.xiiij. Exeq̃bit grãm gratie. sc3 grãm patrie gratie vie. nõ ſm quãtitatem: sed ſm ꝓportionez. q: ignis in syon ⁊ caminus in hierl'z. Esa.xxxj. Gratias ꝯreddamus diuine gratie gratis date: nõ ex operibus iustitie que fecimus nos. ad Titum.ij. ⁊.iij. ⁊.j. q.j. gratia. vnde.ij. ad Cor.iij. Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. vnde Bern. Tria sunt in opere bono. Primũ est cogitare. deinde velle. postea ꝑficere. Primũ opat' de⁹ in nobis sine nob. Scđm nobiscuz. Tertiũ per nos facit. Siquidẽ immittẽdo bonã cogitationẽ nos ꝑuenit immutando malã. ⁊ immittendo bonam sibi ꝑ ꝯsensum iungit. ministrando ꝯsensui facultatem foris ꝑ apertum opus nostrum internus opifex innotescit. Duo ergo in predicta authoritate tangit apl's. cogitationem q est ꝑncipium ois boni. ⁊ sufficientiã que est ꝯsummatio vel seruatio. ⁊ hec duo attribuit deo. vnde Apoc.j. ⁊ vlti. d: Ego sum alpha ⁊ o. ꝑncipium ⁊ finis. vñ ⁊ ꝑcepit Numeri.xviij. Primitias et decimas offeretis mihi. xvj. q.j. §. his ita. ⁊ ex̃ de deci. c.j. Primitie debentur ei in signũ ꝙ est ꝑncipium. decime uo in signũ ꝙ est ꝯsummatio. ¶ G Ut aũt plene liqueat in qđ bonũ liberum arbitriũ possit ꝑ se: ⁊ in quo indigeat gratia. Sciendũ est ꝙ liberũ arbitriũ põt per se in bonũ nature. sicut est dormire/⁊ vigilare: comedere ⁊ similia. nõ tamen a se. quia nõ ex

Gratia duplex.

Liberuz arbitriũ

tendit causa efficiēs prima. Omne em̄ q̄d est: a summo deo est. vnde ait Jo.xv. Sine me nihil potestis facere. vbi Aug. Non ait parū potestis facere. q: nisi palmes in vite mãserit ⁊ vixerit de radice: quãtūlibet fructū a semetipo nō potest ferre. Quãuis aūt christus vitis non esset/ nisi hō esset: tñ istam gratiam palmitibus nō preberet: nisi ⁊ deus esset. i.ad Co.ii.iiij. Quid habes quod nō accepisti? Potest etiã per se in bonū in genere. sicut dare eleemosynã. q̄d ꝓbatur hac ratione. Videmus ꝙ aial brutum affectu naturali dat fetui nutrimentū. ergo si hō non posset dare eleemosynã ex bonis naturalibus: deterioris eēt cōditionis. Ad hoc vero vt possit in bonū ex circūstantijs. s. in bonū morale: de quo tractant phi. q̄d consistit in exercitio politicarū virtutū. indiget gratia data gratis. que remouet difficultatē que est in operabilib⁹. Ad remouēdū aūt tentationē cui p̄ se non pōt resistere: indiget gratia gratis superaddita. vnde Josue.vij. Anathema in medio tui israel. non poteris stare coram hostibus. Ad hoc vt liberetur a pctō: indiget gratia gratū faciente. vnde Job xxxvi. Saluabit te de ore angusto latissime ⁊ nō habente fundamentū subter se. Et d: puteus angustus pctm̄. eo ꝙ facilis sit ingressus: sed egressus difficilis. q: sicut ait btūs Bern̄. Non tam facile quis valet exire de fouea: ꝙ facile in eã labi. Sola voluntate cadit hō in foueam pcti: sed nō ex voluntate sufficit resurgere. Dicit̄ etiam fundamentū non habere. q: ex quo quis labitur in pctm̄ mortale: nō habet per se in quo subsistat. donec in gehēnam cadat. Ad hoc vero vt bene operet̄: indiget gratia operante ⁊ cooperante. vt dictum est. Quia vero quidã non diu ꝑsistunt in bono: indigent gratia ꝑseuerante. vn̄ Bern̄. Gratia excitat arbitriū quū seminat cogitatū. sanat quū mutat affectū. roborat vt ꝑducat ad actū. seruat ne sentiat defectū. Vt aūt sint stantes ⁊ ꝑficientes ꝑfecti indigent gratia corroborãte. vnde ps.lxvij. Cōfirma hoc de⁹ q̄d operatus es in nobis. vbi dicit glos. iuuando gratiaꝫ.

Dei ꝓscientia.

¶ Sed quidã sic obijciunt. Quicq̄d futurum est de vno quoq; hoie: ꝓuisum est ab eterno. sed ꝓuisio dei est imutabilis ⁊ infallibilis. fm̄ q̄d orat ecclesia. Deus cui⁹ ꝓuidentia in sui dispositione non fallit̄. ergo illi quos ꝓuidit saluandos: necessario saluabunt̄. ⁊ ita de dãnandis. Quare ergo orabimus vel conabimur ad bene operandū: q̄d futurū est fiet. Quib⁹ sic r̄ndetur. verū est ꝙ ꝓuisio dei nō fallit̄ nec mutatur. videt em̄ vere res sicut future sunt. non tñ cogit liberū arbitriū ad bonū nec ad malū. sed in nobis est sequi deū ad virtutem: vel diabolū ad errorem. Eccli.xv. Apposui tibi aquã ⁊ ignē. ad q̄d volueris extende manū. Vnde ad cōmendationē viri iusti dicit̄ Eccli xxxi. Qui potuit trãsgredi: ⁊ nō est trãsgressus. facere malum: ⁊ nō fecit. Patet ḡ ꝙ libere possum⁹ ⁊ absq; coactione malū operari vel bonū. sed bonū nō possumus sine auxilio gratie. malū vero possumus ꝑ nosipsos. Et est ratio. q: bonū operari/ est ascendere. tunc em̄ ordinatur hō ad id q̄d est supra se. sed operari malū/ est descendere. q: malum infra hoiem est. vn̄ Gen̄.iiij. Nōne si bene egeris: recipies. Sin aūt male: statim in foribus pctm̄ aderit. sed sub te erit appetitus eius: ⁊ tu dn̄aberis illius. Sicut ergo puer q̄ adhuc infirmus ⁊ debilis est: per se pōt descendere: ascendere vero nō: ita hō per se potest ad malū: ad bonū vero meritoriū nō. sed adiungit̄ adiutoriū gratie: qua mediante possit ascendere. ¶ Ad hoc q̄d opponitur dicimus ꝙ vtraq; ꝓpositio est vera. sed ꝯclusio falsa. Nullus em̄ de necessitate saluat̄ vel dãnatur: sed ꝑ opera liberi arbitrij: q̄ sine necessitate fiunt. Predestinatio em̄ non facit certam salutem. sed ꝑ bona opa que fiunt libero arbitrio: certa efficitur vocatio ⁊ electio. vn̄.ij. Pet.j. Quapropter fratres magis satagite vt ꝑ bona opa certam vestram vocationē ⁊ electionē faciatis. hec em̄ facientes nō peccabitis aliqn̄. Quãuis em̄ que ꝓuisa sunt necessario eueniant: non tñ h̄mōi necessitas infert vim libero arbitrio. qm̄ sicut ait Anselm⁹. Duplex est necessitas coactio

Necessitas duplex

nis. Que precedit efficit rem. vt quū dico necesse est celū volui: qm̄ violentia naturalis cōditionis cogit ipm̄ volui: ⁊ ideo necesse est vt voluatur. ⁊ est necessitas absoluta. Que sequit̄ rei positionē: vt nihil efficit. quū dico necesse est te sedere dum sedes. non ꝙ aliqua vi cogaris ad sedendū: sed dum sedes nihil pōt facere vt nō sedeas. et talis est ꝓuidentie diuine necessitas. Vnde quid est aliud dicere necesse est ꝓuisum euenire. nisi vt dicat̄. necesse est aliquē saluari dum saluatur. ⁊ necesse est futurū esse futurum? Et ita ꝑ illam necessitatem nō tollitur cōtingentia rei. Omnia em̄ que a libero arbitrio ꝓcedunt: ⁊ volūtate cōtingunt: non necessario eueniūt. de pe. dis.ij. si em̄. ꝟ. liberi. Patet ergo ꝙ si volumus salutem cōsequi necesse est bene agere. qm̄ sic ꝑdestinauit nos deus saluandos ꝑ orationes ⁊ bona opa: q̄bus meremur vitam eternam. ¶ ꝟ Vn̄ Greg. iiij. li. dialogoꝝ. Obtineri nequaq̃ pn̄t q̄ ꝑdestinata nō fuerint. sꝫ ea q̄ sancti viri orãdo efficiūt/ ita ꝑdestinata sunt: vt pcibus obtineantur. Nam ipsius quoq; regni perennis predestinatio ita est ab oipotenti deo disposita: vt ad hoc electi ex labore ꝑueniant. quatenus postulando mereantur accipere q̄d eis oipotens de⁹ ante secula disposuit donare. xxiij.q.iiij. obtineri. Itē Augu. Predestinatione dei siue ad bonū siue ad malū in hominibus operari ineptissime dicit̄ vt ad vtrūq; hoies q̄dam necessitas videatur impellere. quū in bonis voluntas sit intelligenda nō sine gratia. in malis aūt volūtas intelligenda sine gratia. xxiij.q.iiij. vasis. al's est. §. sub. c. nabuchodonosor. Aug. etiã duplicem necessitatē ponit. Vnã simplicem. veluti oēs hoies esse mortales. Alteram cōditionis. vt si aliquē ambulare quis scit: eū ambulare necesse est. xxiij.q.iiij. §. q̄uis. ꝟ. vnde Augu. ibi vide. et in glos. ad huius. §. intelligentiã. ¶ Item sup illo ꝟbo p̄e. Jo.vj. Nemo pōt venire ad me ⁊c. Aug. Magna gr̄e cōmendatio. nemo venit nisi tractus. que trahat ⁊ quē non trahat/ noli velle iudicare: si nō vis errare. ad hoc. xxiij.q. iiij. de ꝯtrijs. ⁊ de pe. dist. iiij. si ex bono. in p̄n. sed q: voluntate cordis credimus. iuxta illud. Corde credit̄ ad iustitiam. Rom̄.x. ⁊.xj.q.ij. nolite. c. voluntate trahimur. Quid est aūt trahi: fm̄ Aug. Delectare in dn̄o: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. ps.xxxvi. Porro si poete dicere licuit. Trahit sua queq; voluptas. Virgili⁹ eglo.ij. quãto forti⁹ nos dicere debemus trahi hoiem ad christū: qui delectat̄ veritate/ beatitudine/ iustitia/ sempiterna vita/ q̄d totū christus est: xj.q.iij. existimant. Porro primã gratiã nemini nem mereri certū est. de ꝯse. di.iiij. c. placuit. legitur ⁊ no. xxiij.q.iiij. vasis. sub. c. nabuchodonosor. ⁊ in glos. ex hoc patet. Quia quãto in ista materia se amplius quis dilatat: tãto amplius se obscurat. Restat dicere cū paulo. O altitudo diuitiarū ⁊c. Roma.xj. ⁊ de pe. di.iiij. si ex bono. vbi de hac materia tractatur vsq; ad finē distinctionis. et in p̄e. c. nabuchodonosor. ¶ Calcem tñ isti⁹ materie cū fideli Cheremon qui tertiam collationē fecit de ꝓtectiōe dei. sicut patet in lib. collatio. Joã. cassia. concludam his verbis. Hoc a catholicis oibus patribus definitur: q̄ ꝑfectionem cordis nō inani disputatione verboꝝ/ sed re atq; ope didicerunt: diuini esse muneris primū: vt accendatur vnusquisq; ad desiderandū omne quod bonū est. sed ita vt altera parte plenū sit libere voluntatis arbitriū. Itēq; etiã fcōm diuine esse gratie: vt effici valeant virtutū exercitia: sed ita vt possibilitas nō extinguat̄ arbitrij. Tertiū q̄ ad dei munera ꝑtinere: vt acq̄site virtutis ꝑseuerãtia teneat̄. sꝫ ita vt captiuitatē liberas addicta nō sentiat. Sic ei vniuersitat̄ de⁹ oia i oib⁹ credēdus ē operari: vt incitet/ protegat atq; ꝯfirmet: nō vt auferat quã semel ipe ꝯcessit arbitrij libratē. ¶ Sequit̄ i th̄renis vltim⁹ v̄sus. Innoua dies nr̄os. dicit̄ inouatio eternitati ꝯceptio. Sic a p̄ncipio. es nr̄os. sicut ab initio eternitatis. Michee.v. Sꝫ egressus eius. sicut ab initio eternitatis. Michee.v. Sꝫ proijciens a te qui vbiq; es. Repulisti nos. quasi polluτos. Iratus es. vt pater: vt non irascaris vt iudex in furore tuo. de quo ps.vj. ⁊ xxxvij. Domine ne i furore tuo. i.

in terribili condēnatione ⁊ importabili ira pro peccatis nostris. ¶ Contra nos. cōtrarios tibi. Vehementer. quia vehementa sunt peccata nūc intra ecclesiam ⁊ innumera: in capitibus ⁊ in mēbris. vñ sceleratiora commissa/sunt grauius iudicāda. xxiiij. q. j. nō afferamus. in fi. ¶ Innoua dies nostros. De ista innouatione dicit Job. xxix. Quis mihi tribuat vt sim iuxta mēses pristinos/sm dies quib⁹ deus custodiebat me: quādo splēdebat lucerna ei⁹ super caput meū: ⁊ ad lumen ei⁹ ambulabā in tenebris: sicut fui in diebus adolescētie mee: quādo deus secreto erat in tabernaculo meo? Ad hoc principiū reuocamur/quū cōuertimur. xxxij. q. j. apud. Inueterati enim sumus ⁊ corrupti: ⁊ dies eternitatis perdidimus. ps̄. xxxvij. Putruerūt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee/a facie insipiētie mee. ¶ I Adhuc restat impleri in ista nostra ecclesia militanti qd̄ scribitur Johe. ij. Reddā vobis annos quos comedit locusta/bruchus/⁊ rubigo/⁊ eruca. facit de pe. di. j. ne forsitan. ¶ Locusta vana gloria. q̄ inanes saltus velociter casura sectatur. Hac plena est nostra ecclesia/in saltantibus de prelatione in prelationē/⁊ de beneficio ad beneficiū. Immo p eis ad maleficium ⁊ beneficiorū non est numerus. q: non deest q̄ male cōferat ⁊ qui male recipiat. Nec finis est ambitionis in ista ecclesia in omni genere hominū. Et plus in nobis regnat qui mūdo specie tenus renūtiauimus. ex̄ de elec. quorūdam oculos. lib. vj. Et quā q̄ sancti Romani pontifices multa cōtra pluralitatem beneficiorū ⁊ ambitionem statuerint. xcix. di. singula. lxx. di. sanctorū. xxi. q. j. p totum. lxxx. dist. episcopi vero. ex̄ de elec. dudū. ij. ex̄ de preben. de multa. c. cū non ignores. c. cū teneamur. ⁊ Lateranēse concil. e. ti. Inrantū. vbi est expressissimū. ex̄ de rescrip. c. vlti. lib. vj. ⁊ de elec. auaritie. ex̄ lib. vj. de pben. cum singula. xvj. q. j. presbyteros. Vñ ⁊ dicit lex q̄ difficile est vt vn⁹ duorū vicem obtineat. ff. de pac. si plures. C. de asse. nemo. C. de testa. consulta. vbi dicit q̄ absurdum est si pmiscuis actibus rerum turbentur officia. Similiter dicit lex q̄ nō pōt q̄s per plures ciuitates habere potestarias. ff. ad municī. libertus. §. prescrip. Nec prelat⁹ in diuersis ecclesiis. x. q. iij. vnio. Nec idē seruus vicem pluriū sustinet dñorū. ff. de sti. seruo. l. j. §. cōmunis seruus. Horū tamen iuriū nulla vel modica vtilitas est. ⁊ frustra membranas occupāt. xix. dist. si romanorū. Pro nūc sine dispēsatione: nunc cum dissipatione animarū suarū. nō dico dispēsatione/que requirit aut necessitatē aut vtilitatem. vt. j. q. vij. §. nisi rigor. cum. c. seq. vnde vbi causa sufficiēs non est dispēsationis: ille cū quo dispēsatur/quantū ad deū tutus nō est: etiam si papa dispenset. vt no. ex̄ de vo. ⁊ vo. redē. non est. in glo. si causa subest. Facili⁹ ergo ⁊ curialius talis cū sua dispensatione ad gehennā sm Ostien. vt no. pre. c. dudū. ij. descēdit. Passim clerici hodie habēt bñficia quotquot possunt habere per nefas/non per fas. ⁊ reuera ventri deseruiunt. Raptores ergo fructuū sunt taliter perceptorū. q: datur beneficiū propter officiū. lxxxi. di. cos. ⁊. c. si quis sacerdotum. xxxij. di. preter hec. de cle. ex. latorem. de ap. pastoralis. ex̄ de rescrip. c. vlti. lib. vj ¶ Bruchus gula est. cui magn⁹ venter in paruo corpore: vel potius vēter in toto corpore. de hoc vitio. xlj. dis. ⁊. xliiij. ⁊ dist. iiij. denique. ¶ Rubigo de qua. xlij. ⁊. xlvij. ⁊. lxxxv. di. auaritia. que fruges ⁊ metalla inficit ⁊ corrūpit. Iac. v. Agite nūc diuites. ⁊. j. diuitie vestre putrefacte sunt. ¶ Eruca/luxuria. de qua. xxxij. q. v. ⁊ q. vi. ⁊. q. vij. que toto corpore repens depascit olera. q: luxuria inquinat corpora ⁊ aīas. j. ad Cor. vj. Adhuc etiam implebitur de ista nostra ecclesia. qd̄ d: Ezech. xxxvj. Habitare faciā vos sicut a principio. scz in ecclesia primitiua. bonisque donabo maioribus. Et Aggei. ij. Magna gloria erit domus isti⁹/scz ecclesie/nouissime plus q̄ prime. Arbitror em̄ q̄ ista ecclesia renouata perfectior erit pma ecclesia primitiua. exceptis fundatorib⁹ eius scz apl̄is. post quos perfectiores in hac vita non existimo aduenire. op. ar. xxiiij. q. ij. legatur. Singulariter em̄ apl̄i domini fuerūt beati ⁊ perfecti in hac vita octo beatitudinibus. de q̄bus Mat. v. vt dicit Aug. in homil. illius euāgelij. Beati pauperes. ⁊ quibus dixit dñs. Beati oculi qui vidēt que vos videtis. Luc. x. Et quibus fuit cōcessum vt tam presentialiter viderēt speciosum pre filiis hominū. ps̄. xliiij. tam familiariter ei adhererēt. verba vite ab illius ore diuino susciperēt. signa ⁊ miracula assidua cernerēt. dulcedinem cōuersationis eius gustarent. Unde nec mirum/sicut ait Hiero. si nec puncto tēporis paterētur ab eius facie separari. Iratus es cōtra nos vehemēter. Quādo tētamur/et vincimur: irascitur deus cōtra nos. quia maior est ipse et fortior qui nos defendit/q̄ diabolus qui nos impugnat. nec sine permissu eius tētamur. Job. j. Si aūt postq̄ cadimus penitere nolumus: irascitur vehementer. Ps̄. lxxxix. Quis nouit potestatē ire tue ⁊ pre timore iram tuā dinumerare. Aliquādo em̄ irascitur vt pater: quādo verbis increpat delinquentē: ⁊ facit penitentē. xxiij. q. iiij. nunium. ⁊. c. displicet. v. q. v. nō osculat. Irascitur autem vt dñs: qñ corripit durius: ⁊ statim vlciscitur. vnde Moyses. Exod. xxxij. Cur dñe irascitur furor tuus cōtra populum tuum? Ut iudex irascetur: quū dicet. Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. quū iam nec penitētie nec venie locus erit. quia qualis quisque hinc egredit: talis in iudicio presentatur. xxv. di. qualis. Et qualem te inuenerit dominus quum vocat: supple de hac vita: talem pariter et iudicat. de pe. dist. j. nunq̄d cayn.

Ira dei qlis sit.

¶ Articulus. ix. A

Sed etiam o mater ecclesia etiā ore quot sunt intra sinum tuum exteriorē:qui sponsum tuū christum in quem se dicunt credere/blasphemant.vt dicatur eis. Tota die nomen meum per vos blasphematur.Esa.lij.xlv.dist. de iudeis.j.ad Timo.vj.xxiij.q.v. cū caput. de qua blasphemia ex͂ de maledi.c.ij. In nomine eius peierant. Per membra eius iurant:qui essent capite plectendi sm legē.vt legitur et no.xxij.q.ij. si quis per capillū. Falsas accusationes cōponūt. de in.iij.q.iiij. per totū.ij.q.viij.per totū.et.ij.q.iiij. Falsa testimonia proferunt.iiij.q.iij.qui falso. ex͂ de crimi. fal.c.j.xj.q.iij.nolite. Corpus dominicū super quolibet verbo allegant et dilacerant mēdaces fallaces duplices.xxij.q.ij.§.ille.c.primum.et.q.iiij.§.ex his. Ore diligentes christum: sed lingua mentiti sunt ei: quia nunq̄ in ea est christus. Jo.xiiij.qui veritas est.dist.viij.si consuetudinē. Ora talium diaboli confessorum/quia tota die cum habent in ore/maxime Hispani qui in quolibet fere verbo dicūt/demon. Ora draconis bestie et pseudo prophete.de quibus Apocal.xvj. Virus seminant:proditiones subordinant et discordias inter fratres. Prouer.vj.xlvj.di.seditionarios. ps̄.xvj. Ora eorum loquuntur superbiam. Eorum lingua magniloqua.ps̄.xj. Labia eorum dolosa. Lingue eorꝫ gladius acutus.et ps̄.xiij. acuunt linguam suam sicut serpentes.venenum aspidum sub labijs eorum. de peni. dist.j.c. periculose. Adulatores.xlvj.dist.clericus qui.xxij.q.ij. primum. Molliūtur sermones suos super oleum: et ipsi sunt iacula.sm Dauid ps̄.liiij.quia beatificātes alios/deceptores sunt et proditores.xlvj.dist. sunt nōnulli. Turpia etiā eorum colloquia que bonos mores corrumpūt.sm Paulum.j.ad Corꝫ.xv.vt no.xxxvij.di.turbat. Vere lingua multorꝫ plena veneno mortifero. Jaco.iij.vbi satis de ista mala lingua. Murmuratores sunt contra deum et eius rectores. Exo.xvj.j. ad Corꝫ.x. Judicatores hominum ante tēpus.j.ad Corꝫ.iiij.ij.q.j.multi. Cōtumelijs et iniurijs alios contristātes. De verbis otiosis de quibus in die iudicij ratio est reddenda.Mat.xij.xxij.q.ij.c.penul. cōsciētiam nō habētes.contra Apostolū Roma.xij. Maledicētes:nūq̄ benedicentes. xxiiij.q.iij.§.illicita.cum.c. seq.et.§. sed qui pro persecutoribus.cū.c.seq.et.c. deus quando maledicit. Contra consuetudinē ecclesie contendentes.j. ad Cor.xj. Contra veritatem disputantes.xxiij.q.vj.vides.iij.q.vij.§. tria. ver.si quis a deo. et determinantes. Falsa patrocinia et consilia impendentes.xj.q.iij.non licet. Iniquas sentētias dei timore postposito proferentes.xj.q.iij. tunc vera. et.c.quatuor. Pauperes exasperantes.xxv.dist.§.alis aūt. ver. qui autem. Se laudantes.xj.q.iij.si quis vero. vbi de hoc.xxviij.q.ij.quidā monachorum. Muti ad deū laudādum: ora hiantes ad rumores dicendum et detrahēdum. de peni.dist.j. homicidiorum. ¶ F Sed et quot et clerici religiosi et prelati cum talibus linguis pestiferis dicunt horas canonicas et deum laudare videntur: immo potius irrident et subsannant.vnde ps̄.xlix. Peccatori autem dixit deus.quare tu enarras iustitias meas ꝛc.iij.q.vij.§.tria. ver.idē testatur. quia et de vno fonte non procedit aqua amara et dulcis: nec de vno ore maledictio et benedictio. Jaco.iij. Vnde et dominus talibus benedictionibus maledicit.j.q.j.maledicam.et officia taliū et festa eorum odit anima eius et proijcit.Esa.j.xxiiij.q.j.odi. et kalendas eorum non recipit. Labijs christum honorare videntur: sed cor eorum lōge est ab eo. Esa.xxix. Mat.xv. Literam mortuam proferunt: quam nec intelligunt/nec attendunt: de viuificante spiritu non curantes.j.Corꝫ.xiiij. Orabo spiritu:orabo et mēte.et sequitur ibi. Sed in ecclesia magis volo quinq̄ verba meo sensu loqui: vt et alios instruā:q̄ decem milia verborum in lingua.ij. ad Corꝫ.iij. Multa verba psalmorum proferunt: sed parum colligunt. de conse. dist.v.non mediocriter.quia grano iūgunt zizania.Mat. xiij. Mens eorum plena iniquitate/caret suauitate. Currunt et syncopizant officium.ex͂ de cele.mis.dolentes.quia non habent ad deum desiderium nec animum:quum mortuo sono verborum credunt deo et conscientie satisfacere: sed ipsum videntur potius deridere.deus enī spiritus est: et qui ipsum adorant:in spiritu et veritate adorāt. Jo.iiij. quia sursum corda.de conse.dist.j.quando.et in veritate.j. absq̄ iniquitate orant.ad hec.xxxviij.dist. sedulo.xcij.dist. cantantes.de conse.dis.iiij.si non sanctificatur. Et hoc est quod precipit concilium ecclesie generale q̄ per obedientiam omnes clerici/quorum etiam nomine religiosi intelligūtur. xvj.q.j.legi.xij.q.j.duo. officium diurnum pariter et nocturnum dicere tenentur quantū cum deo poterunt attente pariter et deuote.ex͂ de cele.mis.dolētes. Sed que attentio potest esse vbi cor nō est: vt hodie quasi quilibet possit dicere cum ps̄.xxxvij. Et cor meum dereliquit me:et ipsum non est mecum. Extra se enim quasi omnes vagantur:et vix inuenitur qui sm Dauid cōuertatur ad cor:et in se:sicut filius prodigus fecit. Luc.xv. nec qui secum habitet:sicut christicolā Benedictus relinquens pestiferos cucullatos qui porrexerant ei venenum. vij.q.j.§. hoc tūc.in si.et.xviij.q.ij.§.ecce. nec qui cor deo tribuat:quod a nobis principaliter petit deus dicens. Prebe mihi fili cor tuum. Prouer.xxiij. Quis hodie potest dicere/Clamaui in toto corde meo:exaudi me dn̄e.ps̄.cxviij. Nec qui dicat/In toto corde meo exquisiui te.ps̄.cxviij. Nostrū enim cor intra nos diuisum est:et ideo interimus. Osee.x. et prauum est et inscrutabile et malitia plenum. Hiere.xvij. Nō enim corā deo nostro rectū est cor nostrū: nec fideles sumus in testamento eius.ps̄.lxxvij. Cordis mūditia recessit a nobis: et ideo non videmus deum. Mat.v. Si cor contritum et humiliatum esset/sm Dauid/et spiritus contribulatus.l. dist.ponderet.attentum esset in oratione.sed cor nostrum cibis nō gratia stabilitum est. Hebre.xiij.et ideo mobile et vagum est.et in corde et non corde loquimur. sm Dauid. Et ideo Cyprianus martyr dicebat. Quando stamus ad orationem: inuigilare et incumbere ad preces toto corde debemus:cogitatio omnis carnalis et secularis abscedat: nec quicq̄ tūc animus q̄ id solum cogitet quod precatur. Ideo autem sacerdos ante orationē prefatione premissa parat fratrum mentes/dicēdo Sursum corda: vt dum respondetur/Habemus ad dominum: admoneamur nihil aliud q̄ deum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus nostrū:et soli deo pateat: nec ad se hostem dei tempore orationis venire patiatur.de conse.dist.j.quādo. Immo etiam sm Bernar. in canticis. nedum malum maxime tempore psalmorum cogitare non debemus: sed nec aliud bonum q̄ verborum psalmorum quos canimus intellectum:quia psallam spiritu psallā et mēte.j. ad Corꝫ. xiiij. quia propria proferimus verba psalmorum: vt ea intelligamus:nec alias cogitationes quantūuis bonas misceamus:quia spiritussanctus simplex omnino in illo tempore de alio q̄ de sensu litere psalmorꝫ seruitij sibi nō vult. vnde Hiero.ad Rusticum monachum. Dicatur ad verbū oratio:sine intermissione vigilet sensus: nec vagis cogitationibus sit patens: corpus pariterq̄ animus tendat ad deū.de conse.dist.v.nūq̄.in prin.vbi de hoc.in glos.j.iuxta verbum.et sequitur in eodem.c. Nec vacet mēs tua varijs perturbationibus:que si peccato insederint: dominabuntur tui. ps̄.xviij. et te deducent ad delictum maximum ꝛc. Predicta vera sunt nisi per excessum psalmodiādo extra se mens aliquādo rapiatur:et tūc deo fruatur: sed cessante gustu ad se reuertatur: et de intellectu verborꝫ que profert domino obsequatur. Sed quomodo possumus mentē tenere in officio quā mundo vendidimus.que etiā semis

nauimus in corde ante psalmorum decantationẽ cum mũdo loquendo et mundo cõuersando: hec in eis meremus. glos. vj. Cor dedimus ante officium vagationibus/cogitationibus malis/et affectionibus carnalibus/tempore orationis talia meremus: et quia cor non custodiuimus ante officium diuinũ: ideo ipsum in eo attentũ tenere nõ possumus. Quales ergo ſm Jo. cassia. in collatione de oratione. i. nos in oratione inueniri volumus: tales ante orationem simus. super cordis custodiam stemus. Abacuc. ij. c. Audiamus quid loquatur in nobis dñs deus ſm Dauid ps̃. lxxxiiij. quoniá loquetur pacẽ. et sanctas cogitationes et desideria inspirat et contritiones: per que vitia expellũtur. xxxiij. q. j. cum renuntiatur. que faciunt guerram cordi. Et audiamus quid loquat᷑ in nobis luridus Behemoth. qm̃ loquetur guerrá malas cogitationes et desideria carnalia vel secularia. ad Tit. ij. in cordib⁹ exufflando. Si em̃ intrauit in cor Jude simonis scariothis vt suum proderet redemptorem. Luc. xxij. in prin. ibi. Intrauit autem sathanas in Judam. vbi Titus. In Judam sathanas intrauit: non impellens: sed patulum inueniens ostium. nam oblitus omnium que viderat ad solá auaritiam dirigebat intuitum. Item ibi Beda. Non est autem huic contrariũ qđ Jo. dicit Joã. xiij. post buccellam intrasse in eum sathaná: quia nunc intrauit vt quod erat alienum tentaret: tũc autem vt quasi proprium ad quecũq3 vellet agenda attraheret. Et Jo. xiij. ibi. Cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Judas simonis scariothis. Ubi Aug. Missio ista spiritualis suggestio est: et non fit per aurem: sed per cogitationem diabolice suggestiones immittuntur: et humanis cogitationibus immiscẽtur. Factum ergo iam fuerat in corde Jude per immissionem diabolicam vt traderet discipulus magistrum. Et in eodẽ. c. ibi. Et post buccellam introiuit in illũ sathanas. vbi Orige. Attende. de primo quidem nõ introiuit sathanas in Judam: sed immisit in cor eius solum vt proderet preceptorem. post panẽ aũt in eum ingressus est. quáobrem nobis cauendũ est ne diabolus intrudat in cor nostrum aliquod ignitorũ suorũ telorum. Nã si intruserit: insidiatur deinde vt et ipse introeat. Item Chrys. Donec em̃ fuit in collegio: non audebat insilire: sed extrorsum immittebat. quando vero eum manifestum fecit ꝛ expulit: libere de cetero in eum insilluit. Item Aug. Uel intrauit in eũ: vt sibi iam subditũ plenius possideret: neq3 enim non in illo erat quando cũ iudeis de precio tradẽdi dominum pactus est. quum Lucas dicat Luc. xxij. Intrauit autem sathanas in Judam: et abijt: et locutus est cum principibus sacerdotũ. Talis iam venerat ad cenádũ: sed post panẽ introiuit in eũ: nõ ad hoc vt alienũ tentaret: sed vt proprium possideret. Item ibi Orige. Decebat em̃/ vt existimo/ per panis exhibitionem auferri ab eo bonum quod se habere credebat: quo priuatus factus est capax ingressus sathane in ipsum. Dicit autem aliqui. Ita ne meruit panis porrectus de mensa christi: vt post illum intraret in discipulum sathanas? Quibus respondemus hinc potius nos doceri q̃ sit cauendum male accipere bonũ. Si enim corripitur qui nõ dijudicat. j. ad Cor. xj. hoc est/non discernit a ceteris cibis domini corpus: merito a dño dánatur qui ad eius mensam fingẽs se amicũ accedit inimicus. ad hec de conse. dist. ij. et sancta. sicut etiam tẽrauit sathanas Ananiá et Saphyram: vt de precio agri venditi Petro apostolo mentirentur: et ab eo necarẽtur. Act. v. xxiij. q. viij. legi. ꝛ. c. petrus. Iste est ille inimicus homo: quia hominem decipit: qui seminat inter triticum bonarum cogitationum quas immittit dñs zizania turpiũ ꝛ vitiosarũ affectionũ et intẽtionũ. Mat. xiij. ¶ G Iste enim aduersarius sathá maxime psalmorum et orationis tempore seruos dei nititur impedire: quia nil eum sic percutit/sic eneruat/sicut oratio coram deo. Ignita enim oratio et fidelis ignis demonũ est: ꝛ victoria cõtra eos. xxxvj. dist. si quis. Ibi enim corá tribunali christi deuota anima aduocat contra eos: impugnat eos: allidit eos: incendit

Orationis virtus.

eos: detinet eos: discooperit eos. sic Publius monachus orans continue decẽ diebus missum demonẽ a Cesare Juliano apostata in occidentẽ detinuit ne transiret. spiritus demones ab oratione que fit in spiritu repelluntur: subtiliores enim demones et robustiores oratione pẽnata pellũtur. Mat. xvij. et Mar. ix. ibi. Hoc autem genus nõ eijcitur nisi oratione ꝛ ieiunio ꝛc. vbi Remigius. Oratio intelligenda est generalis que in pijs et bonis operibus cõsistit. de qua dicit apostolus. Sine intermissiõe orate. j. ad Thess. v. xxxj. dist. tenere. et. c. si laicus. Idem Mar. ix. et Luc. xviij. Oportet semper orare. penne autem orationis que faciunt eam volare: sunt ieiuniũ et elemosyna. vnde Isidorus. Facilius per ieiuniũ oratio penetrat celos. Itẽ Chrys. Infirma est oratio que elemosynarũ largitate nõ est munita. vnde Hester. xv. Hester oratura regem Assuerum induta habitu regio cũ duabus famulis intrauit ad ipsum Hester que interpretatur eleuata: significat animá deuotam: que eleuat se interius cõtra se: et quia etiam interpretat᷑ abscõdita: que est oratio que se occultat. Mat. vj. Ora patrem tuũ in abscondito. Tob. xij. Bona est oratio cum ieiunio et elemosyna. Sic a Moyse orante vincitur Amalech. Exo. xvij. xxxvj. dist. c. vlti. a Judith Holofernes. Judith. xiij. A machabeis hostes. vt in lib. Macha. legitur. ab Hester inimici iudeorũ maxime Aman. Hester vij. a magno Antonio egyptio et Bartolemeo aplo demones. a Petro et Paulo Simon magus. vt in legenda eorũ dicitur. Et hec est ratio principalis quare etiam fideliter et deuote orantes magis q̃ alio tempore vagationes sentimus: quia a demonibus tũc amplius impugnamur. ¶ H Et nota q̃ ante introitũ officij premittimus ver. Deus in adiutorium meum intẽde. ps̃. lxix. de quo. vij. q. j. §. hec aũt. q2 sicut dicit glos. sup p̃dicto ver. hic versiculus ante omnes horas in initio dicitur: q2 quum orare debemus: maxime tunc tentare nititur diabolus: vt musce morientes perdát suauitatẽ vnguẽti. Eccl's. x. quare ante omnia cõtra illius insultus auxilium a dño postulamus. Si si impugnamur: signũ est q̃ pugnamus/ſm Climacũ/maxime in oratione q̃ pregrandẽ habet laborem ꝛ pugnam. vera igit᷑ oratio/vera est christi cõfessio. veri em̃ oratores veri cõfessores. Quis enim vere cõfitetur deũ creatorem redemptorem/gubernatorẽ/remuneratorẽ/condẽnatorẽ protectorẽ/ꝛ defensorem/adiutorem/cõfortatorẽ/liberatorẽ/boni inspiratorẽ/ꝛ tádem glorificatorem: nisi qui eũ orat in spũ ꝛ veritate. Jo. iiij. Quis em̃ cognoscit se ꝛ deum: nisi orans spũ. quis deũ sentit: quis in eo cõfidit ꝛ sperat: credit ꝛ amat: ꝛ regratiat᷑: nisi orans mẽtaliter. Que magis cõfessio: q̃ cõtinua oratio: pressum acidia ꝛ dormitatione ꝛ pugna nõ recedere a deo: sed cum eo colluctari. hec dei latria/dei glia/gemitus/planctus/dolores coram eo/ꝛ sancta suspiria ꝛ singultus. I

SEd de cõfessione reali operisquid dicamus hodie: nisi quod dicit Apls ad Tit. j. labijs me honorát ꝛc. Esa. xxix. ꝛ Matth. xv. Cõfitentur se nosse deum: factis aut negant. Negatur autẽ virtus p vitium. ꝛ quoties bonũ agimus: cõfitemur deum. ꝛ quoties malum: toties deum negamus. xj. q. iij. existimant. xxj. q. v. cauete. vñ Bern. Putas ne filium dei reputat iesum quisquis homo ille est/q̃ nec ipsius terretur cõminationibus: nec attrahit᷑ p̃missionibus: nec preceptis obtemperat: nec cõsilijs acquiescit: nõne talis nosse se deum fatetur: factis aũt negat. vñ ꝛ dominus ad opera nos remittit. Jo. x. Si mihi non vultis credere: operibus credite. ꝛ Ja. ij. Ostendam autem tibi ex operibus fidem meam. vñ ꝛ ibi dicit᷑. Fides sine operibus mortua est. de peni. di. ij. si enim. ꝛ ex de sacra vnc. ca. vnico. §. refert. ad Ro. ij. vbi de hoc. Tota hodie dei ecclesia in omni statu plena est verbis sterilibus: et quibusdam exterioribus cerimonialibus apparentijs. nam quicquid predicent religiosi ꝛ clerici et cantent et celebrent et legant alij: nullus eorũ satiatur honoribus: impletur pecunijs:

repletur comessationibus. exulat puritas. malitia trium-
phat. mendacium inundauit. auaritia in capite omnium.
ad literā impletū est. Amos. ix. id est in prelatis. qui sunt
capita alioꝝ. Amos. vi. O primates capita pplorꝝ. i. Regū
xv. Nōne quū paruulꝰ esses: in oculis tuis caput tribubꝰ isrl'
factus es. vel in capite. i. in mente. ex de sacra vnc. c. vnico.
§. refert. quia radix est auaritia in cordibus et mentibus
omniū. Hiere. vi. A minori quippe vsqꝫ ad maiorem oēs
auaritie student: et a propheta vsqꝫ ad sacerdotem cuncti
faciunt dolum. et Hiere. viii. A minori vsqꝫ ad maximum
oēs auaritiā sequūtur. A ppheta vsqꝫ ad sacerdotem cū-
cti faciunt mēdacium. Pudicitia vix inuenit. Superbia di
latauit soliū. Nedum recessit humilitas a cordibus quasi
omniū: sed nec agnoscit quid sit. Est autem humilitas ſm
Bern. virtus animi in nullo se preferens: nihil boni sibi
adscribēs: exterius etiam deiectionis habitū deferēs. i. ad
Coꝝ. iiii. Quid habes qd non accepisti? Regnat crudeli-
tas. Pietas non apparet. Pro obolo negat deus. Spes
in celestibus non est. Unusquisqꝫ se diligit carnaliter. ſm
illud. ii. ad Timo. iii. Erūt homies seipos amātes. Pru
dētia spūs soliuaga incedit. Prudētia carnis q̄ est mors.
Ro. viii. in curiis dñorum est. Temperantia est vbi copia
non est. Somnus occupat totam noctem et partem diei.
Fortitudo cedit tentationibus. Uilis et breuissima et vm-
bratilis oratio si qua est in peccato est. de peni. dis. iii. nihil
profuit charitas. i. amor sui cōtra de peni. di. ii. charitas. iii.
nūc semp excidit: sed vera nūq̄ excidit. i. ad Coꝝ. xiii. nullꝰ
pseuerat in bono incepto. vii. q. i. suggestū. Oēs manū po
nūt ad aratrū et retro aspiciūt. de pe. di. ii. pēnata. Lu. ix. in
fi. Luctꝰ in carnis gaudiū versus est. Zelꝰ paupratis in au
rū mutatꝰ est. Māsuetudo simulata crebras vindictas fa
cit. Misericordia ad celū rediit: et ibi predestinatos expe
ctat. Stabiliuit sedem infelix martyrium vitioꝝ. Cōfesso
res adulatores facti sunt. Obediētia cōcupiscētias suas
sequitur. Eccli. xviii. Si prestes anime tue concupiscētias
faciet te in gaudiū inimicis tuis. xlviii. dis. virum. Sensus
peculei. vagantur p cāpos. mors per eos continue intrat.
Hiere. ix. nec est q̄ claudat ostium. Mat. vi. Sitis iustitie.
Mat. v. in pscutionē proximi versa est discretio. s. carnis
dicens Roma. xii. Rationabile obsequiū vestrū. Ephe. v.
et nemo carnem suam odio habet. Esa. lviii. xxiii. q. ii. non
ex. corpus impinguat et vētrem distendit. Innocentia con
tra naturam machinat dolos. Simplicitas colūbina. xvi.
q. i. si cupis. vulpina astutia plena est. Ratio et intellectus
captiui a sensualitate trahuntur. ex in clemen. de here. ad
nostrū. §. ii. Sinteresis feruentiū in principiis in stolidita
tem mutata est. Oēs cupiūt videri ab hominibus. Mat.
vi. Uidere deū vix vnus desiderat. Luc. x. Mat. v. Xeno-
doxia. i. vana glia opit oculos oim: et oēs excecat. Tristi-
tia ſcdm seculū multos perimit. ii. ad Coꝝ. vii. Tristitia de
peccato non inuenit in terra. Animarū zelus. ex de custo.
eu. c. ii. prelatos diffidat: q: amor sanguinis in eis arcem
constituit. Cōfessiones in hypocrisi fiunt. de peni. dist. i. §.
cum ergo. vt ex premissis ante. c. penitet. et di. v. c. i. ad fi. et.
Quia igitur cor cōfitentiū versum non est. de peni. di. i. cō
uertimini. Omni die fit vocalis cōfessio: et omni die canis
reuertitur ad vomitū: et sus ad volutabra luti sui. ii. Pe. ii.
Prouer. xxvi. de peni. di. iii. qui sunt. Uere crebra cōfessio:
et nulla correctio nec mutatio. sed dei irritatio et irrisio. de
peni. dist. iii. irrisor. Ieiunium celebratur: et gastrimargia
solennizatur. xliiii. dist. c. i. Multe campane pulsant. mul-
te misse celebrantur. et multa crimina cumulantur. et mul-
te iniurie deo irrogantur. Ordines conferunt: sed precio
cōparantur. i. q. i. cum ordinaretur. Sacramenta pphanan-
tur: et characteres vitiantur. i. q. i. quibusdam. Multi di-
cunt officium: sed omnes habent preputium. Gala. vlti.
Quilibet timet si mundus ei subtrahitur: nullus timet si
regno priuatur. Clericatus accipitur vt quisqꝫ sortem mū
di nanciscatur. xii. q. i. clericus. Nullus tonsuratur vt deo
seruiatur. Curia Romana regum et principum clericis et
religiosis plena est. ex de of. or. quāto. Ecclesie solitudini
seruiit. O ecclesie derelicte. O ecclesie viduate. ex de elec.
ne pro defectu. O ecclie a suis precipue rectoribus et mi-
nistris spoliate. O ecclesie violate. xvii. q. iiii. ptotum. O
ecclesie, proh nefas, stercoribus et immūditiis sordidate.
ex de reli. et ve. sancto. c. ii. Sirene et heritii in vobis habi-
tant. Altaria vestra discoopta manent. Sacramētalia nō
reperiuntur in vobis. Quaterni disligati et iā ceci in fene-
stris vestris a muribus corrosi stāt. Paramēta p̄ nimia ve
tustate. de conse. dist. i. vestimenta. dirupta et sordidissima
super vestra altaria remanent. Lumen in vestris habita-
culis non refulget. Lampades extincte sunt. Mat. xxv. ex
de offi. custo. c. i. Sarratecta diruta. ex de ecclе. edi. c. i. Uix
habetur candela psalmi breuis cerea vt cōpleat missa. de
cele. mis. c. si. et de of. sacer. c. i. Pixides hostiaꝝ araneis ple
ne sunt. Calices stagnei: et aliqui plūbei pre vini erugine
in eis impressa celebrātes ad vomitū prouocāt. de cō. di. i.
et calix. Ostia vestra clausa sunt. xxi. di. c. i. et. ostiarii. et. xxv.
dis. c. i. ver. ad ostiariū. Rei ad vos cōfugiētes. xvii. q. iiii. p
totum. ex de immu. eccle. inter. et c. vlti. ad vos intrare non
possunt. Cur tanto tēpore tacuistis? Cur ad dñm amplius
non clamatis: vt de his iam se vindicet? In his vitiis alle
gatis. s. que totam dei ecclesiā occupant, iura pauca alle-
gaui: q: notoria: neqꝫ accusatione neqꝫ alia pbatione in-
digent. ii. q. i. manifesta. ex de accusa. euidentia. ex de iure
iuran. ad nostram.

Articulus. li. A

Ex quo spōsa christi
alma ecclesia cōfessores paucos germinas:
quero abs te vtrum hoc tēpore gignas ana
choritas et eremitas assisterios, et solitarios
veros, qui soli deo sedeant et taceāt? xvi. q. i. placuit. ii. et le
uent se supra se. Thren. iii. Qui edificent sibi solitudines:
qui expectent mortē quasi effodientes thesaurū: qui gau-
deāt vehementer quū inuenerint sepulcrum. Iob. iii. qui
errant in solitudinibus: qui habitēt in sepulcris. ps. xlviii.
Sepulcra eoꝝ domus illoꝝ in eternum. et in cauernis ter
re. qui circūeāt in melotis et in pellibus caprinis. Heb. xi.
qui ciuitates nō ingrediātur. facit. xviii. q. ii. quidam. sicut
de se dicit dñs per prophetam Exo. xi. qui socii sint ferarū
et strutionum. Iob. xxx. qui diem hominis nō desiderent.
Hiere. xviii. qui vocē exactoris. i. ventris. i. non sint gulosi.
ſm Grego. in mora. non audiant. ſm Iob. iiii. Qui molli-
bus induātur. Mat. xi. circa prin. et Luc. vii. xxi. q. iiii. c. i. in
fi. qui luctuosi et tristes sint. Mat. v. xvi. q. i. monachus. et
c. placuit. in quorum maxillis lachryme sint. qui de labore
manuum suarum viuant. i. ad Coꝝ. xi. i. Thessa. iii. et. ii. ad
Timo. vlti. et Ephe. iiii. i. q. ii. sacerdos. de cōse. dist. v. nūq̄.
et panem otiosum nō māducent. Prouer. vlti. sed in sudo
re vultus sui vescant pane suo. Gen. iii. Sed o vidua ma-
ter ecclesia domina gētiū multos habes sarrabaitas per-
paucos anachoritas. de quibus. xvi. q. i. qui vere. et legitur
et no. xxvii. q. ii. §. ecce q. et in glos. dicūt plurimos gyroua-
gos. xvi. q. i. monachi vagātes. perpaucos solitarios et cel
le assisterios. de quibus. xxvii. q. i. si quis rapuerit. et ex de
de. nō resi. c. penul. Istis enī vltimis temporibus hypocri
talibus plurimi maxime in Italia et Alemānia et Prouin
cia prouincie vbi tales Begardi et Beguini vocātur: no
lentes iugū subire vere obedientie: sed libertate noxia po
tiri: nec seruare regulā aliquam ab ecclesia approbatā sub
manu preceptoris: et ducis legitimi. vocati fratricelli. Alii
de paupere vita. Alii apostolici. aliqui Begardi: qui ortū
in Alemānia habuerunt spede tenus: et quantum ad ho-
minem exteriorem mundo renuntiare videntur: et dicen-
tes religiosos ab ecclesia approbatos promissas regulas
non seruare, durante primo feruore deserta domestica pe
netrāt. Soli sedent: vel pauci simul. Paupertatem serua
re videntur. Abstinentiis se macerant: sed ventrē replent.
Disciplinę operam dant: sed deficiente feruore quasi post

annu̅ sedēt sub vmbra iuniperi. Jone.iiij. cuius cinis ignē
vsq ad annum cōseruat. habita occasione de petēda He/
liani elemosyna: quam nequeunt petere nisi religiosi mē
dicantes ab ecclesia approbati.ex de reli.domi.religionū.
lib.vj.et inferius declarato. Uagari incipiūt. Ad hoies se
conuertunt. Laborare refugiunt:q: panem ociosum inue
niunt. Familiaritates maxime feminarū nunc spiritualiū
nunc aliarum accipiunt.xviij.q.ij.diffinimus.z.c. pernicio
sam.cis predicant.contra id ex de hereti.cū ex iniuncto.de
deo loquuntur:dulces sermones proferūt.ij.ad Timo.iij.
Roma.vlti.Simplices se ostēdunt. Per domos domino/
rum et viduarum conuiuātur. Ocio vacāt.ij.Thessa.vlti.
dictis et enumeratis aliquot pater noster: reliquo tempo
re aut pedes in commotionem dant:aut in suis cellis dor
miant. Quid dicā pia mater ecclesia de talibus? quod di/
cunt sancti patres diuinitus inspirati: sicut dicit Piamon
in collatione de tribus generibus monachorum.in li. Jo.
cassi. qui vocatur collationes patrū. q istud est genus te/
terrimum et infidele monachorum in vera hypocrisi cōsti
tutorum:et noxia illa plantatio rediuiua que per Ananiā
et Saphyram in exordio ecclesie pullulans/apostoli Pe/
tri seueritate succisa est. Act.v.xxiij.q.viij.legi.et.c. petrus
qui. Beat' apostolus predictos noui facinoris principes
non penitentia.nō vlla passus est satisfactione curari:sed
perniciosissimum germe clerici morte succidit. Illo igitur
exēplo quod in Anania et Saphyra apostolica districtio/
ne punitum est/nonnullorum contemplatione paulatim
lōga incuria et temporis obliteratione subtracto: emersit
istud sarrabaitarū genus: qui ab eo q semetipsos a ceno/
biorum regularium sub obedientia viuentium congrega/
tionibus sequestrarent: ac sigillatim suas curarēt necessi/
tates: egyptie lingue ppzietate sarrabaite dicunt. hucusq
Piamon. Et vt eorum secta pessima confundatur:sciāt se
in nullo ordine viuere:nec in aliqua sancta vocatione ma
nere.j.ad Cor.vij.c.ex de regula.licet.in pn. ab ecclesia ap
probata. Et hoc ideo precipue quia cōtra ecclesie sanctio/
nes et cōcilia generalia/statum et regulam et religionem
sibi confingūt: nolentes vnam de approbatis ab ecclesia
regulam profiteri: neq sancti Basilij epi Cesariensis. de
qua.xviij.q.ij.diffinimus. nec sancti Augustini mūdi lumi
nis:de qua ex de sta.re.quod dei. nec sancti Benedicti:de
qua.xvj.q.j.sunt nōnulli.xx.q.iiij.c.si. ex de sta.mo. cum ad
monasterium.ex de regu.super eo.nec almi Frācisci prece/
ptoris minor:de qua ex de ver.signi.exijt.li.vj. z in clemē.
eo.ti.exiui.ad hoc de cōse.dist.j.ecclesia.j.catholicor colle/
ctio.ex de reli.domi.ne nimia.z.c.religionū.lib.vj.ff.de col
legi.illi.l.iij. Et si aliqui de predictis gyrouagis aliquā re/
gulam de prenominatis seruare se dicant: quia tamen ex/
tra congregationes promittentes predictas regulas sub
prelatis legitimis tales acephali viuunt:nūq in veritate
viuere possunt.vt p rea l.c.religionum. quia fundamēta re
ligionum vera obedientia est.vnde dns Matth.xvj.et.x.
Marc.viij. Luc.ix.z.xiiij.Si quis vult post me venire:ab/
neget semetipsum zc.xij.q.j.non dicatis.et pō.lxv. Impo/
suisti homines supra capita nostra.xix.q.iij.statuim'. Con
tra istos sarrabaitas sunt expresse capitula. xviij.q.ij. quis
dam cellulas.c.nullus.c.perniciosam. Dare enim pro deo
temporalia magnum est: dare in crucifixionem carnē pro/
priam maius est: sed semetipsum sub manu prelati et obe
dientie dare et abnegare(quod est maximū) viri religio/
si est. viij.q.j.sciendum est. Et ideo patres dixerunt q mo/
nachus fornicans adhuc monachus est:proprietatem ha
bens adhuc monachus est:sed inobediēs monachus mo
nachus non est. ¶ B Magis est enim fundamentum
religionis et stabilimentum obedientie vinculum q casti
tas et paupertas: quia sine obedientia impossibile est ve/
ram religionem posse fundari.ex de sta.mo.cum ad mona
sterium.§.abbas.de maio.et obe.cū in ecclesijs.§. ideoq.
ex.c.legebat.xvij.q.ij. abbates. ¶ C Nec potest esse ve/
ra et perfecta religio: vbi non est sui abnegatio: z alteri su

Sarrabaitarū appellatio.

Obediētia religiōis fūdamētū.

periori subiectio. Unde et tales religiosi fictivere acepha
li possunt dici.xxiij.di.nulla.et facit quod no.xvj.q.j. qui ve
re.in glo.ij. Et ideo filius dei factus obediēs vsq ad mor
tē. Phil.ij.exemplum obediētie nobis prebens ait Mat.
xxvj. Mar.xiiij. Luc.xxij. Uerūtamen non mea voluntas/
sed tua fiat.vbi Dionysius Alexandrinus sectro. Perfectā
volūtatem patris quam ipse nouerat petit sortiri effectū:
que eadem est et sua fm deitatem. Renuit autem impleri
humanam voluntatem:quam dicit suam/paterna volun
tate minorem. Item ibi Athanasius. Geminum enim hic
velle ostendit: alterum quidem humanum: qd est carnis.
alterum vero diuinum.humanitas enim ob carnis fragili
tatē recusat passionē:sed diuinus eius affectus affectans
eam subijt: eo q non esset possibile eum detineri a morte.
Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.ps.xv. et
Act.ij. Item Greg. Nissenus. Apollinaris hereticus asse/
rit q christus nō habuit fm terrenam naturam propriam
voluntatem: sed solum in christo est volūtas dei qui de ce
lo descendit: quia dicebat christum corpus sine anima as/
sumpsisse.xxiij.q.iij.quidā.versi.apollinariste. Dicat ergo
quam volūtatem vult.p rea l.c. Luc.xxij.dns nequaq eue/
nire.neq enim deitas aufert propriam volūtatem. Item
ibi Beda. Appropinquans etiam passioni saluator: infir/
mitatum in se vicem sumpsit: vt quum hoc imminet quod
fieri nolumus:sic per infirmitatem parati simus/vt volū/
tas conditoris nostri contra nostram voluntatem fiat. Et
iterum Jo.vj. Quia descendi de celo non vt faciam volū
tatem meam:sed volūtatem eius qui misit me patris. vbi
Aug. Propria enim anima a deo exijt:quia superba erat:
superbia em eiecti sumus: z humilitate redimur. Me
dicus enim quando egritudinē discutit: si curet quod per
aliquam causam factum est:z ipsam causam non curet:ad
tempus videtur mederi:sed causa manente morbus repe
titur:vt ergo causa omnium morborum curaretur.j.super
bia:descēdit:et humilis factus est filius dei. Quid super/
bis homo? filius dei propter te humilis factus est. Pude/
ret te forsan imitari humilem hominē: saltem imitare hu/
milem deum. hec est enim cōmendatio humilitatis/ Non
veni facere voluntatem meam zc. Superbia quippe facit
voluntatem suam:humilitas voluntatem dei. Ideo ergo
qui ad me venit non eijciam eum foras: quia non veni fa/
cere voluntatem meam. Humilis veni humilitatem doce
re.qui ad me venit:incorporatur mihi:et humilis fit.quia
non facit voluntatem suam:sed dei. et nō eijcietur foras:
quia quum superbus esset:proiectus est foras. Ad me ve/
nire nō potest nisi humilis. Non mittitur foras nisi super/
bia. Qui seruat humilitatem:nō labitur a veritate. Item
ibi Hilarius.ij.de trini. Nō igitur hoc dicit quia faciat qd
non velit:sed obediētiam suam sub effectu paterne volū/
tatis ostendit/volens ipse voluntatem patris explere. Et
iterum. Descēdit cum eis in Nazareth:et erat subditus il/
lis:scz Joseph et Marie matri. Luc.ij. vbi Orige. Discas
mus igitur z nos filij parētibus nostris esse subiecti. Or si
patres non fuerint: subijciamur ijs qui patrum habēt eta
tem. Jesus filius dei subijcitur Joseph et Marie.ego nō
subijciar epo qui mihi cōstitut' est pater? puto q intellige
bat Joseph q maior se erat iesus:et trepidus moderatur
imperium. Uideat ergo vnusquisq q sepe qui subiectus
est maior fit. qd si intellexerit:nō eleuabitur superbia qui
est sublimior dignitate:sciens sibi meliorem esse subiectū.
Item ibi Basilius in lib. religionum. Ab ipsa autem pri/
meua etate parētibus obediens quelibet laborem corpo/
reum humiliter et reuerenter sustinuit. Quum enim parē
tes homines essent honesti z iusti:egeni tamen et necessa
riorum penuriam patientes: teste presepi partus venerā
di ministro:manifestum est q sudores corporeos cōtinue
frequentabāt necessaria sibi inde querētes. Jesus autem
obediens illis/vt scriptura testatur/ etiam in sustinēdo la/
bores subiectionem plenariam ostēdebat. Item Ambro.
Et miraris si patri defert: qui subijcitur matri? non vtiq

infirmitatis/sed pietatis est ista subiectio. attollat licet ca
put hereticus: vt alienis auxilijs asserat eum qui mittitur
indigere: nunquid humano egebat auxilio vt materno ser
uiret imperio? Deferebat simulato patri: et miraris si deo
detulit. an homini deferre pietatis est. deo deferre infirmi
tatis? ¶ Item ibi Augu. O potentia/o humilitas. Sub
ditus est parentibus cui seruiunt angelorum exercitus. Item
ad Heb. v. Et quidem quum esset filius dei: didicit ex his que
passus est obedientiam: et consummatus factus est omni
bus obtemperantibus sibi causa salutis eterne. ¶ D Qui
autem in ecclesia primitiua conuertebantur viri religiosi
erant: et sic omnes perfecti/quod vix tempore sanctorum mona
chorum et anachoritarum etiam perfectorum aliqui sic per
fecti inueniri possent: sicut probat collatio Piamonis in lib.
collationum Io. cassi. et tamen vxores communiter habe
bant: etiam apostoli aliqui: sicut patet de Petro Luc. iiij.
et de Philippo apostolo: et alio Philippo vno de septem
diaconibus. Act. xxi. et v. c. de Anania et Saphyra. et. xxxi.
dist. omnino. Sed sub obedientia primo apostolorum/deinde
de septem prepositorum quos elegerant. Act. vi. viuebant: a
quibus postmodum monachi descenderunt: vt describit colla
tio ante dicta. et colligitur. xij. q. i. quia tua. vnde et ista duo
substantialia/viuere sine proprio/et caste/ ecclesia sancta
religiosis indixit. ¶ E Quare ex causa magna legitima
papa posset in his duobus cum aliquo dispensare. vt no.
Inno. extra de sta. mo. cum ad monasterium. §. fi. et dixi de hoc
late. s. in prima parte istius operis: vbi posui casus in qui
bus dispensant Romani pontifices. §. iterum de dispensa
tione. ver. item quidam dixerunt. in ar. xlvi. Sed si cum ali
quo religioso papa super obedientia dispensaret: loco pre
lati succederet ei papa/nedum generalis sed specialis pre
latus. ¶ F Nullus enim in hac vita sic imitatur christum
sicut circulum aureum: id est obedientiam in collo portans.
sicut apparuit in visione cuidam sancto patri ostensa: vt le
gitur in vitis patrum. Sine vera enim viuentes obedien
tia et in sensu proprio/in canone sicut dictum est acephali
iudicantur. xciij. dist. nulla. vnde et sancti Benedicti mona
chi de castitate et expropriatione in sua professione mentio
ne non facta/stabilitatem loci et obedientiam simpliciter
repromittunt. ar. in his que leguntur et not. extra de ma. et obe.
legebatur. In qua tamen professione et promissione intel
ligunt se caste et sine proprio debere viuere profiteri. vt extra
de regu. super eo. et preal. c. cum ad monasterium. §. finali.
¶ G Quis enim vnquam superbiam proprij cordis potest
expellere: quamdiu in sensu proprio et voluntate viuit? Quis
enim vnquam veram humilitatem adeptus est: nisi per obedien
tiam superbiam depellentem? opti. argu. de peni. dis. ij. c. i.
Et ideo dicit Bernar. Nihil in inferno regnat nisi volun
tas propria. et ideo lucifer Belial qui interpretatur absque
iugo: quia sub iugo dei noluit permanere: in baratrum de
mersus est. vnde Luc. x. Videbam sathanam sicut fulgur
de celo cadentem. xvi. q. ij. visis. de peni. dist. ij. si enim. et eum
imitantes filij Belial dicti sunt. i. absque iugo. i. Reg. x. Et
quia iugum rumpunt isti pseudo eremite: ideo ruptis vin
culis in deserto a demone agitantur. Luc. viij. ¶ De obedien
tia plenissime tractaui. s. in. §. tertius error. lij. ar. et. §. et se
cundum eorum vitium. lxviij. ar. et lxvi. ar. fere per. xx. char
tas. Et quia obedientia ligati non sunt/pro libito comedunt
et bibunt: surgunt: et ambulant et ex occasione libertatis:
quia corrigi non timent: nec per hominem visitari nec excis
tari: communiter poltronizant. vulgare est italorum. i. vi
tam pinguem volunt cum libertate et sine labore: dediti som
no et vagationi continue: et pro leui commotione suborta
loca in quibus habitant dimittunt: et abinuicem se diuidunt:
et sicut passeres insolentes de monte in montem transmi
grant. ps. x. et torpore et tepore lethe tepefacti cum cucu
capitijs et repetiatis: et cum amictibus et habitibus quos
sibi contra ecclesiam inuenerunt: discurrunt per mundum.
Et quia circa ieiunia et orationes et obseruationes regu
lares domino non promiserunt: sed quod faciunt de specie
boni/et libertate propria faciunt: ideo recedente primo igne
forsan diuino qui eos vrebat: peiores quam frigidi essent in se
culo: quia tepidi recedente calore: ab ore dominico euomun
tur. Apoc. iij. speciem quidem sanctitatis habentes/virtu
tem autem abnegantes ad literam. ij. ad Timo. iij. in sua
hypocrisi se et mundum decipiunt: nam eorum prima ab
stinentia in gastrimargiam vertitur: paupertas in peculium:
vigilia in somnolentiam: silentium in multiloquium/ma
xime sub specie loquendi de deo: simplicitas in malitiam:
solitudo in consortium et familiaritatem secularium et mu
lierum. Eorum etiam aliqui in ciuitatibus et villis/alij pro
pe habitant: et a secularibus de die in diem conuiuia reci
piunt sub specie charitatis. xliiij. dist. conuiuia. commatres et
compatres sibi faciunt. contra id de conse. dist. iiij. non licet
abbati. et c. seq. Ambaxatas. i. legationes faciunt et referunt.
De animarum consilijs presumptuosi idiote se intromittunt.
contra id ar. extra de eta. et quali. cum sit. De peregrinatione in
peregrinationem discurrunt: quia acidia eos de cella expel
lit: quam quum sic credunt expellere sub specie boni pere
grinando per mundum per sanctos: tunc eam amplius nu
triunt: quia nunquam acidia expellitur: nisi per continuationem
celle et violentiam sibi factam. Mat. xi. Regnum celorum
vim patitur: et violenti rapiunt illud. Nam acidiosus si con
tra acidiam exeundi de cella solatium querat: ad horam cor
pus solatium sentit: sed parum post ad exeuntem fortior re
dit: more febricitantis qui per haustum aque frigide aliquod
refrigerium sentit: sed post paululum febris contra eum for
tior inualescit: vt dicunt patres. ¶ H Verus enim peregri
nus mundo est in cella residens/et silentium seruans/et lu
gens. et talis vere consequitur remissionem culpe et pene.
Alij peregrini per mundum discurrentes/quod lucrantur in
indulgentijs communiter perdunt in vagis sensibus et mun
di delectationibus. Et ideo Macharius solitario acidioso
conquerenti sibi quod nil boni in cella poterat facere pre te
dio et mentis ariditate/respondit. Comede et bibe et dor
mi quantumuis: tantummodo extra cellam non exeas. Et dic
temptatori suggerenti tibi de cella recedere. Istos muros cel
le custodio propter deum: continuatio enim celle facit ere
micolam ad suum redire ordinem. Idem etiam Macha
rius temptatus de cella recedere/se in limine ostij celle in mo
dum crucis proiecit: et ait clamando. Demones: si potestis
trahite me extra cellam: quia per me non intendo exire: et
sic vsque ad vesperam mansit: et surgens dixit demonibus.
Postquam extra cellam me trahere non potestis: nec ego exi
bo. Alter pater tentatus de cella exire/ait sibi. Sustinea
mus hodie propter deum: et cras poterimus recedere. ad
ueniente die altera iterum dixit sibi. et hodie etiam propter
deum sustineamus ne recedamus: et sic de die in diem dicen
do cras recedam: et adueniente die altera se violentans ad
non recedendum per nouem annos mansit in cella: et tunc
cessauit tentatio recedendi. vnde et Antonius magnus di
xit. Sicut piscis extra aquam viuere non potest: sic nec mo
nachus extra cellam. Idem dicit Eugenius papa. xvi. q. i.
placuit. ij. Et idem Antonius ait. Moyses quum erat in
monte: cum domino loquebatur. quum descendebat de mon
te: cum populo. xxxvi. dist. c. si. sic et monachus in cella cum
deo loquitur: extra cum demonibus. vnde Bernar. ad fra
tres de monte dei dicit quod cella dicitur a celo: quia de cella
itur ad celum. Et alter pater dicebat quod si gallina dimittit
oua calida: non exibunt pulli. sic qui dimittit cellam: fructum
non facit. et sicut arbor que sepe transplantatur fructum non
facit: sic monachus migrans de loco ad locum: quia non
mutatur tentatio etsi mutetur locus: aliquoties tamen va
let loci mutatio. lxxi. dist. valet. quia locus de se nec nos con
iungit deo/nec disiungit. xl. dist. non loca. et. c. quelibet. quia
diabolus aquila velocior. Thren. iiij. circumuolans vbilibet
tentare paratus est. i. Pet. v. Vigilate: quia aduersarius ve
ster diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuo
ret: cui resistite fortes in fide. et habetur. iij. q. i. c. nulli. vi. q. i.
§. verum. tangitur. xxv. q. i. c. v. in prin. Et ideo pugna vbilibet

Peregrinari dedecet eremitas.

necessaria est et sufferentia in tentationibus adhibenda: quia beatus vir qui suffert tentationem: scz non consentiē do/non recedendo. de hoc de peni. dist. ij. si cū. et Jaco. j.

¶ J Vocatio enim vera anachoritarum et eremitarū est in cella manere: continue orationi/meditationi/lectio ni/psalmorum decātationi/manuum labori vacare intra cel lam: et prope cellam aliis laboribus corporalibus occupa ri. vt p̄ecal. c. placuit. xvj. q. j. et de conse. dist. v. nūq̄. et de sa tisfaciendo proximo non curare. ij. q. vij. sancta quippe. q2 dicebat quidam pater. Nō vacat lugenti charitas. Tales enim solum tenēt vitam Marie: et de vita Marthe quā tum ad proximum curare non debent: quia nō est eorum vo catio. et vnusquisq3 s̄m apostolum. j. ad Cor. vij. maneat in ea vocatione qua vocatus est. ex̄ de regu. licet. j. rñ. et ibi. de vtraq3 vita. in. §. penul. et de renun. nisi. §. ne putes. Et ideo quandocūq3 tales solitarij regulariter loquēdo sub specie charitatis volunt visitare infirmos in mundo: vel questum facere pro pauperibus alendis: vel dare cōsilia animarum etiam si scirent: vel de pace faciēda inter discor des se intromittere: vel executiones testamentorū recipe re: vel captiuos redimere: vel incarceratos visitare: vel vi duas/vel orphanos/vel tribulatos consolari: vel femina rum quantumuis spiritualium curam recipere: vel predi care: vel literas supplicatorias p̄ aliis mittere: vel preter socios proprios. xvj. q. j. c. j. cōfessiones audire: vel aliis ope ribus misericordie corporalibus quātum ad proximū va care: paracataxismo. i. peccato sub specie boni. xlj. dist. sepe. diaboli illudūtur: sicut probat clare collatio Moysi. ij. de discretione in lib. collationum Jo. cassi. Tales enim habē tes zelum s̄m scientiam. ad Roma. x. c. et arbitrātes se ob sequiū prestare deo. Jo. xvj. et. xv. q. j. §. j. pro auro recipiūt orichalcum. xix. q. j. §. j. stannū pro argento: amurcam pro oleo: zizania pro tritico. Mat. xiij. falsum denarium pro le gitimo. no. xlv. dist. vera. imaginem tyranni pro vultu cesa ris. Mat. xxij. idolum pro veritate: quum idolū nihil sit. j. ad Cor. viij. angelum tenebrarum. ij. Cor. x. p̄ angelo lu cis. xxvj. q. v. episcopi. nam eoipso q̄ vitā eremiticam et so litariam elegerunt: eoipso mundo etiam quātum ad ope ra corporalia mie secularibus impendenda mortuos se fe cerunt. ar. op. xvj. q. j. placuit. ij. et c. sunt nōnulli. Et ideo q2 lumine discretionis carentes de eo quod ad eos non per tinet se intromittunt: et contra suam vocationem faciunt: de eo q̄ mereri credunt amplius demerentur: et quod aliis actiuis in mundo existētibus. s. vacare operibus misericor die/et proximo ministrare/est via salutis. Mat. xxv. Luc. vj. xlij. dist. quiescamus. lxxxvj. dist. non satis. istis occasio mortis existit. vnde Prouerb. xiiij. Est via que videtur ho mini iusta: nouissima aūt eius deducunt ad mortem. quia sicut ait Greg. sepe est causa damnationis: quod putatur profectus virtutis. Deniq3 ille Saul q̄ primus iudicio dei regnū populi israelis obtinuit. j. Reg. x. viij. q. j. audacter. quia hunc discretionis oculum non habuit: velut toto cor pore tenebrosus etiam ipso deiectus est regno: dum lucer ne huius tenebris atq3 errore deceptus acceptabiliora deo sacrificia q̄ precepti Samuelis obediētiā. lxxxj. dist. si qui. iudicauit. atq3 ex illa magis parte causam offensionis in currit: ex qua repropitiādam sibi diuinam sperauerat ma iestatem. sicut narrat collatio Moysi. ij. de discretione in lib. collationū Jo. cassi. Sed nec reuera isti tales solitarij sicci se dantes proximo/querūt que sunt proximi: sed que sua. ad Phil. ij. lxiij. di. nosse. nā in cellis manere nequeun tes/querūt occasiones quomodo vacent proximo: immo sibi/vagationi/lucris/et gule/et confabulationibus vaca tes/sub charitatis palliolo se velantes. Cellisse enim veri feruentes mundationi animarum suarū ad salutem ani marum aliorum intra suas cellulas se extendūt: quia nemo sibi solum viuit. Roma. xiiij. Purgatio enim oratione et contritione absentes etiam precibus suis purgat: q2 cha ritas incipit a se. de vsu pallij. nisi. et ibi nota. et deinde in alios se extendit. Can. ij. Ordinauit in me charitatem. de peni. dist. iij. qui vult. sub. §. sed verba. Jmmo etiā quicūq3 intra ecclesiam in gratia sunt: siue seculares siue religiosi: bona sibi spiritualia cōmunicant. quia particeps ego sum omnium timentium te. ait Dauid ps̄. cxviij. Et quicūq3 in maiori gratia sunt et charitate: plus de oībus bonis spiri tualibus communicant que intra ecclesiam sanctam fiūt: sicut fit in ecclesia triumphāti. nam iustorum omnia sunt cō munia. xij. q. j. c. ij. et dist. viij. §. j. et. xxiij. q. vij. c. quod autē. c. si. et qui plus communicat: plus est iustus. charitatis enim debitum quanto plus redditur: plus et crescit. vnde apo stolus ad Roma. xij. Nemini quicq̄ debeatis: nisi vt inui cem diligatis. et qui sic plus dat: plus abundat. quia omni habēti charitatem et ea fruenti dabitur amplior charitas et abundabit. Mat. xxv. et Luc. xix. vñ Grego. Quisquis enim charitatem habet: et de alia dona percipit. quisquis charitatem nō habet: etiam dona que videtur percepisse amittit. Seruiāt ergo anachorite veri proximo de pfessio ne sua. s. oratione et gemitu et sancto mortificationis exē plo. Vnde quum patriarcha Alexandrinus ad visendum patres deserti venisset: et dixissent patres cuidam seniori ex eis q̄ diceret vnum verbum edificatorium patriarche. ait senior. Si non fuerit edificatus patriarcha in silentio meo: non erit edificatus in verbo meo. Vnde narratur in lib. qui dicitur paradisus. q̄ anachorita Nathanael sum mus patrum septē epos eum visitantes in cella sua p̄ pas sum extra cellam noluit deducere: et quum a diaconibus eorum argueretur: q̄ in hoc superbam rem egisset: rñdit. His et vniuerso seculo mortuus sum. meum propositum deus nouit. Non ergo se anachorite de aliis in mūdo acti uis operibus intromittant: nisi vltima necessitas facere hoc cōstringat: et alius actiuus qui hoc faciat inueniri nō pos sit. sicut cōtigit in Machario: qui rogatus a fratribus ne periclitaretur fides: descēdēs de deserto in Alexandriam cum heretico disputauit: et facere miraculum vt loquere tur mortuus et sepultus: et fidei orthodoxe testimonium perhiberet: amore fidei fuit constrictus. vt dicitur in vitis patrū. Sic etiam alius anachorita audiens feminā in do loribus partus constitutam: et sine obstetrice totaliter de solatā: e cella charitate et necessitate proximi vltima cōpul sus exijt: parturiētē iuuit: et vices tenuit obstetricis. vt nar ratur in li. qui dr̄ paradisus. qd̄ summo preconio charitatis extollendū fuit. Sic etiā Abraam summus anachorita p̄ nepte germani filia quā ppe se in quadā cella in sctā vita nutrierat: et christo lucrifecerat: q̄ et ad culmē perfectionis puenerat: liberanda/q2 eā quidā pseudo monachus dece perat et violauerat: et extūc meretrix publica facta fuerat: de cella de qua multis annis nō exierat/exiens equū ascē dit: vestes seculares recepit: pecuniā i bursa portauit: q̄ xl. annis a talibus abstinuerat: stabulū lupanaris vbi mane bat neptis intrauit incognitus: quasi fornicari intēdēs: et exinde cū sua predicatione et manifestatione neptē ad suā cellā reportauit. que in omni pl̄ctu et sanctitate reliquam vitā ducēs vitā sanctissimā finiuit. Jsti aūt casus et cōsimi les diuina inspiratione et vltima necessitate charitatis pa rati p̄ anachoritas nō sunt ad consequentiā deducēdi. xiiij. q. v. dixit. xxvj. q. j. nō statim. xvj. q. j. hinc est. Sed et predicti perfecti existētes aliorū nō potuerūt cōuersatione carnali corrūpi. xxiij. q. iiij. quisquis. Nostri autē tēporis anachori te q2 nōdū salui facti sunt: alios saluare non curent: sed in cellis suis olus tr-iducēt: q2 adhuc infirmi sunt. Rom. xiiij. ne volētes alios saluare et ipsi pereāt cū eisdē. j. Cor. ix. Ne forte quū aliis predicauerim: ipse reprobus efficiar. xxxij. q. v. paulus. de peni. di. ij. si enī. ver. paulus. Frequēter enī aliū de pelago liberare festinans/tractus ab illo cū eo pari ter a fluctibus deuoratur. Et s̄m Grego. arbor que radicē non fixit: fructum ferre non valet. facit de peni. dist. ij. radi cata. circa prin. dist. et sicut Mat. xiij. dicitur. et Luce. viij. hi radices non habent: q2 in cella credunt: et extra quia tē pus tentationis est/recedunt: scz a deo. Et ideo dicit dn̄s totaliter mūdum nolēti relinquere: sed patrē defunctum

antea voléti sepelire: Dimitte mortuos sepelire mortuos
suos. Mat. viij. vbi Chrys. Hoc autem dicit non iubēs cō
temnere honorē qui est ad parentes. Exo. xx. sed mōstrās
q̄m nihil cum celestibus negotijs nobis necessarium esse
oportet: et quando cum toto studio ijs iungi debemus: et
neq̄ parum tardare: etiam si valde ineuitabilia et incitā-
tia sunt que attrahunt. Quid em̄ magis necessariū erat:
q̄ sepelire patrem? Quid etiam facilius? nec enim tēpus
multum cōsumendum erat. Per hoc etiam dn̄s eū a mul-
tis malis eripuit: puta luctibus et meroribus. xiij. q. ij. qui
diuina. et ab ijs que hinc expectantur. Post sepulturā em̄
iam necesse erat et testamenta scrutari et hereditatis diui
sionem et alia huiusmodi. et ita fluctuationes ex fluctua-
tionibus ei succedentes alonge eum a veritatis abduce-
re possu. Si autem tu tumultuaris: excogita quoniā mul-
ti infirmos non permittunt scire nec ad monumentum se
qui: etiam si pater aut mater aut filius sit: etiā qui defun-
ctus est. Nec in hoc incusantur crudelitatis: sed contrariū
crudelitatis esset: ⁊ multo magis malum est abducere ho
minem a spiritualibus sermonibus: ⁊ maxime quum fue-
rint qui hoc compleant: erant qui completuri erant hm̄ōi
funeris sepulturam. vnde dicit Dimitte mortuos sepeli-
re mortuos suos. Aug. q. d. Pater tuus mortuus est. sunt
alij mortui in anima. de pe. dist. j. resuscitatus. qui sepeliāt
mortuos suos: quia infideles nō sunt. Item Hilarius ibi.
Quia accepimus in dominice oratiōis exordio ita primo
precādum/ Pater noster qui es in celis. Mat. vj. Et in di-
scipulo credentis populi persona etiā admonetur. Mat.
xxiij. quia pater sibi viuus in celis est. deinde inter fidelem
filium patremq̄ infidelem ius paterni nominis nō relin-
qui admonuit: et nō admisceri memorijs sanctorum mor-
tuos infideles: ⁊ etiam eos esse mortuos qui extra deum
viuunt. Et ideo mortui sepeliātur a mortuis: quia per dei
fidem viuo viuos oportet adherere. Si autem mortuum
sepelit mortuus: non debemus habere curā taliū mortuo
rum: sed viuētium. ne dum soliciti sumus de mortuis: nos
quoq̄ mortui appellemur. Mortui etiā fm̄ Grego. mor-
tuum sepeliunt: quum peccatorem peccatorem fauoribus
premunt. Qui enim peccantē laudibus prosequuntur: ex-
tinctum sub verborum suoꝝ aggere. i. campo abscondūt.
Item ibi Rabanus. Notandum etiam est in hac sententia
quia aliquando bona minora pretermittenda sunt ꝑ vti-
litate maiorum. Ex predictis notandum est q̄ nec pro pa-
tre sepeliendo/ quod erat opus magne mie. Tob. j. ar. bo-
nū. xij. q. ij. aurū. et quodāmodo preceptū dei de patre ho-
norando. Exo. xj. Deute. v. ⁊. xxx. di. c. j. noluit sibi inducias
indulgere. Propter quod quidā monachus requisitus
a quodam seculari germano suo q̄ exiret parū de mona-
sterio ad iuuandum eum: quia boues sui et currus ceciderant
prope monasterium: respondit. Cur non vocasti aliū
fratrem quem habes in mundo vt te iuuet? Cui frater ait.
Iam anni. xv. sunt q̄ mortuus est. Et monach⁹ ait. Et ego
xx. sunt anni q̄ mortuus sum mundo. Coloß. iij. ibi. mortui
enim estis. xvj. q. j. placuit. ij. tm̄ te possum iuuare quātum
ille q̇ mortu⁹ ⁊ sepult⁹ est. hec in vitis patrū. ❡ Et Quē
dam aliū anachoritam et occlusum annis. xxx. decepit dia
bolus in monachum transfiguratus: et extraxit eum con-
tra suum propositum die pasce de cella: vt missam audiret
in quodam monasterio quod prope erat. Et extūc sugge-
rens ei comedere cum monachis/ finxit se sub specie nūtij
de domo patris venire in secunda deceptione: et q̄ pater
suus mortuus erat: et eum fideicōmissarium reliquerat: ⁊
q̄ rediret ad domum patris executionem testamēti factu-
rus: ⁊ statim ad cellam rediturus: redijtq̄ cum diabolo: ⁊
pater viuebat: ⁊ ingrediēs domū ⁊ vidēs patrē deceptio
nē cognoscēs/ dixit q̄ venerat ad eum visitandū: et paulo
post concubuit cū ancilla domus: et in mūdo desperatus
remāsit. Et tn̄ occasio prima cellam egrediendi missa fuit:
et bona videbatur sua fuisse intentio: sed q: lumine discre
tionis caruit: ideo finis bonus secutus non est: non enim

sufficit q̄ bona sit intētio ⁊ zelus: nisi adsit scientia. xv. q. j.
§. j. Roma. ⁊. Ex quo em̄ firmauerat se cū deo de cella non
egredi: et tāto tēpore steterat sine missa: nō debebat egre-
di propter missam: q: magis deo gratū erat sacrificiū sue
mortificationis in cella: q̄ in hac parte sacrificium misse.
Sufficiebat em̄ huic anachorite sicut ⁊ multis alijs homi
nibus inuisibilibus verbū Augu. Crede: et māducasti: et
vidisti. Jo. xx. de cōse. di. ij. vt quid paras. ⁊. c. credere in ie-
sum christū. ❡ Iste sunt ille vulpecule. i. tētationes subti-
les sub specie boni: que fm̄ Bern. capiēde sunt. Cañ. ij. id
est cognoscende et ligande: quū tentatur monachus clau
stralis: predicare: curam miserabiliū personarū suscipere.
xvi. q. j. iuxta. ⁊. c. placuit. studijs maxime sciētiarum lucra-
tiuarum. s. iuris ⁊ medicine et seculariū vacare. de quibus
xxvij. di. legāt. ⁊. c. nōne. ⁊. §. hinc etiam. de curis seculariū
se intromittere sub spe alios corrigēdi: et pauperes pascē
di: prelationes etsi dignus sit appetere: ignorantes ⁊ sim
plices literas docere: curam animarū recipere. ⁊ vt. s̄. ver.
eoꝝ etiam. dixi per status peregrini. Quis em̄ fm̄ Clima-
cū in lib. suo qui vocat̄ scala in gradu. iij. de peregrinatio-
ne verus peregrinus/ et realiter peregrinus/ ⁊ cū indulgē
tia plenaria peregrinus: nisi mortuus mundo: qui presen
tes nō nouit? Scribitur etiā. Qui dixerūt patri suo ⁊ ma-
tri sue: nescio vos. et fratribus suis: ignoro illos. et nescie-
runt filios suos. hi custodierunt eloquium tuū: ⁊ pactum
tuū seruauerunt. Deutero. xxxiij. xciij. dis. diaconi. v. sfamā
mundi refugit. Thesaurū virtutū occultat sicut magi vsq̄
ad christum. Mat. ij. Prouer. xxi. Thesaurus desiderabi-
lis. s. multitudo bonoꝝ/ et oleū. s. pinguedo dilectionis in
habitaculo viri iusti. i. in consciētia. Eccli. xliij. Aperti sunt
thesauri: et euolauerūt nebule sicut aues. i. euanuerūt vir
tutes per iactantiā. Grego. in homil. xj. euangelistarū su-
per illo Mat. xiij. Simile est regnum celoꝝ thesauro. De-
predari desiderat qui thesaurum in via portat. Hiere. xvij.
Victu et vestitu tenui contētus est. xij. q. j. clericus. Nō vē-
dit se et operas suas spūales mūdo. Ad patriā/ cū Dauid
ps̄. xlj. sitit sicut ceruus ad fontes aquarū. A via regia que
est crux dn̄i discreta nō declinat ad dexterā falsi spūs ⁊ ceci
feruoris: nec a sinistris que est via carnis. Nume. xxj. Qui
nihil sibi appropriat. xij. q. j. nolo. ⁊. c. nō dicatis. Qui oēm
secularem couersationē vitat: et solus in amaritudinē pec
catoꝝ suoꝝ sedet. Hiere. xv. xvj. q. j. placuit. xj. q. iij. qn̄. Iste
sic peregrinus est onager in eremo: quē leo. i. diabol⁹. iij.
q. j. nulli. maxime sub specie spūs. vt superius est ꝓbatum
in prin. istius. §. depredari festinat. Eccli. xiij. Verus enim
anachorita peregrinus sicut incognitus et aduena intrat
desertū: et vsq̄ ad mortem ⁊ monumentū syluaticus ⁊ in-
cognitus in eo viuit: priuatus omi familiaritate humana
maxime parētū. fm̄ Climacū. ❡ Unde quum iudex Ale-
xandrie abbatē Moysen summū anachoritam quereret
in deserto: et ei obuiasset: quū eū non cognosceret: dixit ei
iudex. Ubi est cella abbatis Moysi? r̄ndit ipse idē. Quid
queritis hoiem stultū ⁊ hereticū? et sic noluit se ibi pande
re. Immo etiā nec pastor abbas matri sue ostium celle vo
luit aperire ne eam videret. ❡ Nec altera sanctimonialis
Germanū religiosum eam visitantem voluit videre: mit-
tens ei dicēdo. Uidebimus nos in alia vita. Et Arsenius
patriarche Alexādrie volēti eum visitare misit dicēdo. Si
solus veneris suscipiam te: alš hic non sedebit Arsenius.
Sed hodie cellule nostroꝝ anachoritarū hypocritarum a
mulierculis visitātur: qđ eis sepe Assisij et alibi prohibui.
Aduenientibus secularibus sub specie charitatis mēsas
parant. Cū eis comedunt: et vltra tertiam vicem bibunt.
xliiij. dist. qn̄ presbyteri. que palea est. Cum eis de mundo
loquūtur. Se eis ostēdūt viuos: nō mortuos. xvj. q. j. sunt
nonnulli. Sed talis vita mors est: q: nomen habent sicut
eremite. viuunt: et mortui sunt in anima. Apoc. iij. in prin.
quia seculariter viuunt. vita enim et mors interius sunt:
vt si cum secularibus delecter et afficiar et trister in eoꝝ et
prosperis ⁊ aduersis: mortuus sum cū eis: et eūdē locum

in illa vita participabo quem ipsi habebunt: quia cum eis
vixi mente et moribus: etsi non loco et habitu in hac vita.
vt dicit magnus Antonius qui allegatur ab Abraam ana
chorita in collatione.xxiiij. et vlti. in li. collationū Jo.cassi.
Aut ergo huiusmodi gyrouagi religionem accipiāt ab ec-
clesia approbatā: aut vitam eremiticam veraciter seruēt:
que etiā est ab ecclesia approbata. xvi. q.i. qui vere. xxvij.
q.ij.§.ecce.ij.q.vij.§.vlti. ex de exces. prela.cū ex eo.§.fi.lib.
vi. Sed q: tales in duas partes claudicant: recti nō sunt.
iij.rē.xviij.xlix.dist.hinc etenim. Nō diligunt simplicem.ex
de sum.trini.c.i.in prin.omnino deū verū: sed in duas par
tes diuisi deum et mūdum querunt: quinimmo mūdi cul-
tores in eoꝝ cordibus sibimet contradicunt: q: deū volūt
et nolunt: sed verius mūdum volunt et colunt. Quidam
etiā ex eis superius apostolici et Begardi nominati pau-
pertatem euangelicam se seruare dicētes: quia nec locum
habent/nec aliquid se portare dicunt: vere gyrouagi et ve
re ribaldi per mundū cursitant: in plateis comedūt: q: ali
qui eorum conscientiā habent comedendi in domo: et spe
cialiter ab aliquo aliquid petendi: sed clamant in plateis
eleemosynam sibi dari: vel cantāt/nil expresse petēdo: sed
clamando: nec laborare volunt/conscientias habētes si ali
quod opus faciant corporale. Dicunt enim q̄ debēt orare
cōtinue ne cadāt in tētationē. et q: apl's dicit.i.ad Thessa.
vlti. Sine intermissione orate. Et maria optimā partē ele
git. Luc.x. et similia allegātes. Isti in vestibus ouium ve-
niunt. Mat.vij. sed intus sunt lupi rapaces. Isti illos he
reticos sequi videntur qui in canone apostolici nūcupan-
tur: qui nil propriū possidentes/nequaq̄ recipiūt eos qui
aliquid proprium possident in hoc mundo.xxiiij.q.iij.qui-
dam.ver.apostolici. ¶ L Imitari etiā videnē alios he
reticos qui vocātur montani. de quibus.xxiiij.q.iij.quidā.
ver. montani. Nolle em̄ aliquid propriū possidere in spe-
ciali et in cōmuni/sicut fratres minores ex regula profitē-
tur: perfectissimū est.ex de ver.signi.exijt.lib.vi.et eo.ti.exi
ui a paradiso.in demē. sed eos qui propriū possident con-
dēnare hereticum est. vt preal.c.quidā.ver.apostolici. Nā
et apostoli aliquoties pecunias habuerunt: et cibos eme-
runt. Jo.iiij. Et Judas loculos dominicos portabat. Jo.
xij.xxiij.q.iiij.quid ergo.xij.q.i.habebat. quod tamē decla-
rat ecclesia q̄ habuit dn̄s loculos in personam infirmorū
de ecclesia. quā declarationē etiā habuit ab Augu. et alijs
doctoribus ecclesie qui hoc dicunt: et hoc bene colligitur
preal.c.habebat. et clarius in preall.c.exijt.lib.vi. latissime
istam materiam pertractaui.i.in.§.porro.in.lv.ar.et in ar.
lvi.per totum. Et ecclesia primitiua in cōmuni propriū ha
bebat.xij.q.i.c.ij.et.c.q: tua. Et omnes antiqui et ꝓbatissi-
mi anachorite de laboribus suis precia recipiebant: et pro
prium habebāt/licet pernodicū: et pauperrimi essent: et
multas eleemosynas de suis laboribus pauperibꝰ eroga
bant: quia pecunie eoꝝ erant: et propriū habebant. ad hoc
xix.q.vlti.§.cōtra paulus. et quod no.xxvij.q.ij.§.ecce. in
glos.i.tantū. Sed et christꝰ et apostoli nō in plateis come
debant: nec petendi eleemosynam conscientiā habebant:
immo frequēter in Bethania in domo Lazari/Marthe/
et Marie/comedebāt. Luc.x. Jo.xij. et in domo Simonis
leprosi. Luc.vij. et in domo principis phariseoꝝ. Luc.xiiij.
et in domo leui. Mat.ix. et Luc.v. et i domo Zachei. Luc.
xix. et in nuptijs in chana galilee celebratis. Jo.ij. Sz isti
pseudo apostoli et Begardi istius temporis perfectiores
apparere desiderāt q̄ veri apostoli et veri anachorite qui
et viri apostolici extiterunt. Sed mētita est iniquitas eis:
quia ipsi professionem apostolicā non seruant: nec vitam.
Apostoli enim in se perfectissimi.xxiiij.q.ij.et vlti. legatur.
et pauperrimi in salutem gentium per orbem a dn̄o missi
sunt ad baptizandum/ad predicandum. Mar.vlti. de cō
se.dist.iiij.proprie. ad ligandum et soluendum per claues
eis a domino datas. Jo.xx. de peni.di.i.quem penitet. sed
isti pseudo boues sunt ad presepe euacuandū: non tritu-
randū et predicādum.xiij.q.i.§.his ita. q: missi ab ecclesia
nō sunt: sed a spiritu maligno ad illos de ecclesia decipiē-
dum. ex de hereti. cum ex iniuncto. nō catechizant: neq̄ ba
ptizant: neq̄ predicant: nisi de facto.xvi.q.i.adijcimus. q:
nec presbyteri sunt: et si aliqui sint nō curati: nec absoluūt:
nec ligant: quia claues non habēt.xvi.q.i.§.ecce.i.et.ij. Ve
re poltrones et ribaldi et ab hominibus detestandi sunt:
quia nec ecclesie seruiunt: nec proximo: nec sibi in christo:
nec dn̄o iesu christo: in nullo ordine permanentes: de pau
pertate plenis ventribus quoꝝ ipsi sunt deus. Phil.iij. et
vita apostolica gloriantes: contra em̄ dei ecclesiā et sua sa
cra concilia superius in prin. istius.§.allega. sibi ordinem
in oculis hominum inuenerūt. ¶ M: autem se dicūt vel-
le orare continue: falsis gestis et verbis se et mundū deci-
piunt: q: nec christus qui viator et cōprehensor erat semꝑ
in actu exterioris orationis erat: nec Apostoli: immo pre-
dicabant et docebant. Mat.v. Mar.vlti. et quidam coꝝ
manibus proprijs laborabāt.ij.Thessa.vlti. et Jo.vlti. de
apostolis et discipulis piscātibus et sic laborantibus pro-
prijs manibꝰ.i.q.ij.sacerdos. de cō.di.v.nūq̄. ¶ N Nā
qđ dicit apl's.i.ad Thessa.vlti. Sine intermissiōe orate. nō
ad literam.ij.Coꝛ.iij. que occidit debet intelligi: sed horis
cōpetentibus. vt no.in preal.c.nūq̄. in glos.i. et colligitur
xxxi.di.si laicus. Nam idē apl's Paulus dicit.i.ad Coꝛ.vij.
q̄ vacandum est vsui matrimonij: nisi ex consensu ad tem
pus vt expeditius vacēt cōiuges orationi.xxxiij.q.iiij. chri
stiano. quum dicit ad tempus ergo nō semper actualiter.
Et sup verbo preall. apl'i/sine intermissiōe orate.i.Thessa.
vlti. glos. Si continuum est desideriū: continua est oratio.
et Augu. Beatā vitam semper a dn̄o desideremus: et sem
per oramus. Et s̄m Aug. Omne bonū opus oratio est: q:
non desinit orare qui nō desinit benefacere. Et omnis san
cta affectio et cogitatio et intētio et memoria dei vera ora
tio est. Et ideo quum Jo. anachorita illusus a demone di-
xisset germano suo cum quo erat in cella: q̄ nolebat labo-
rare: sed continue orare sicut angelus: et magis ad deser-
tum ire: tandem dimissus est a germano: et stans per octo
dies in interiori deserto absq̄ cibo maceratus fame/reuer
sus est ad cellam fratris. et quū pulsaret ostium: et se Joā-
nem diceret: et frater alius obaudiret: et diceret ei. Joan-
nes factus est angelus: et non est super terram: tandē ape
ruit ostium: et quum Joānes ab eo veniam peteret: ait ei
germanus. Si homo es: labora et comede et viue: q: scri-
ptum est in ps̄.cxxvij. Labores manuū tuarum quia man
ducabis. Quum etiam alij anachorite venissent ad quē-
dam patrem qui manebat cum discipulis suis: et eos labo
rantes inuenissent: et dixissent eis. Cur laboratis cibū qui
perit? Jo.vi. Nos enim continue oramus. dixit eis senior.
Nūquid non dormitis et comeditis? ergo non verum dici
tis. Sed ego ostendo vobis quomodo oro continue: inter
po palmas: et dico. Miserere mei deus. Numquid est ora
re? Deinde per laborem meū duodecim denarios lucror:
quoꝝ duos do pauperibus: vt pro me orēt quum comedo
et dormio. ¶ Alius frater peregrinus veniens ad Sylua
num abbatem laborantem/dixit. Cur laboratis? Maria
optimam partem elegit. Luc.x. Syluanus ait discipulis.
Date ei codicem ad legēdum: et ponite eum in vna cella.
Transacta hora nona postq̄ fratres comederant: exiuit il
le de cella dicens/ Numquid fratres non comederunt? et
audiuit q̄ sic: et dixit. Quare me non vocastis? Et dixit ei
Syluanus. Tu homo spiritualis es: et non indiges hac
esca. nos autem tamq̄ carnales opus habemus mādúca-
re: et ideo laboramus. Et quum ille frater verecundatus
inciperet penitere: et dicere/ Indulge mihi abba. tunc re-
spondit ei Syluanus. Necesse est Martha Marie. pro-
pter Martham enim ministrātem laudatur Maria. hec
in vitis patrum. Sine intermissione etiā orare est. s̄m Jo.
cassi. in lib. collationū. in.i. collatione. de oratione. l. custo-
dia cordis a vitijs et curis secularibus: vt tales ante ora-
tionem simus quales in orationibus volumus inuenire.
Et s̄m Jo. cassi. ibi: orō est voti adimpletio. Item si actus

liter semper orandū esset: frustra ecclesia cum dauid septi
es in die ⁊ nocte orare preciperet. xci. dist. presbyter. ⁊ ex͂ de
cele. miss. c. j. Sed q: ẜm Damasce. Oratio est pius affectus
in deū directus: hāc semꝑ conari habere debem⁹, comedē
do, bibēdo, ambulādo, laborando, loquēdo, ⁊ q̄dāmodo
dormiēdo: sicut de beato Frācisco legit̃. q: etsi corpus dor
miat: cor cū deo ambulat: cū eo vigilat: ⁊ de eo somniat.
Can̄. v. Sed vere oratio istorū pseudo aplorū ⁊ begar
dorum in peccatum fit ẜm ps̄. cviij. ⁊ de pe. dist. iij. nihil in
de. q: non orationi vere: sed vagationi ⁊ dormitioni ⁊ in
gurgitationi operā dāt more hypocritarū in angulis pla
tearū ⁊ palam in cōspectu hominum in eccl̄ijs, actum ora
tionis exterioris ostendētes: sed in cubiculis de nocte scri
bentes. ⁊ si orant tēpus quodāmodo perdentes: q: corde
vagātes: vt populus iste labijs aliquoties deum honoret
cor autē longe sit ab eo. Esa. xxix. ⁊ Mat. xv. facit de cō. di.
v. non mediocriter. et Mat. vj. in prin. Cum oratis nō eri
tis sicut hypocrite tristes: qui amant in synagogis ⁊ in an
gulis platearū stantes orare: vt videant̃ ab hominibus.
Chryso. super Mat. Est aūt oratio quasi quoddā spūale
tributum: qd̄ aia offert deo de visceribus suis. quāto ergo
gloriosior est: tanto cautius est seruāda: ne propter homi
nes facta vilescat. Item idem in Homil̃. Hypocritas vo
cat qui deū se fingentes orare: homines circūspiciunt. et
ideo subdit: Qui amant in synagogis orare. Idem super
Mat. Puto aūt ꝙ hoc non ad locum refert dominus: sꝫ
ad propositū orātis. In cōuētu em̄ fidelium orare lauda
bile est sicut dictū est. in. ps̄. lxvij. In eccl̄ijs bn̄dicite deū.
qui ergo sic orat vt ab hominibus videat̃: non deū aspicit
sed homines. ⁊ ideo quantū ad ꝓpositum suū in synago
ga orat. vn̄ dicit dn̄s: qui amāt quasi cupiant videri. Cui⁹
autē orantis mens solum aspicit deum: quāuis in synago
ga oret: tamē apud se in secreto videat̃ orare. Et in angu
lis platearū. vt videant̃ abscōse orare: ⁊ sic dupliciter lau
dētur: ⁊ q: orant: ⁊ quia absconse orant. sed nullus angu
lus platee multū occultus est. Itē ibi glos. vel anguli pla
tearū sunt vbi via ꝑ trāsuersum vie ducit̃: ⁊ in quadriuiū
redit. Chryso. super Mat. Eo ergo ꝓposito in cōuētu ve
tat orare vt a conuentu videatur. vnde subditur: vt videā
tur ab hoibus. Orans ergo nihil nouū faciat, quod aspi
ciant homines: vel clamando: vel pectus percutiēdo: vel
manus expandendo. Augu. de sermone dn̄i. Non autem
videri ab hominibus, nefas est: sed ideo hoc agere vt ab
hominibus videaris. Chryß. in homil̃. A vana em̄ gloria
vbiq; eruī bonum est: maxime autē in oratione. si em̄ sine
hoc cogitationibus circūferimur: si ad orādū ingressi fue
rimus, hanc habētes egritudinem qualiter intelligemus
ea que a nobis dicunt̃: adde hic que no. J. in. §. aliud vitiū
peculiare. ver. Item Mat. vj. in ar. lxxviij. ¶ Habere aūt
gratiam orationis mētalis paucorū est: rarissimorū aūt sta
tum extaticum et contēplationem ascēdere. Et ideo eccle
sia non precipit nec indicit orationē mentalem: sed atten
tam vocalem pro loco ⁊ tēpore opportuno. ex͂ de cele. miss.
dolentes. de quo vide qd̄ no. Jo. an. in cle. de rel̃. ⁊ venera.
sanctorū. si dn̄m. ¶ N Utinam hi tales pseudo apostoli
et ficti religiosi nō sic orarent: sed foderēt et ararēt. Gen̄.
iij. Et panem in sudore vultus sui manducarent: et oratio
ne vocali dn̄ica, pater noster, cōtēti essent: sicut alij simpli
ces huius mundi: vt non cum sua simulata et imaginaria
oratione perirēt. Sed quidā ex eis in mūdo porcarij: qui
dam pecorarij: quidam armētarij: quidam cemētarij: qui
dā carbonarij: quidā fabriferrarij: aut alijs diuersis operi
bus mancipati, de labore manuum iuste sibi victū queren
tes: ⁊ sue familie, talem sanctum laborē et a dn̄o indictum
refugientes. Gen̄. iij. quia homo nascitur ad laborādum.
Job. v. muta habitu quē sibi adinuenerūt: sꝫ nō corde de
labore et erūna, vilitate et paupertate ad otium ⁊ requiē
corporis, vbertatem et libertatem notiam, transferunt: ⁊
de vera penitentia quā in mūdo faciet de iustis suis labo
ribus se et suam familiam sustentātes; et christum in suis
pauperibus honorantes. Prouer. iiij. j. q. j. non est putan
da. ad fictam penitētiam transferūt: ⁊ de eis ad literā ver
bum dn̄i potest dici Act. xx. in fi. et ex͂ de cele. miss. cum mar
the. §. verum. beatius erat illis dare pauperibus elemo
synas etsi paucas: ꝙ nunc sub habitu pauperum recipere
aliena: sicut inferi⁹ declarabo. ¶ Porro nullus quasi su
pradictorū sarrabaitarū gyrouagorū et pseudo apostolorū
begardorū et fratricellorū, ⁊ illorū de paupere vita labora
re vult manibus suis: sed de elemosynis viuunt. Qr aūt
mendicare nō possint et de elemosyna viuere sic dare ꝓ
batur. ¶ O Sancta dei ecclesia certos in cōcilio gene
rali, mendicantiū ordines approbauit: oēs alios reproba
uit. ex͂ de reli. domi. religionū. lib. vj. Sed certū est ꝙ oēs
predicti aliquē modum ordinis sibi cōstituūt in habitu in
vita et in cōgregatione. quidā ex eis in sua secta viuētes,
sub cuius colore mendicant de nullo approbato ab eccle
sia ordine mendicātium existentes cōtra ecclesiam viuūt.
immo istis temporibus dn̄s papa Joānes. xxij. cōtra oēs
sic viuentes et eis fauentes excōmunicationis sentētiam
promulgauit in quadam extrauagāti edita cōtra eos que
incipit, Sancta romana. et nihilominus clemēs in sua cō
stitutione istos begardos tāq̄ suspectos de heresi repro
bauit. ex͂ de hereti. ad nostrū. in clemē. quorum errores in
ferius annotantur. Itē ẜm Augu. de operibus monacho
rum. Nō possunt de elemosyna viuere nisi predicatores
ab ecclesia approbati. xliij. dist. quiescamus. sacramentorū
ministratores. ministri etiam altaris: qui tantū etiam reli
querunt ⁊ pauperibus erogarunt: ꝙ in seculo poterāt vi
uere. Et intelligo ꝙ aliquē statū approbatū ab ecclesia re
ceperunt, saltem verum eremiticum. xvj. q. j. qui vere. quia
non sufficit relinquere sua ⁊ dare pauperibus: nisi ⁊ xp̄m
in aliquo statu licito q̄s sequatur. vnde Matth. xix. Ecce
nos reliquimus om̄ia ⁊ secuti sumus te. Ubi Greg. Quia
ergo non sufficit tantū relinquere: iungit qd̄ ꝑfectum est:
⁊ secuti sum⁹ te. nō dicit qui reliquistis om̄ia. hoc em̄ ⁊ So
crates ph̄us fecit ⁊ multi alij diuitias contēpserūt: sed qui
secuti estis me qd̄ ꝓprie aplorū est atq; credētium. ad hec
xij. q. ij. gloria. ℣. Socrates. Sed supradicti pseudo nullū
statū ab ecclesia approbatum seruāt: nec aliquā de predi
ctis cōditionibus quas Augu. ponit prout cōmuniter ha
bent. ¶ Item habens in bonis vnde victum ⁊ vite neces
saria sibi ꝑpiat: mēdicare non pōt. j. q. ij. pastor. ⁊. c. cleri
cos. ⁊ ibi no. ⁊. lxxxvj. di. nō satis. ℣. sed hec. ⁊ alias habēs
etiam facultatem laborādi operādi ⁊ artificijs vel mani
bus proprijs victum querendi, mendicare nō potest. xxj.
q. j. clericus. in fi. ⁊. xci. di. clericus victum. ⁊ ibi no. ⁊. lxxxj.
di. c. j. C. de mendi. val. l. vna. v. q. v. non omnis. xxiij. q. iiij.
nimium. in aūt. de questore. §. si vero vite. ℣. si vero huius
modi. vsq; ad. §. si vero aliqui. xxxj. q. j. quomodo. no. xxiij.
q. iiij. §. ex his. glos. dum inde. ¶ Unde ⁊ dicti fratricelli ⁊
begardi ⁊ pseudo apostoli quū proprium habere possint:
nullam approbatā regulā promittentes: ⁊ si aliqui ex eis
vitam eremiticam tenere videantur: qui propriū habent:
vt. xix. q. vlt. §. econtra. quū laborare possint: ⁊ si nesciunt
discant: petēdo elemosynam peccant mortaliter contra
iura ⁊ canones faciendo. xxv. q. j. violatores. ⁊. c. generali.
liij. q. j. qd̄ precipit̃. ¶ Itē ꝯtra charitatē faciūt: q: elemo
synā pauperis infirmi, vel senis, vel nō potentis laborare
sibi vsurpant contra id. xlvij. di. sicut hi. ⁊ pre. c. non satis.
Et quia negligunt tales iustitiam operandi de cibo men
dicato securi: ideo eis etiam esurientibus non tamen ad
mortē cibus tollendus est ẜm Augu. v. q. v. non omnis. et
no. xlij. distin. quiescam⁹. Et si monachi ab ecclesia appro
bati manibus laborare tenētur. xvj. q. j. de presentium. et
probatur late inferius. Et fratres minores ẜm regulam
eorū, vt declarat̃ ex͂ de ℣. signi. exijt. li. vj. multo potius hi
tales: qui nec tamen veri eremite sunt eremum incolen
tes. de quibus in autent̃. de monachis. §. cogitandum. ha
bentes nomen sine re. contra id. xlij. distin. oratorium.
xvj. questi. j. si cupis. ¶ Itē si statum anachoriticum aut

eremiticam seruare se dicūt qui est/ vt.s. dixi/ ab ecclesia
approbatus. et̄ de excel. prela. cum ex eo. §. fi. lib. vi. vbi de
hoc. adhuc eos i tali statu laborare oportet: vt dictū est in
additione. et de sudore suo sibi cibum querere: ⁊ non men
dicare: nec alienam agapen recipere: nisi in vltima essent
mortis necessitate ineuitabili cōstituti. ad hoc. lxxi. dist. c.
fi. et. lxxxij. dist. §. j. ⁊. c. j. vbi de hoc a sensu contrario. et ibi
no. ⁊ expressum. xxxi. q. j. quomodo. ibi. Et idcirco etas pre
scribitur: vt illi tm̄ accipiant pauperum cibos: qui iam la
borare non possunt. et de cōse. dist. v. nūq̄. Et fratres etiā
minores ex regula laborare tenētur: sed clerici propter oc
cupationē laboris spiritualis/ officij diuini/ lectionis/ stu
dij/ predicationum/ cōfessionum/ et funllium/ excusantur:
sed eorum laici professi obligantur ad laborandum: nisi quū
sunt in fratrum clericorum seruitijs occupati. et̄ de verbo.
signi. exijt. lib. vi. facit etiam ad hec. j. q. ij. sacerdos. xc. dist.
in palea. presbyter. et. c. clericus. j. et. ij. v. q. v. nō omnis. Et
dicit lex ꝙ pauper qui laborare potest/ si se immiscet elee
mosyne imperatoris redigitur in seruitutem. C. de mendi
can. vali. l. j. lib. xi. et notatur in preal. c. j. lxxxi. dist. Sic vixe
runt omnes anachorite et eremite ⁊ cenobite in Egypto/
et in Libya/ et in Palestina/ ⁊ in omnibus alijs Grecie lo
cis: ⁊ vbilibet antiquitus cōstituti. s. de laboribus manuū
suarum/ sicut in vitis patrum/ et in libris Jo. cassi. ⁊ in lib.
qui dicitur paradisus: et in regula beati Benedicti mani
festum est. et patet. xvi. q. j. de presentiū. ibi. labor manuū.
Et hanc formā laborādi primo dedit angelus sancto An
tonio magno secundo eremite post Paulum in forma hu
mana sibi apparens/ instruens per actum quomodo ora
ret et operaretur: et posthmodum post eum oēs sancti ana
chorite et cenobite egyptij maxime de laboribus proprijs
vixerunt. sicut in vitis patrum habetur. adeo enim intēti
erant illi veri religiosi operi manuali: ꝙ non solum vitam
suam ex suis operibus transigebant: sed per Egyptum et
Libyam per carceres et hospitalia et alia pia loca que su
pererant eleemosynas transmittebāt: et de suis sanctis et
iustis laboribus alios pauperes inualidos sustentabāt:
adeo vt vix pauperes sufficerent ad tantas eleemosynas
receptandas. Jmmo quidam ex patribus in vltimis ere
mis remotis ab hominibus existentes/ et operas suas vē
dere nō valentes/ et de fructibus et herbis eremi ⁊ de ali
qua agricultura viuētes/ nihilominus laborabāt: ⁊ postq̄
cellas suis operibus implerāt: ignē eis apponebant: asse
rentes monachum nō posse in solitudine sine labore ma
nuum permanere. vt narrat Jo. cassi. in. xij. libel. in lib. de
acidia. de abbate Paulo probatissimo patrum. Quanto
autem (quod est mirabile et notabile) magis contempla
tiui quidam ex eis amplius manibus laborabāt: vt patet
in Machario et Arsennio. Laborabāt autem de palmis
funiculos faciendo et plectas/ vascula lignea aut iuncea/
aut cingula. quidam eorum erant fabri. nā et Joseph pa
ter christi putatiuus faber lignari⁹ fuit. Mat. xiij. Mar.
vi. Luc. iiij. ⁊ simile Jo. vi. ibi. Nōne hic est filius fabri? Au
gu. in sermone natiuitatis. Est autē pater christi faber de⁹
qui totius mūdi opera fabricatus est: arcā Noe disposuit:
Moysi tabernaculū ordinauit: arcam testamēti instituit.
Fabrum dixerim qui mentē rigidā explanat: ac cogitatio
nes superbas excidit. Quidam scriptores/ quidā agricul
tores/ quantum eis sufficere poterat: quidam hortulani/
quidam eorum tempore messis messores/ de quo mercedē
recipiebant: nunc pecuniam/ nunc alicuius speciei granū:
quidam eorum fabricabant cellas: ⁊ puteos fodiebant: qui
dam cibanarij. Tradit Jo. cassi. in. ij. lib. institutorum mona
chorum Egypti sic dicens. Operis autem ac sudoris assi
duitatem quisq; monachorum subire compellitur: vt pro
prijs manibus iuxta apostolū. ij. Thessa. iij. quotidianum
victum vel suis vsibus vel aduenientiū necessitatibus pa
rans/ et fastus vite preterite possit et delicias obliuisci: et
humilitatem cordis contritione laboris acquirere. Et in
alio. c. eiusdem libri sic dicit. Nam pariter exercētes corpo
ris animeq; virtutes/ exterioris hominis stipēdia cū emo
lumentis interioris exequantur: lubricis motibus cordis
et fluctuationi/ et cogitationi instabili operum pondera
velut quādam tenacem atq; immobilem anchoram prefi
gētes: qui volubilitas atq; peruagatio cordis intra/ in
tra claustra celle velut in portu tutissimo valeat contine
ri: atq; ita meditationi spirituali tantum et custodie cogi
tatio intenta non modo ad consensum: non praue cuiusq̄
suggestionis peruigilem mentem corruere non sinat: ve
rum etiam ab omni superflua ociosaq; cogitatione custo
diat: ita vt quod ex equo pōderat aut facile possit a quoq̄
discerni. i. vtri propter meditationem spiritualē incessabile
manuum opus exerceant: aut propter vigilitatem operis
tam preclarum spiritus profectum sciētieq; lumen acqui
rant. ¶ In quarto autem libro sic dicit. Et quum tantum
vnusquisq; eorum quotidie de opere proprio reditum cō
ferat monasterio: vt ex hoc nō solum sustentare suam va
leat parcitatem: verū etiam vsibus possit exuberare mul
torum: in nullo tamen inflatur: nec sibi de tāto operis sui
questu ac sudore blāditur: sed preter duo paximatia que
tribus vix denarijs ibidem distrahūtur: nihil sibimet am
plius vnusquisq; presumat. ¶ Itē in. v. lib. sic dicit. Quū
quidam seniorum videret Symeonem italicum non ope
rantem: conijciēs eum tam otij vagatione q̄ rerum penu
ria diutius in cella durare nō posse: certus neminem posse
impugnationes solitudinis tolerare: nisi quum quis pro
prijs manibus sibimet victum fuerit parare cōtentus: vt
daret Symeoni materiam laborandi: quasi indigeret se
nior pro quodam fratre suo libro apostoli latine conscri
pto: dedit illi membranas et vtensilia ad scribendū: et ne
cessitates quasi pro totius anni mercede: ⁊ recepit codicē
scriptum illic nullis vsibus profuturum: quippe in illa re
gione vniuersis notitie lingue latine penitus ignaris: et
hac subtilitate charitatiua egit ille senior: vt ille Symeon
sine confessionis verecundia merito laboris et operis sui
necessaria victus alimenta perciperet: ⁊ ipse sue munificē
tie pietatem tamq̄ debiti necessitate compleret. ¶ Item
in eodem. v. lib. dicit ꝙ Archebius cenobita qui matrem
in quinquaginta annis non viderat: quamq̄ castrum de
quo fuerat amplius quatuor milib⁹ a suo monasterio non
distaret: sciens eam grauari a creditoribus post mortem
mariti debito cētum solidorum/ inter monasterij claustra
perdurās solitum operis pensum sibi triplicari poposcit:
et per totum anni spatium diebus pariter et noctibus de
sudans debiti nodū operis sudore creditoribus soluens/
matrem omni inquietudinis iniuria liberam dereliquit.
¶ Item super illud Mat. j. Erant enim piscatores/ dicit
Theophilus. Vide autē ex laboribus proprijs enutritos:
tales enim digni/ erant christi primi discipuli fieri. Item
idem in. x. lib. de spiritu acidie apostolum commemorans
exponit. ij. ad Thessa. iiij. c. Rogamus autem vos fratres
vt abundetis magis: et operam detis vt quieti sitis: et ve
stra negotia agatis: et operemini manibus vestris: vt ho
neste ambuletis ad eos qui foris sunt: ⁊ nullius aliq̄d de
sideretis. Repete. Quieti sitis. i. in vestris cellulis cōmo
rātes: ne diuersis rumoribus qui solent ociosorum votis
vel fabulis generari/ inquieti effecti: alijs quoq; inquietu
dinē inferatis. Vestra negotia agatis: non curiositate ve
stra actus mundi velitis inquirere: ac diuersorum conuer
sationem explorantes operam vestram nō erga correctio
nem vestram seu virtutum studia/ sed ad detractionē fra
trum velitis impēdere. de qua detractione de peni. dist. j.
homicidiorum. et. xc. dist. alienus. Et operemini manibus
vestris. Nullus enim potest vel inquietus non esse: vel
aliena nō curare negotia: nisi qui operi manuum suarum
non acquiescit insistere. Et honeste ambuletis ad eos qui
foris sunt. Nunq̄ potest nec apud homines seculi ho
neste incedere: qui nequaq̄ claustris celle et operi ma
nuum suarum inherere contentus est. Sed necesse est
eum inhonestum esse: dum necessaria victus requirit: ada

interdicēs opē largitatis aliene/ qui (inquit) nō operaꝛ:
non manducet.ij.ad Thessa.vlti. Itē in vitis patrum. Ab
bas sysoy ait. Corporalis labor dux est humilitatis. Item
dixit Abbas Achillas Abbati Amon. Ego hac nocte.xxij.
vlnas funiculi operatus sum: ⁊ inveritate nō indigeo: sed
propterea laboro ex omni virtute mea: vt ab opere ad ora
tionē tāꝗ ad requiē veniā. Itē dixit alter senex. Labor et
humilitas ⁊ oratio sine cessatione possidēt christū. nam re
quies ⁊ iustificatio propria et volūtas impedimēta sunt.
oēs em̄ pene per ea perierunt. Item dixit quidā frater ab
bati Sysoy. Si habeo aliūde sufficiētiā: videtur tibi vt co-
gitem de labore manuum? Rn̄dit. Quātūuis habeas: nō
negligas operari: et quantū potes/fac: nō tamē cū turbu
lento animo. Itē Serapion presbyter pater erat quasi.x.
miliū monachoꝝ: qui oēs ex laboribus ꝓpriis et mercede
manuū viuebāt: quā tēpore messis acquirebāt: ⁊ partē plu
rimā ad supradictū senem ꝓ pauperibus deferebāt. Om-
nibus em̄ pene Egyptiis monachis moris erat/ tempore
messis locare operas suas ad partē frumenti habendam:
de quo magnā partem pauperū vsibus offerebāt: sed nec
intra Egyptum sufficiebāt pauperes qui possent mie eoꝝ
fructus ⁊ largitatem absumere: sed in Alexandriā naues
onuste frumēto huiusmodi dirigebātur: vel in carcere con
clusis vel reliquis peregrinis ⁊ pauperibꝰ erogādo. Do
cuit etiā magnus Antonius Paulū simplicē quō digitis
corporis opus carnale: cogitatione vero mētis ⁊ intentio
ne operareꝛ que dei sunt. Itē interrogatus abbas sysoy
quomodo oporteret monachū sedere in cella. Rn̄dit. Quā
tum ad id qđ in manifesto est: hoc est vt opus manuum fa
ciat: et semel comedat: ⁊ taceat: ⁊ meditetur. Occulte aūt
in cella ꝓficere est: hoc est vt redarguat seipm̄ vnusquisꝙ
de propriis excessibus in omni loco ad quē pertexerit: ⁊ vt
ministerij horas custodiat: ⁊ de occultis non negligat. Si
autē tēpus contigerit ꝙ vacet ab opere manuū: intret ad
ministeriū operis dei: et id sine aliqua perturbatione con-
summet. Finis autem hoꝝ est vt cogitatū bonū simul te-
neat: et reuocet a se maloꝝ cogitatū. Itē de Hilarione le-
gitur ꝙ fiscellas iunco texens emulabatur monachorum
Egypti disciplinā. et Apl̄m dicentē/ qui nō laborat nō mā
ducet.ij.ad Thessa.vlti.ad Ephe.iiij. de cōse.dist.v. nūꝗ.
Item de eo legitur ꝙ quum vadēs per mūdū ad insulam
peruenisset: in deserto agello manēs/ lignoꝝ quotidie fa-
sciem colligēs/ imponebat dorso: quo venūdato sibi alimo
niam et iis qui forte veniebāt ad eū/ pauxillū panis eme-
bat: q: nec fragmē panis a quoꝙ accepit. Itē quum Ma
charius maior venisset ad Antoniū: et loquerētur sero de
humilitate animarū: et operarētur: vidēs Antonius ma-
gnū opus plectarum qđ fecerat Macharius/ admiratus
est: et osculatus est manus eius dicens/ Multa virtus de
manibus istis egrediꝛ. In monasterio Euticij narrat Gre
go. in dialo. erāt antiquarij libros scribentes: ⁊ ipe abbas
Euticius in valle fenum secabat: ⁊ falcem fenariā in collo
deferēs veniebat. Omnes etiā monachi de vita manibus
cōficiebant linteamina: ex cuius operis emolumēto nulli
eorū quicꝗ deficiebat ad vitā. Regula data Pachamio
ab āgelo dicit. Permittas vnicuiꝙ vt tātū quātū possit ⁊
cibi sumat et potus: et iuxta manducantiū et bibentiū vi-
res paribus quoꝙ eos operibꝰ subiugabis. Et neꝙ quēꝗ
ieiunare vel manducare ꝓhibeas: ita tamē vt fortioribus
et magis edentibus semper onus grauius iniungas. In-
firmiores autem et vere monachi ad operandū leuius vr
geantur. Philothonius monachus ex quo gratiam ba-
ptismi suscepit: sine causa se alterius vsum pane nesciuit:
et ex laboribus propriis elephantiosis.cc. solidos dedit.
Eiconius presbyter nūꝗ de solitudinibus egressus est ꝑ
xl. annos fungens officio sacerdotis: nec nisi ꝓprio opere
et sudore quesitum attigit panē. Venerūt quidā patres
ad quēdam leprosum vt darēt ei eleemosynam: ille nō ac-
quieuit accipere/ dicens. Ecce modicas palmulas habeo
quas operoꝛ: et facio plectas ex eis: et māduco panē. Et
iterum venerūt ad domū cuiusdā vidue que habebat fi-
lios: ⁊ quum pulsarent ostiū: cucurrit filia nuda ad ostiū:
mater vero iuerat ad opus: erat em̄ candidatrix: et dabāt
filie eius vestimētum et nūmos: ipsa autē nolebat accipe-
re dicens venisse matrē suā et dixisse sibi/ cōfide filia: quia
noluit deus: et inuenio opus qđ facio hodie vnde habea-
mus victū nostrū. Et quum venisset mater eius: rogabāt
eam vt eleemosynā acciperet: ⁊ noluit dicens. Ego habeo
curatorē deum meū: ⁊ vos vultis eum tollere a me hodie.
Illi autem agnoscentes fidem eius glorificauerunt deū.
Ista etiam duo exēpla proxima posui.l.in.§.nūc vero.ver.
quidam.cū seq.in ar.liiij. Iterū dixit senex. Surgens ma
ne dic ad teipsum. Labora corpus vt pascaris. sobria esto
aīa vt apprehendas hereditatē. hoc de vitis patrū et col-
lationibꝰ intuli. Et recusantes hodie manibꝰ laborare cō
fundantur: et timeant mortem panem comedētes otiosi:
q: scribitur Prouerb.vlti. Et panem otiosa non comedit:
et date ei de fructu manuum suarum. Et Hiero. in canone
de cōse.dist.v.nūꝗ.dicit. Semper aliquid facito: vt te dia
bolus inueniat occupatū. ⁊ sequitur ibi. Si apostoli habē
tes potestatē de euāgelio viuere/ laborabāt manibꝰ suis
ne quē grauarēt: et aliis tribuebāt refrigeria quoꝛ pro spi
ritualibus debebant metere carnalia.j. Coꝛ.ix. ex̄ de pre-
scrip.cum officij.de censi.cū apostolus. cur tu in vsus tuos
successura non preparas? vel fiscellam texe iunco: vel cani
strum lētis plecte viminibus: seratur humus: areole equo
limite diuidātur: in quibus quum olerum iactata fuerint
semina: vel plante per ordinem posite: aque ducantur irri
gue. Inserātur fructuose arbores vel gēmis vel surculis:
vt paruo post tēpore laboris tui dulcia poma decerpas.
Apū fabrica aluearia ad quas te mittūt Salomonis pro-
uerbia. texantur quantū ad sententiā. Prouerb.xxiiij.ibi.
Comede fili mi mel: quia bonum est. quātum ad literā in
ecclesiastico dicitur Eccl̄iasti.xi. Breuis in volatilibus est
apis ⁊c. lina capiendis piscibus. scribantur libri vt et ma-
nus operetur cibos: et anima lectione saturetur. In desi-
deriis autem est omnis otiosus. Prouerb.xxi. Egyptiorū
monasteria hunc morem tenent: vt nullum absꝙ opere ⁊
labore suscipiāt: nō tam propter victus necessaria/ ꝙ pro-
pter anime salutē: ne vagentur peruersis cogitationibus
et ad instar fornicantis israel omni transeunti diuaricent
pedes suos.xxxij.q.v. paulus. in fine. hucusꝙ Hiero. scri-
bens ad Rusticum monachū ⁊ per eum alios monachos
instruens. vt dicit in fine.c.predicti. Item ibi Hierony. in
canone.xxi.q.j.quomodo. exponēs verbum Apostoli.j. ad
Timo.v. Vidua/ inquit/ eligatur non minus.lx.annorum
que fuerit vnius viri vxor: hoc est preceptuꝫ de eis viduis
que ecclesie pascuntur eleemosynis: et idcirco etas prescri
bitur: vt ille tantum accipiant cibos: que iam laborare nō
possunt.ex.s̄. positum est. Itē Prosper in canone preall.
j.q.ij.sacerdos. Quid est de euangelio viuere: nisi labora-
tem inde vbi laborat necessaria vite percipere? Qui ergo
in euangelio nō laborat: quomodo potest eleemosynam
recipere: quam tamē Paulus non recipit viuens de suis
laboribus? vt ibi dicitur. vt gyrouagis ⁊ pseudo religiosis
tolleret materiam mendicandi: et daret materiam labora
di. vt superius est probatum. Preterea canon preallega.
lxxxij.dist.c. episcopus. dicitur. Episcopus pauperibus vel
infirmis qui debilitate faciēte suis manibus laborare nō
possunt: vestitum et victum inquantum sibi fuerit possibi
le/ largiatur. ergo a sensu cōtrario/ si laborare possunt: nō
debent eleemosynam recipere. Item vere s̄m Augu. in
canone.v.q.v.non omnis. xxiij.q.iiij.nimium. vtilius esu-
riēti panis tollitur: si de cibo securus iustitiam negligat:
quia iustum est s̄m Apl̄m.ij. Thessa.vlti. Qui nō laborat
non manducet: ꝙ panis ei frāgitur: vt iniustitie seductus
acquiescat.i.ignauie ⁊ acidie: q: homo nascitur ad laborē.
Iob.v. ergo iustum est vt laboret. vbi Bernar. Homo ad
laborē natus/ si laborem refugit: nec facit ad qđ natus est:
ad qđ venit in mūdum; quid respondebit ei qui misit eū:

qui instituit vt laboraret? Itē super illud Mat. vj. Ideo
dico vobis ne soliciti sitis aīe vestre q̄d māducetis: nec cor
pori vestro q̄d induamini. Aug. de heresibus. dicunť antē
Euticħide quidā heretici opinātes monachis nō licere su
stētande vite sue causa aliquid operari: atq̧ ita seipsos p̄
siteri vt oīno ab operibus vacēt. Itē Aug. de operib⁹ mo
nachoꝝ. Inquiūt enim. nō de hoc opere corporali in quo
vel agricole vel opifices laborant/ precepit apl's quū dice
ret. ij. Thessa. vlti. Qui nō vult operari nō māducet. Neq̧
euāgelio posset eē cōtrarius vbi ait dn̄s. Ideo dico vobis
ne soliciti sitis aīe vr̄e ꝛc. In verbo ergo apl'i predicto spi
ritualia opera debemus accipere: de quib⁹ alibi dicitur. j.
Cor. ij. xix. di. scdm. ex̄ de deci. cū nō sit. Ego plantaui: apol
lo rigauit. Et ita se arbitrātur aplīce ꝛ euāgelice obtēpera
re sentētie: quum euangeliū credūt de non curāda corpo
rali huius vite indigētia precepisse: et Aplm̄ de opere ꝛ ci
bo spūali intellexisse. Qui nō vult operari nō manducet.
Prius ergo demonstrare debemus Aplm̄ opera corpora
lia seruos dei operari voluisse. premiserat em̄ dicens. ij. ad
Timo. vlti. Ipi em̄ scitis quomodo oporteat imitari nos:
qm̄ nō inquieti fuimus iter vos: neq̧ panē ab aliquo gra
tis manducauimus: sed in labore et fatigatione die ac no
cte laborātes: ne quē vestrū grauaremus. Nō quasi nō ha
buerimus potestatē: sed vt nosmetipsos formā daremus
vobis q̄ nos imitaremini. Nā et quū essemus apud vos:
hoc denūtiabamus vobis: qm̄ si quis nō vult operari: nō
manducet. Quid ad hoc dici potest: qn̄ exēplo suo docuit
quod precepit. s. corporaliter operādo? Nā q̄ corporaliter
operareť ostēditur in actibus vbi dicť Act. xviij. q̄ mansit
cū Aquila et vxore eius Priscilla opus faciēs apud illos:
erant em̄ tabernaculoꝝ artifices. Nostra translatio sic ha
bet. Et q: eiusdē erat artis: manebat apud eos ꝛ operaba
tur: erant aūt scenofactorie artis. Et m̄ Aplo tāq̄ predica
tori euāgelij/ militi christi/ plātatori vinee/ pastori gregis/
constituerat dn̄s. Luc. x. Mat. x. vt de euangelio viueret:
qui tamē stipendiū sibi debitum nō exegit: vt se formā da
ret eis qui exigere indebita cupiebāt. Audiāt ergo qui nō
habēt hanc potestatē quā ille habebat: vt tātūmodo spiri
tualiter operātes/ manducēt panē a corporali labore gra
tuitū. Si aūt euangeliste sunt: si ministri altaris: dispensa
tores sacramētoꝝ: habēt hanc potestatē: si saltē habebant
aliquid in seculo quo facile sine opificio sustentarent hāc
vitā: qđ cōuersi ad deū indigentibus dispertiti sunt: ꝛ cre
dēda est eoꝝ infirmitas ꝛ ferēda. Nec attendendū in quo
loco hoc qđ habebāt impēderint: quū oīm christianoꝝ sit
vna respublica. Sed qui veniūt ad professionē seruitutis
dei ex vita rusticana et ex opificū exercitio et plebeio labo
re: quominus operētur excusari nō possunt. Nullo em̄ mo
do decet vt in ea vita vbi senatores sunt laboriosi: ibi fiāt
opifices otiosi. Et quo veniūt relictis delicijs suis qui fue
runt prediorū dn̄i: adsint rustici delicati. At quum dn̄s ait
Mat. vj. Nolite soliciti esse ꝛc. nō hoc dicit vt ista nō parē
rēt quantū necessitatis est: vnde honeste viuere poterūt:
sed vt nō ista intueantur: ꝛ ꝓpter ista faciāt quicqd in euā
gelij predicatione facere iubetur. Eā nāq̧ intentionē pau
lo superius oculū vocauerat in eodē c. Mat. vj. ibi. Lucer
na corporis tui est ocul⁹ tuus. si oculus tu⁹. i. intentio sim
plex fuerit ꝛc. hucusq̧ Augu. vbi. s. ꝛc. ¶ Item ibi Hiero.
Precipiť ergo nobis ne soliciti simus q̄d comedamus: q:
in labore vultus. Gen̄. iij. preparam⁹ nobis panē: ergo la
bor exercēdus est: solicitudo tollēda. Item ibi Chrys. Nō
em̄ solicitudinibus spūalibus/ sed laboribus corporalib⁹
acquirēdus est panis: qui laborātibus ꝓ premio diligētie
deo prestāte abūdat: ꝛ negligētibus ꝓ pena deo faciente
subduciť. Itē Aug. de operibus monachoꝝ. Quidā dicūt
propterea se operari nō debere: q: volucres celi nec semi
nāt nec metūt. Cur ergo isti nō attendunt quod sequitur.
Neq̧ cōgregāt in horrea? Cur ergo isti manus otiosas: et
plena repositoria volūt habere? Cur deniq̧ molunt et co
quūt? Hoc enim aues non faciūt. Aut si reperiunt quibus
hoc persuadeāt vt eis per singulos dies escas afferāt pre
paratas: saltē sibi de fontibus aquā afferunt ꝛ reponunt:
qđ volatilia nō faciūt. Sed si nec aqua sibi vasa coguntur
implere: iam illos qui tūc erāt Hierosolyme nouo gradu
iustitie supgressi sunt: q̄ demisso sibi ex Grecia frumēto pa
nem fecerūt/ aut facere curauerūt qđ aues nō faciunt. Nō
possunt aūt seruare vt nil. s. in crastinū reponāt: qui se per
multos dies a conspectu hoīm separatos ꝛ nulli ad se pre
bētes accessum includūt seipsos: viuentes in magna intē
tione orationum. An forte quo sunt sanctiores: eo sunt vo
lucribus dissimiliores? Qđ autē dicť de volatilibus celi/
ad hoc dicť ne quisq̄ putet deū seruoꝝ suorum necessaria
nō curare: quū eius prouidētia vsq̧ ad ista gubernāda p̄
ueniat. Neq̧ em̄ nō ipse pascit eos qui manibus operan
tur. Neq̧ em̄ q: deus dixit in ps̄. xlix. Inuoca me in die tri
bulationis ꝛ eruā te. nō debuit fugere apl's: sed expectare
vt Act. ix. vij. q. j. ibi cōprehenderetur: ꝛ cū deus sicut tres
pueros de medijs ignibus liberaret. Dan̄. iij. xj. q. iij. impe
ratores. ꝛ. xxiij. q. iiij. nō inuenitur. Sicut em̄ qui sanctis fu
giētibus huiusmodi questionē obijceret: respōderēt nō se
oportuisse tentare deū. Mat. iiij. ꝛ. xxij. Luc. iiij. ꝛ. xxij. q. ij.
queritur. sed tūc talia deum si vellet esse facturū: vt eos. s.
liberaret sicut Danielem a leonibus. Dan̄. vlti. et Petrū a
vinculis. Act. ij. quū ipsi quid facerēt non haberēt: quū ve
ro fugiendi eis potestatē dedisset: etiā si liberarētur per il
lam: nō nisi ab ipso liberari. Sic dei seruis valentibus ma
nibus suis victum transigere: si ex euāgelio mouerit que
stionē de volatilibus celi que nō semināt neq̧ metunt: fa
cile respondebūt. Si nos per aliquā infirmitatē vel occu
pationē non possumus operari: ille nos pascet sicut aues
que nihil operātur. Quū aūt possumus: nō debemus ten
tare deum: q: hec que possumus: eius munere possumus:
et quum hic viuimus: illo largiēte viuimus: qui largitus
est vt possimus: et ille nos pascit a quo aues pascuntur.
hucusq̧ Augu. vbi. s.

Labor aūt manuū intētione recta adhibitus hec bona oia operatur. scilz Otium ꝛ acidiā expellit. Corpus mortificat. Cor humiliat. Mentē cōprimit: ne per illicita vagetur. Tenet hoīem ne discurrat. Paupertatem cōseruat et nutrit. Libidinem refrenat. Silentiū subministrat. Grauem et maturū religiosum cōstituit: ꝛ honestū prece ptū dn̄i/ scz In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gen̄. iij. Et apl'i. Qui nō laborat nō māducet. ij. ad Thessa. vlti. custodit. Verecundiam petendi contegit et conseruat: et frontositatem et importunitatem exigendi repellit. Furtum et quācumq̧ vsurpationem rei aliene cohibet. Eleemosynam nutrit. Orationem et contemplationem germinat. Fastum et elationem vulnerat. Cor compungit. Si moderatus sit: tristitiā carnalem fugat: et ceteras passiones marcescere facit. Solitudinem manutenet. Beatitudinem gratie impetrat in hac vita: et glorie in futuro. supra illud ps̄. cxxvij. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Caueant autem laborātes maxime viri spirituales/ ne labor nimius manuum sit philargyrie: id est auaritie incentiuum: sicut in collatione predicta Piamonis de tribus generibus monachorū de sarrabaitis habetur. Nam ibi Piamon pater loquens de nobili genere monachorum qui cenobite dicūtur: et de teterrimo et infideli genere monachorum qui sarrabaite dicuntur. dixi in prin. istius. sic ait. Illi scz cenobite ob hoc certatim statutum trangredi canonem diuinis operibus elaborant: vt quicquid monasterij sanctis vsibus redundarit: vel carceribus/ vel xenodochio/ vel indigentibus p̄ abbatis dispensetur arbitrio. Isti scz sarrabaite sic laborare nitūtur: vt quicquid quotidiane superfuerit gule: aut profusiori proficiat voluptati: aut certe philargyrie vitio recondatur. Illos scilz cenobitas patientia atq̧ discretio qua tam deuote in hac quam semel arripuerint professione perdurant: vt nunq̄ suas expleant voluptates crucifixo

Varia laboris commoda.

ſtros huic mundo quotidie ⁊ continue viuoſq̧ martyꝛes facit. Hos ſcilicet ſarrabaitas arbitrij ſui tempoꝛe viuos ad inferna demergit. hucuſq̧ Pianō. ¶ Propter predictas oēs vtilitates q̄ ex dictis vite patrū trahunt: oēs ſctē regule ab eccleſia appꝛobate eas ꝓficientib⁹ laboꝛes manuū indixerunt. pš. lxxvij. Sed heu heu ſancte eleemoſyne et ſanctus panis angelicus q̄ pro noīe dn̄i petit⁹ colligitur oſtiatim: impinguāt hodie in eccleſia dei centum milia et mille milia ribaldoꝛū: q̄ pane ſaturati et otio dediti: ſicut ab Ezechiele deploꝛat in iniquitatē incidunt Sodomoꝝ qui fuerunt acidioſi ⁊ guloſi: ⁊ ideo in illud nefandū piaculū iciderūt. Eze. xvj. vltra mediū. Multi em̄ ſub ſpecie religionis alios viſitantes/ ⁊ eis adulātes/ ⁊ mēdacia cōponentes/ comedūt panē impietatis: ⁊ vinū iniq̄tatis bibunt. Prouer. iiij. ⁊ Eccli. xx. Qui edunt panem illi⁹: falſe lingue ſunt. Iſte eſt etiā ille panis peſſimus de q̄ etiā dicit Prouer. xx. Suauis eſt homini panis mendacij: et poſtea implebit os eius calculo. i. lapide ignito. dicit gloſ. Et vtinam pro minoꝛi malo tales pſeudoreligioſi otioſi panem neceſſariū peterent ⁊ acciperent. ſed ſupfluum petūt: ⁊ ſic vt mercatoꝛes ⁊ fures qđ ſupereſt eoꝝ gule ⁊ crapule/ cōmutant ⁊ vendunt. panē ſanctū in ſe amoꝛe dei collatum in pꝛofanas alias ſpecies cōmutant dātes pro eis panes eleemoſyne: imo ſe turpiter defraudantes. Nō em̄ datur panis eleemoſyne vt vendat: ſed vt pauper exinde alatur vnde Eccli. xxxiiij. Panis egentiū vita pauperis eſt: q̄ defraudat illū: homo ſanguinis eſt. ar. xiij. q. ij. q̄ oblationes ſ. Etiā ſupereſt altari pauperi tribuat. lxxxvj. di. non ſatis. ℣. ideoq̧. ⁊ i gloſ. ar. ꝙ paup. ⁊. xij. q. j. habebat. Accipiētes aūt panem ſupfluū vel alias eleemoſynas nō neceſſarias pꝛo preſenti vel bꝛeui tēpoꝛe in futurū aliena ſm Hiero. xlij. di. §. oꝛdinandus itaq̧. ⁊ Ambꝛo. xlvij. di. ſicut. rapere cōuincunt. ibi dicit. Pluſq̄ ſufficit ſumptū/ violenter obtentum eſt. Et Amb. ali. Qui nō indiget ⁊ accipit: rapit. ⁊ de talib⁹ Job. xv. Ignis deuoꝛabit tabernacula eoꝝ qui libenter munera accipiūt. Sed dicit dn̄s Eſa. xxxiij. Beatus q̄ excutit manus ſuas ab omni munere. lingue man⁹ ⁊ obſequij. ſm Greg. j. q. j. ſunt nōnulli. O ſancta eccleſia mater veroꝝ pauperū: quot hodie in te cōmuniter ſunt queſtoꝛes tot ſunt raptoꝛes. vix hodie nedum inter ſeculares: ſed etiā inter religioſos inter mille nō inuenit q̄ recuſet oblata: imo q̄ de eleemoſynis pꝛomptuaria nō faciat ex hoc in illud. ſm Dauid. pš. cxliij. imo q̄ non neceſſaria ꝑ importunitatē nō petat. Nō inuenit quaſi qui dicat ſatis eſt: non plus. Et ſcribitur. Prouerb. xxix. Sanguiſuge. i. demonis ſanguinē fideliū ſugentis due ſunt filie: ſcilicet foꝛnicatio ⁊ auaritia. ſemper dicentes/ Affer affer. q: ſm Bern. nec coꝛpus voluptate nec animus vanitate aliquādo ſatiat. Homini em̄ fideli totus mūdus diuitiarum eſt: quia in deo ſperat. Homini aūt infideli nec obol⁹. ſubaudi totus mundus eſt. xiiij q. iiij. q̄d dicamus. ¶ R Sed ſancta hodie paupertas ſobꝛia fidelis ⁊ larga in pꝛofluitatē infidelitatē ⁊ auaritiā verſa eſt. hodie tenacitas ſub ſpecie virtutis parſimoniā ſe vocat. xlj. di. ſepe. O quot milia eleemoſynarū pꝛocurat fieri crudelis ſathan: vt veri pauperes ſpiritu ⁊ opere accipientes ſupflua aliena rapiant. xlvij. di. ſicut. et perdant meritū paupertatis. Nec curat aſtutus ſerpens ſi eleemoſynam quis aliquādo dans lucretur vitam: dūmodo indebite accipiens incurrat phylargyꝛie moꝛtē. nam in eodē actu frequenter vnus demeretur: ⁊ alter meretur. xxiij. q. j. quid culpatur. in ſi. xxij. q. v. pꝛopoſito. Audiui enim quū ſtarem in monte aluerne a ſi dedignis fratribus/ ꝙ quū in pꝛimis noſtri oꝛdinis tempoꝛibus fratres noſtri vbilibet maxime in monte illo rigidam tenerent obſeruantiam paupertatis in terricula illa demon in domicellum pulcherrimū ⁊ induſtriū transfiguratus/ ad domum cuiuſdam nobilis de illa guardiana venit. q̄ nobilis ſatis inhumanus illis fratribus ante erat factuſq̧ cellerarius ſuus demon ille/ frequenter dominū arguebat ꝙ ſanctis illis fratribus de aluerna non faceret eleemoſynas copioſas. ⁊ ad inſtantiā eius nobilis ille incepit largiſſime fratrib⁹ pꝛouidere: et de die in diē in eleemoſyna eis facienda creſcere. pꝛopter quod fratres inceperunt in vita relaxari: ⁊ ex occaſione abundantie rūpere paupertatē. qđ quidam ſenioꝛes de loco fratres attendētes/ ⁊ gementes/ ⁊ admirātes quomodo ille nobilis qui pꝛius tenax erat ad fratres: ſic miſericoꝛs factus erat: iuerunt ad domū eius: ⁊ interrogantes eum quomodo nūc ſic afficeretur ad eos/ qui de eis curare non conſueuerat: Reſpondit ꝙ hoc ad ſuggeſtionē illi⁹ ſui cellerarij faciebat. quo viſo vnus eoꝝ cognouit in ſpiritu ꝙ demon eēt q̄ nullo modo reſpicere poterat in illum fratrē. Cui quū diceret frater ⁊ coniuraret quis eſſet: demon cum magno ſtrepitu diſparuit ſicut fum⁹. fratres redeūtes ad locū ⁊ referētes hec ad ſuā parcitatē ⁊ ſanctā inopiam redierunt.

¶ Articulus. liij.

SEd ⁊ O alma mater eccleſia nedum contra tua ſtatuta viuūt ſapꝛadicta pſeudo anachoꝛite: ⁊ contra dicta apoſtoli pauli: ⁊ dicta ſanctoꝛū ſuperius allegata: ſed inſuper multi eoꝝ maxime pſeudo apoſtoloꝛum ⁊ begardoꝛū multis ſunt erroꝛibus implicati. quoꝝ aliquos ſponſus tuus papa clemens quintus in ſua declarat cōſtitutione: que incipit/ ad noſtrum. in titu. de heret. in clemen. dicens. A

ET vnus erroꝛ eoꝝ eſt: Homo in pꝛeſenti vita tātum ⁊ talē gradum perfectiōis poteſt acquirere/ ꝙ reddetur penitus impeccabilis: ⁊ amplius in gratia pꝛoficere non valebit. nam vt dicunt/ ſi quis poſſet ſemper pꝛoficere: poſſet aliq̄s chꝛiſto perfectioꝛ inueniri. Iſti moueri videntur ex authoꝛitate Jo. in epiſtola. j. c. iij. ibi. Omnis qui nat⁹ eſt ex deo: peccatum non facit. de peni. diſt. ij. §. opponitur. ℣. Item ſm hanc. Sed Hiero. contra Jouinianum pꝛedicte authoꝛitati reſpōdet pꝛobās oēm hominē in hac vita poſſe peccare: ⁊ peccato eſſe ſubiectū multis hoc pꝛobans exemplis. Iſte etiā erroꝛ ab illo videtur trahere oꝛtum qui dicit nullum imputari peccatū in fide manentium. xxiiij. q. iij. quidam. ver. eunomiani. Si ad impeccabilitatem in hac vita venire poſſemus: fruſtra oꝛaremus/ Dimitte nobis debita noſtra. de peni. di. iij. de q̄tidianis. ⁊ pꝛe. c. ſi enim. ℣. ſi non peccam⁹. ⁊ di. j. tres aūt et de con. di. ij. iteratur. Et Mat. vj. ⁊ Luce. xj. vbi Cypꝛianus. Q̄ neceſſarie autem ⁊ ſalubꝛiter admonemur: q̄ peccatoꝛes ſumus: qui pro peccatis rogare compellimur. Et nequis ſibi quaſi innocens placeat: et ſe extollendo plus pereat: inſtruitur ſe peccare quotidie dum pꝛo peccatis q̄tidie iubetur oꝛare. Item Augu. de bono perſeuerantie. Hoc autem telo pelagiani confodiuntur heretici: qui audent dicere hominem iuſtū in hac vita habere nullum omnino peccm̄. Et in talib⁹ hoībus nō eſt iam videre in pꝛeſenti tempoꝛe eccleſiā nō habentē maculaꝫ aut rugā. ad Ephe. v. xxj. di. q̄uis. Chꝛyſ. in homi. Quoniā vero fidelib⁹ hec oꝛatio conuenit: leges eccleſie docent: ⁊ oꝛationis pꝛincipium: quod docet deū patrem vocare. Qui ergo fidelib⁹ iubet remiſſionē peccatoꝝ petere: demonſtrat ꝙ poſt baptiſmū contingit peccata dimitti cōtra nouatianū. de ſolo chꝛiſto filio dei dicit Petrus. j. Pe. ij. Qui peccatum nō fecit. ⁊ Jo. xiiij. Uenit enim pꝛinceps huius mūdi: ſcilicet diabolus ſm Aug. ⁊ in me non habet quicq̄. Aug. q: neq̧ cum peccato deus venerat: neq̧ eius carnē de peccati ꝓpagine virgo peperat. ¶ B De matre etiam eius beatiſſima tenent ſancti maxime Aug. ꝙ non peccauit etiam venialiter in hac vita: tamen in oꝛiginali peccato ꝯcepta fuit: ſicut ⁊ ceteri homines. q: ab illa ſententia patris ſui Dauid/ Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum. pš. l. xxxiij. q. iiij. vir cum pꝛopꝛia. nullus excipitur niſi chꝛiſtus qui non de ſemine humano ſed ſpiritu ſancto/ et in vtero

An poſſit q̄s hac in vita fieri impeccabilis.

An maria in oꝛiginali fuerit cōcepta.

virginis iam sanctificato cõceptus fuit.ex̃ de sum.tri.c.j.
xxiij.di.qui episcop⁹.Domina autem nostra de semine viri
usq; parentis Joachim ⁊ Anne concepta fuit:sicut cetere
mulieres:non de spiritusancto sicut fili⁹.⁊ ideo in origina
li peccoto fuit concepta vt late probat Bern̄.in ep̄la quã
scribit canonicis Lugdunen̄.in qua reprehẽdit eos:q: cõ
ceptionis festum domine celebrabant:qđ non debet fieri
sed quñ fit:referri debet ad sanctificationẽ eius in vtero.
quia ẞm Bern̄.ante fuit sancta ꝙ nata.vnde ⁊ Aug.super
hoc ad petrum diaconũ ait de con.dis.iiij.firmissime tene.
Firmissime tene:⁊ nullatenus dubites omnem hominem
qui per concubitum viri ⁊ mulieris concipitur:cum origi
nali peccato nasci:impietati subditum/morti q; subiectũ
Et ob hoc naturaliter nasci filium ire . de qua dicit ap̄ls.
Eram⁹ natura filij ire sicut ⁊ ceteri. Eph.ij.⁊ Rom̄.v. ad
h facit quod legit ⁊ no.de con.di.iiij.c.ij.in ꝟbo miraculo
glos.vt in beata Maria.⁊ de con.di.iij.c.j.in glos.de festo.
⁊ facit op.xxvij.q.ij.omne . et hanc sententiam tenent oẽs
antiqui theologi:Alexander/Thomas in suo quarto ⁊.ꝗ
Bonauẽtura /Richardus.licet q̃dã noui theologi a sen
su ecclesie recedentes cõmuni tenere cõtra indeuoti reue
ra domine/ei tamen deuoti cupientes apparere/nitantur
eam quodãmodo sic deo ⁊ suo filio cõparantes.quorũ no
na opinio ⁊ phantastica sit a fidelibus cancellata:q: san
ctificationem virginis negat.contra id qđ tenet ecclesia
ipsam sanctificationẽ fuisse.⁊ sic ẞm Bern̄.antea sanctam
id est sanctificatam in vtero ꝙ natam extra vterũ . Si em̄
in peccato originali qđ contrahitur in anime infusiõe :vt
no.de con.di.iiij.non exquo.in glos.ij.non fuisset cõcepta
sanctificatio necessaria non fuisset:sicut nec in christo . et
ideo Romana ecclesia festum conceptionis non agit:etiã
tolerat ꝙ alicubi fiat:maxime in anglia:non tamẽ appro
bat.q: quod permittitur nõ approbatur.iiij.di.deniq;.xxj.
q.j.hac ratione vel illud festum debet referri ad sanctifica
tionem virginis non conceptionem.vt dictum est.Et ita
dicit oratio que dicitur in hoc festo Rome in sancta Ma
ria maiori.Deus qui sanctificationem virginis ⁊c.sicut vi
di ⁊ audiui quñ ibi de ista sanctificatione predicarem in
isto festo sanctificationis:quod fit in decembri ante festũ
natalis .per.xv. dies. Pro hac veritate facit illud Salo.
Prouerbio.xxv. Aufer rubiginem de argento :et egrede
tur vas purissimum.Uas purissimum fuit virgo:que ru
bigine originalis peccati ablura per sanctificationem in
vtero factam purissima in necessitate sua egressa est ex
vtero.et illud . Psalm̄.xlv . Sanctificauit tabernaculum
suum altissimus. Tabernaculum sanctificatum dei fuit
virgo Maria.iuxta illud Ecclesiasti.xxiiij.Et qui creauit
me requieuit in tabernaculo meo.facit verbũ Aug.in ser
mone purificationis dicentis.Solus est sine peccato na
tus:quẽ sine viri cõplexu nõ concupiscentia carnis:sꝫ obe
dientia genuit mentis.Hoc etiam determinat Aug. sup
Gen̄.ad literam.vj.c.facit de peni.di.ij.si enim.in fine.ibi.
⁊ docuim⁹ ꝙ excepto deo omnis creatura sub vitio fit ⁊c.
Idẽ tenet magister sententiarũ.Contra hos etiã qui im
peccantiam posse haberi in hac vita dicunt : est illa collo
Theone q̃ intitulatur de anamarchitio.i.impeccantia .in
li.collationum Jo. cassi.vbi etiam allegat Paulus dicẽs
Ago.qđ volo:⁊ infelix ego homo:q̃s me liberabit de cor
pore mortis huius ?ad Ro.vij.⁊.xxxij.q.v.si paulus.et de
con.di.iiij.c.ij.⁊ illud Ro.vij. Uideo aliam legẽ repugnã
tem legi mentis mee.in pre.c.ij.⁊ di.vj.in palea/sed pensan
dum.in fi.que omnia intelliguntur ꝙ nunꝙ mente vole
bat a deo discedere:sed hoc nõ poterat perficere quin mo
tus vagationum sentiret:⁊ quin descendere cum aliquã
do oporteret ab illa continua theoria.¶ L Nullus em̄
hominũ excepto dño saluatore ⁊ domina matre eius (vt
pie creditur)naturalẽ per vagationem mentis ita defix⁹
semper in dei cõtemplatione cõtinuit : vt nunꝙ ab ea ra
ptus mundane cuiusꝙ rei delectatione peccaret : dicente
scriptura), Sidera ipsa non sunt munda in cõspectu eius
nostra trãslatio habet.celi non mundi. Job.xv.¶ D Et
etiam dicũt dicti Begardi ꝙ tantum potest homo cresce
re in gratia in hac vita:ꝙ amplius crescere nõ valebit.fal
sum esse nõ dubium est:quia scriptum est in.ps̄.lxxxiij.⁊ de
peni.di.ij.dum sanctã. Ibũt de virtute in virtutẽ vsq;quo
videatur deus deorum in syon.i.in gloria sempiterna vbi
dñm speculabimur facie ad faciẽ. Joãnis cap.xvij.Cõtra
etiam verbum Ambrosij in sermone resurrectionis de
sanctis dicentis.Quis em̄ in hac vita tã mũdus:q̃ ampli⁹
mundari nõ possit:magis magisq; mundã dus nõ fit:⁊ se
quit post. Et tãto sint fecundiores: quanto fuerint mun
diores.Et contra hoc etiam est illud Apoca.c.vltimo.Et
qui iustus est:iustificetur adhuc.xlvij.di.quantũlibet. Et
illud Salo. Prouer.iiij. Justorum semita quasi lux splen
dens procedit ⁊ crescit vsq; in perfectum diem.de peni.di.
ij.iustorum semita.post.c.nõ reuertebantur. Uocat autem
perfectum diem scilicet glorie sempiterne.de qua die dici
tur in ps̄.lxxxiij.Quia melior est dies vna in atrijs tuis su
per milia.quod verbum Salomonis exponit Grego.in
Ezech.homi.v.⁊ in prece.c.non reuertebantur dicens. In
eorum nãq; animo bonum desiderium atq; intellectus lu
cis intime iam pars diei est:sed q: vsq; ad finem vite in vir
tute proficiunt:ad perfectum diem tunc veniunt: quãdo
ad regna celestia perduci in ea luce quã desiderant iã mi
tius aliquid nõ habebunt. Item Nedum inter virtutes
sed etiam in eisdem virtutibus gradus esse probãtur . de
peni.di.ij.§.hec que de charitate.⁊.c.dum sanctã.vbi Gre
go.probat per multas authoritates hoc ꝙ in ista vita p
fectissima charitas sicut in patria haberi non potest. Un
de peni .di.ij.§.hinc etiam.ꝟ. Item Hiero.Charitas in q̃
busdam perfecta est:in quibusdam imperfecta:perfectissi
ma autem in hac vita haberi nõ potest . Quis em̄ in hac
vita ad tantũ gradũ perfectionis peruenit:ad quãtũ per
uenit mater dei:⁊ tamen semper in ea creuit gratia ⁊ me
ritum vsq; ad mortem.q: semper gratia vtebatur recte ⁊
virtuose viuendo . Et credo salua ecclesie veritate ꝙ si
dña.c.milibus annorũ vixisset in hac vita:in fine illorum
dierum perfectior extitisset.q: nulla creatura sic est plena
gratia quin amplius repleri valeat.excepto illo homine
in christo deo vnito qui ab instãti ꝯceptionis omnib⁹ cha
rismatibus diuini ⁊ sancti spiritus plenissime plenus fuit
q: nõ fuit sibi datus spiritus ad mesuram. Jo.iij.⁊ ibi.De
plenitudine eius omnes accepimus. Jo.j.⁊ ibi. Plenum
gratie ⁊ veritatis. Unde super illud verbum/Non enim
ad mensuram dat deus spiritum. Jo.iij.Aug . Hominib⁹
ad mensuram dat:vnico filio nõ dat ad mensuram.Alij q̃
dẽ dat per sp̄m sermo sapiẽtie:alij sermo scientie.Ro.xij.j.
Cor.xij.aliud habet ille:⁊ aliud hꝫ iste. Mensura diuisio
q̃dã donorum est.sed christus que dat nõ ad mensuram
accepit. Item super id pre. Jo.j. Plenum gratie ⁊ verita
tis.Origen̄.in homi.Duplex intellectus est. Potest enim
de humanitate ac diuinitate incarnatum verbi accipi:ita
vt plenitudo gratie referatur ad humanitatẽ ẞm quam
christus caput est ecclesie ⁊ primogenitus creature vni
uerse.quoniã maximum ⁊ principale gratie exemplũ qua
nullis precedẽtibus meritis homo efficitur deus in ipso
primordialiter manifestuꝫ est. Potest etiã plenitudo gra
tie christi de spiritusancto intelligi:cuius septiformis ope
ratio hũanitatẽ christi impleuit. Plenitudo ꝟo veritatis
ad deitatem refertur.Et super pre.verbo/Et de plenitu
dine eius ⁊c.Chrysostomus.q.d.nos omnes.xij.⁊ omnis
plenitudo fidelium ⁊ qui nũc sunt ⁊ futurorum de pleni
tudine eius accepimus. Item illud Esa.xj.Et replebit eũ
spiritus timoris domini/scilicet filialis.de quo.xxiij.q.vj.
§.ex his.Et ideo nunꝙ aliquis ita perfectus sicut christ⁹
nedum non perfectior potuit inueniri.ad hoc.ex̃ de sum.
tri.c.ij.§.quũ ergo.ꝟ.quia inter.Quia omnib⁹ alijs quã
tũuis perfectis spiritussanctus ad mensuram datus est.
op.ar.de pe.di.ij.querẽdũ.⁊.c.põt.⁊.semp in eis per bona
opera crescebat:christo autem sine mensura vt dictum est

⁊ ideo non crescebat in eo gratia. vnde super illud Luc.ij. Puer crescebat. dicit Beda. Crescebat inquātū puer erat fragilis. crescebat sicut ceteri homines: nō inquantū verbum. nec crescebat ex parte anime ꝙuis appareret. vnde Greg. in homil. Iuxta naturā hominis proficiebat sapientia. nō tamen ipse sapientior fuit extunc: quia prima conceptionis hora plenus sapientia permanebat. sed eamdē qua plenus erat sapientiam ceteris paulatim ex tempore ostendebat. vnde ⁊ ij nequā heretici alium antiquū errorem in isto tacite includunt. Quidā enim fuerunt heretici vocati Ebionite: qui christum virū iustum per profectū putant effectum. xxiiij. q. iij. quidam. §. ebionite. Christus enim non per ꝓfectum fuit iustus: sed ab instanti ꝯceptionis. Illud autem ꝙ in operibus iustitie crescebat pro nobis ⁊ pro se erat: quia nobis meritabat ⁊ sibi. iuxta illud Phil. ij. Propter quod deus exaltauit illū ⁊c. Et ideo dicit Paulus. j. ad Corin. j. Qui factus est nobis a patre redemptio/ sanctificatio/ sapiētia/ et iustitia. quia nos in se redemit, sanctificauit sapiētia illustrauit ⁊ iustificauit. q: quos predestinauit: hos ⁊ vocauit. ⁊ quos vocauit: hos ⁊ iustificauit. ad Ro. viij. de peni. dist. iiij. §. finis. §. hinc etiā Aug. Hi ergo miseri Begardi qui se iustificāt: ⁊ plenitudinem spiritussancti se habere credunt: similes alijs hereticis sunt: ⁊ de eadem infecta stirpe descendūt q̇ cataphrygij dicuntur. de quibus. xxiiij. q. iij. quidā. §. cataphrygijs mūdos enim se facientes immundissimi sunt: imundus est enim apud deū omnis q̇ exaltat cor suum. de peni. di. ij. si enim. vltra quatuor colum. §. imundus enim: Ille enim vere est imundus: qui se videt mundum. ⁊ ille mundus: q̇ se videt imundum. Et sic quidā sanctus pater intelligit illud ad Titū. j. c. Omnia munda mundis. Nam sm̄ predictum patrem Theonē in predicta collatione de amarthirio. Quanto magis profecerit mens humana: ⁊ ad sinceriorem cōtemplationis peruenerit puritatem: tanto se immundiorē quasi per speculum sue puritatis se aspiciet. q: necesse est dum animus ad sublimiorē se extendit intuitum: ⁊ maiora ꝙ agit prospiciens ꝯcupiscit: illa inferiora semper ⁊ viliora despiciat. Plura siquidem denotat sincerior obtutus: paritq; sibi maiorem reprehensionis dolorem irreprehēsibilis vita: ⁊ multiplicat gemitus atq; suspiria emendatio morum ⁊ emulatio attenta virtutū. Nemo enim illo in quo profecerit gradu potest esse contētus ⁊ quanto quis fuerit mente purgatior: tanto se sordidiorem videns magis humilitatis ꝙ elationis inuenit causas. ⁊ quanto pernicius ad sublimiora conscendit: tanto ampli⁹ ꝓuidet sibi supesse quo tēdit. q̇ authoritas plenissime destruit dictū errorē. Item Greg. Quāto qs semin⁹ videt: tāto min⁹ sibi displicet. ⁊ quāto maioris grē lumen acq̇rit: tanto se reprehensibiliorē esse ostēdit. Item Aug. Semper tibi displiceat qd̄ es: si vis peruenire ad illud qd̄ non es. nam vbi tibi placuisti: ibi mansisti. Si aūt dixeris sufficit: periisti. semper ergo adde: semꝑ ambula: semꝑ proface. Item Bern. Aut ascendas necesse est: aut descendas. Si attendas stare in pendulo huius vite: ruas necesse est q: vbi incipis nolle fieri melior: desinis esse bonus. Nolle ergo proficere/ nō nisi deficere est. q: inter profectum ⁊ defectum mortalis vite nullum mediū inuenitur. Sicut enī corpus continue aut crescit aut decrescit. de con. di. v. ne tales. sic necesse est semꝑ spiritum aut proficere aut deficere. Esaias etiā quum vidit dn̄m exercituū: tunc se imundū vidit. ⁊ dixit: Ve mihi: q: vir labijs pollutus ego sum: ⁊ vidi dn̄m exercituum. Esa. vj. Isti ergo miseri Begardi sicut dicit Greg. quo peccatores se esse nō credunt: eo deteriores peccatores fiunt. xlv. di. vera iustitia. Isti vero miseri albuginē habent in oculo. sicut dicit̄ in Leui. xxj. Quod Grego. in pastorali exponēs/ ait ⁊ est. xlix. di. hinc etenim §. Albuginem vero habet in oculo: qui veritatem lucis videre non sinitur: qui arrogantia sapientie seu iustitie excecat̄. Pupilla nāq; oculi nigra videt: albuginem tolerās nihil videt q: videlicet sensus hūane cogitationis si stultum peccatorem q; se intelligit: cognitionem intime claritatis apprehendit. Si autē candorem sapientie seu iustitie sibi tribuit: a luce se superne cognitionis excludit: ⁊ eo claritatē veri luminis nequequā penetrat: q̇ se apud se per rogātiā exaltat. sicut de quibusdā dicit̄ ad Ro. j. c. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. ⁊ Jo. ix. In iudicium ego in mundum veni: vt qui non vident. i. reputant se non videre: videant/ per humilitatem illuminantē eos. Et q̇ vident. i. qui reputant se videre ⁊ intelligere: ceci fiant/ per superbiam excecantē eos. vnde Aug. in libro. ix. ꝯfessionū Tumore meo separabar a te: ⁊ nimis inflata facies claudebat oculos meos: q: intellectū dat paruulis. ps̄. cxviij. ⁊ Matth. xj. Reuelasti ea paruulis. i. humilibus. Cognoscant ergo isti Begardi se maxime in illis erroribus maximos peccatores: vt iustificentur sm̄ Dauid. ⁊ cecos: vt illuminentur. Quia ⁊ Petrus postq̄ receperat spiritū sanctum: reprehensus est a Paulo: q: reprehensibilis erat: q: in illa simulatione peccauerat. Gala. ij. ij. q. vij. puto. q: in hac vita oīs hō mendax. Ro. iij. sm̄ Dauid ps̄. cxv. Prouer. xx. Quis potest dicere/ mūdum est cor meum: ⁊ pur⁹ sum a peccato? ⁊ omnis homo amplius crescere potest: vt superius est probatum. ⁊. xlvij. distin. quantumlibet.

¶ Secundus error Begardorum. S

SEcundus error Begardorum

est/ ꝙ ieiunare nō oportet hominem vel orare: postq̄ gradū vltimū perfectionis fuerit assecutus. quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui ⁊ rationi subiecta: ꝙ potest homo libere corpori concedere quicquid placet. ¶ Sed iste error fundat⁹ in errore spiritus libertatis facile extirpat̄ si veritas attendatur. Nam certū est ꝙ q̄diu quisq; in hac vita est quantūcumq; ꝑfectus sit: caro contra spiritū concupiscit. Gala. v. ⁊ Ro. vij. Video autē aliam legē in mēbris meis ⁊c. Et iterum ibi. Non enī qd̄ volo bonum/ hoc facio ⁊c. xxxij. q. v. si paulus. ergo semꝑ necessaria est abstinentia ⁊ ieiuniū impetum carnis refrenās. vnde. j. ad Corin. ix. Castigo corpus meū ⁊c. etiā. ij. Cor. xj. In ieiunijs multis ⁊ vigilijs multis. Vnde Bern. Velis nolis intra fines tuos habitat Iebuseus. i. cōculcatio. Iudi. j. xj. q. iij. ieiunijs nolite. ꝯprimi quidē potest: subiugari vero minime. Nul est incūbendum lus enim in hac vita absq; priuilegio singulari sine aliq̇ sti mulo carnis viuit. Vnde ille sanct⁹ presbyter gracus quū esset in trāsitu: appropinquāte sibi vxore sua legitima. de quo. xxxij. di. presbyter. vocē recolligens/ ait. Recede a me mulier adhuc igniculus viget: tolle paleam. Et tamē iste presbyter/ vt narrat Greg. in dialogo. iiij. libro adeo perfectus fuit: vt in morte videret apostolos Petrū ⁊ Paulum: quib⁹ dixit/ Venio: ecce venio. ⁊ inter hec verba reddidit spm̄. Et quis christo in perfectione similis? et tamen in nostrum exemplū in deserto ieiunat. Matth. iiij. ⁊ Luc. iiij. ⁊ orat in monte. Luc. vj. ⁊. ix. Quis perfectorū noui et veteris testamenti non ieiunauit ⁊ orauit? Ieiunauerūt ⁊ orauerunt Moyses et Helias. Deutero. ix. iij. Reg. xix. Iudith/ Samuel/ Dauid/ Prophete/ et Apostoli. et sc̄i Anachorite. quorū aliqui quantū plus morti appropinq̄bant ⁊ perfectiores erant: tanto amplius ieiunabāt. sicut apparet in magno Antonio ⁊ Hilarione. Genus enī maxime subtiliū demonum ieiunio ⁊ oratione expellitur/ dicit dominus Mar. ix. Mat. xvij. Hunc errorem tacite tāgit Serapion abbas in collatione sua. de. viij. principalibus vitijs in fine collationis in libro colla. Jo. cassi. vbi sic dicit. Ab ista gula tamq̄ ab inimico cauendū est: sm̄ illud Salo. Prouer. xxvj. ad si. Si te rogauerit inimicus voce magna: ne cōsenseris ei: septem enim nequitie sunt in aīa eius. i. si superatus gastrimargie spūs cepit ibi sua humiliatione blandiri: rogans quodāmodo vt aliquid relaxās accepto feruore impertias ei/ quod continentie modum ⁊ mensuram iuste discretionis excedat: ne resoluaris ei⁹ suggestione: ne arridente impugnationis securitate qua

videris paulisper a carnalibus incentiuis factus quietis
or/ad pristinā remissionem vel preteritas gule cōcupiscē/
tias reuertaris. per hoc em̄/ dicet ille spūs gastrimargie
quē viceras: reuertar in domum vnde exiui. Matth.xij.⁊
Luce xj.⁊ procedentes ex eo confestim septē spūs vitiorū
erunt tibi acriores: q̄ illa passio que in primordijs fuerat
superata. Nam nequiores vbi septē spūs illo priore q̄ egres
sus fuerat/ idcirco dicuntur: q: desiderium gule.i.gastri/
margia per se nō tantū esset noxia: nisi intromitteret gra
uiores alias passiones.i. fornicationis/ et phylargyrie/
ire/ tristitie/ siue superbie: que per se esse noxia anime ac g
enptoria dubiū non est. Vidi enim duos fratres nostros
sanctitatis nimie famā habentes: dicentes se gustū in cō/
edendo perdidisse: ⁊ in cibis saporem nō inuenire: qui tñ
reuera semota hypocrisi plus de bono vino q̄ de malo bi
bebant: et pro eis specialiter querebatur et emebatur: et
q̄ plus de bona coquina carnibus ⁊ piscibus ⁊ fructibus
edebant/ q̄ de malis: immo nec communibus contenti
erant sed specialia querebant et habebant: facta verbis
contraria ostendentes. in verbis mendacibus glorian/
tes: vere malus spūs est spiritus gastrimargie ⁊ periculo
sus: q: ianua vitiorū.xliiij.di.§.j. Sed deterior: abstinentia
simulata. vt exponit Aug. illud verbū dictum Luc.xj. Cū
immundus spūs ⁊c.⁊ malū est curā carnis in desiderijs
facere. cōtra verbū apl'i. Gala.v. ibi. Et desideria carnis
ne perficietis: ⁊ de con.di.v. nō mediocriter. in fi. sed dete/
rius est se falso abstinentē ⁊ frugalē dicere: ⁊ se in cibis in
sensibilem facere: q: non possumus nō esse qd̄ sumus. Et
Isaac cōtemplatiuus ait. Quū rerū opportunitatē acci/
pimus: nosipsos nō possumus continere. ar.ex. de eo q̄ cog.
cōsang. vxoris venies. vñ Greg. Sancti viri a licitis absti
nent ne illicita pperrēt. ¶ Isti etiā begardi tacite in aliū
errorem videntur incidere Iouinianistarū: nullū discri/
men facientes inter abstinentes ⁊ laute epulantes.xxiiij.
q.iij. quidā.§. Iouinianiste. Et ideo non dicant quidā/ p/
fecti sumus: carne mortui sumus: dimittamus abstinen/
tias ⁊ ieiunia: ⁊ teneamus vitā cōmunem: aliorū q: gulā
vicimus. vere tales non victores gule: sꝫ victi a gula sunt
quia etsi quod intrat per os nō coinquinat hominem. vt
Matth.xv. Et oīs creatura dei bona est: ⁊ nihil reijciēdū
qd̄ cum gratiarum actione recipitur.j. ad Timo.iiij.⁊ qd̄
dictum est Petro. Quod deus purificauit tu ne cōmune
dixeris. Act.x. Ab omni tamen specie mala ⁊ occasione ab
stinendū est.j. ad Thessa.vlti. ex de simo. audiuim⁹. Et ite
rum Paulus.j. ad Corin.ix. Qui in agone contendit: ab
oībus se abstinet. Et quis est iste clarus qui se agonē istū
credat vicisse: quū vas electionis dicat ad Ro.vij. Quis
me liberabit de corpore mortis hui⁹.xxxj.q.v. si paulus.
Unde quū quidā pater diceret q̄ mortuus erat mundo
dixit alter/ si tu mortuus es: diabolus tamen mortuus nō
est. Sed ⁊ quis Serapione fuit pfectior: est: de quo le
gitur in collationibus patrū/ q̄ dixerit/ Tribus creditori
bus/ pater me⁹ me obligatum dimisit. duobus scilicet lu
xuria et auaritia expeditus sum. sed a tertio scilicet vitio
gule cōtinue satisfaciendo nequeo liberari. Quis enim a
gula ex toto liberari potuit/ sm̄ Climacū/ nisi sepulcrum
inhabitans: Et idem. Quid ex toto gulam euacuat: ⁊ p/
fecte deseruit: nihil. vsqꝫ ad monumentum em̄ durat pu/
gna ventris: ⁊ ideo nullus ex toto liberatur ab illo. Sed
⁊ quomodo dicti Begardi dicere audent q̄ hoiem perfe
ctum non oportet orare: quū perfectio maxime sm̄ Moy
sen in prima collatione de destinatione monachi in libro
collationū Io. cassi. in indefinenti mētis oratione cōsistat
Nam ad punctū a cōtemplatione discedere perfectum vi
rum/ pro fornicatione est: vt ibi dicitur: nam etsi pater ce
lestis virtuosos querit: precipue oratores precipuos que
rit qui adorent eū in spiritu ⁊ veritate. Io.iiij. Nam si isti
ceci de oratione mētali loquantur: q: de vocali nō sumus
semper adstricti: vt superius est pbatum.§. in.§. Ex quo
p. Maurē.xlj. ar. quomodo pfect⁹ erit: cui⁹ mens frequē

ter a deo discedit. sed ⁊ quomodo poterit euadere tētatio
nem/ al's militiam/ q̄ cōtinua est sm̄ Iob.vij.c. de peni.di.
ij. si em̄. nisi ad orationem vadat/ sicut dicit expositor sup
illud Matth.xxvj. Orate ne intretis in tētationē. In te/
tationē cadit qui ad orōnem nō vadit. Et quomodo/ sm̄
Climacū/ poterimus euadere offensionem: si non tenea/
mus mentis orationē: Nam/ vt ipse ait/ qui incessanter te
net baculū orationis: nō offendit: qd̄ si contigerit nō tamē
cadit in fine. Quid em̄ eque bonū ⁊ perfectū in hac vita
sicut mente deo continue adherere: vnde ps̄.lxxij. Mihi
aūt adherere deo bonū est. Et sm̄ eū ibidem. Quid enim
mihi est in celo: ⁊ a te quid volui sup terram: subaudi nihil
sm̄ pre. Climacū. sed tm̄modo sine occupatione tibi sem/
piterne in oratione adherere. Isti miseri Begardi quō si
bi sint cōtrarij attendat quisqꝫ fidelis. Dicūt se continue
orare ⁊ debere orare: ⁊ ideo non possunt nec debēt mani/
bus laborare. Et ipsi idē dicunt q̄ pfectus vir orare nō te
netur. Vere deo ⁊ sibi cōtrarij sunt: ⁊ ideo nō sunt audien
di.xiij.q.ij. q̄ preposterū.xxiij.q.vij. qd̄ autē. ex de appel. so/
licitudinē. in fi. vbi de hoc. Mendaces sunt: ⁊ de spū liber
tatis carnalis sunt. q: quāto q̄s pfectior: tanto cogēte spū
sancto (vt ita loquar) orationaliter ⁊ ad deum mente et
corpore deuotior ⁊ illuminatior. Quis em̄ tale quid qua/
lis est oratio poterit inuenire: Quis enim ille magis vite
angelice appropinqt: q̄ orator assidu⁹. scilicet mēte a deo
nō recedere: Qd̄ deo sacrificium magis gratum ⁊ perfe
ctum: q̄ per importunitatem ipsum continue petere sicut fe
cit mulier Chananea: Matth.xv. de peni.di.j. importuna
de qua dicit Greg. q̄ importunitas deo placet: que ingra
ta esse solet hominibus. ¶ § Nam etsi singulariter tria
in Tobia cōmendant: scꝫ Ieiunium/ Elemosyna ⁊ Ora
tio: To.xij. Bona est oratio cū ieiunio ⁊ elemosyna. Ora
tio tamen excellit in sex. ¶ Primo in facilitate: q: debilis
non potest ieiunare: neqꝫ paup elemosynam dare: qlibet
tamen potest ⁊ debet orare. vnde ps̄.xxxvj. Iustus aūt mi
seretur ⁊ tribuet. dicit glos. Semp aliqd est qd̄ det. saltem
orationē. etsi nō ore si sit mutus/ tñ corde si sit iustus. quia
ait Isidorus/ oratio cordis est: non labiorū. non em̄ verba
deprecantis attendit de⁹: sed orantis cor aspicit. de cō. di.
v. nō mediocriter.xxxviij. di. sedulo. ¶ Secūdo in veloci/
tate: vnde ps̄.lxxxvij. Intret in cōspectu tuo oratio mea.
dicit glos. Magna virtus pure orōnis hic notat: q: quasi
quedā persona ad deū intrat ⁊ mandatū peragit: quo ca/
ro peruenire nequit. ¶ Tertio in iocunditate. nihil enim
delectabilius ⁊ menti iocūdius/ q̄ loqui cū tam benigno
⁊ dulci deo. vnde frequēter orare debemus ⁊ legere in li/
bris deuotis. q: sm̄ Bern. quū oramus: cū deo loquimur
quū vero legimus: deus nobiscū loquit. Tunc em̄ homo
quasi mundū exit: carnē exuit: ⁊ ad tertiū celū scilicet em/
pyreum vbi sancte anime cū angelis fruuntur visione dei
cum Paulo ascendit. ij. ad Cor.xj. se. supra se. Threno.iiij.
¶ Quarto in ppinquitate ad deū: quoniā qui orat: facie
ad faciem añ dñm cōstituitur: cui audacter causam expo/
nit. vnde ps̄.xxiiij. Respice in me: ⁊ miserere mei. vbi dicit
interlinearis glos. Elemosyna em̄ p manū paupertatis
mittitur in Hierusalē: per afflictionem corporis deo ostē/
ditur: sed oratio imediate dñm quasi presentem alloquit
¶ Quinto in dignitate. q: mox vt ab ore ⁊ corde processe
rit: suscipiunt eā angeli ⁊ cōstituunt ante deū. sicut ange/
lus ait Tobie To.xij. Quādo orabas cū lachrymis: ego
obtuli orationē tuā domino. ¶ Sexto in vtilitate. q:
diabolum fugat. Mar.ix.xxxvj.di.c. vltimo. A tentatione
liberat. vt dictū est. Torporē expellit. Eccl'i.xviij. Non im/
pediaris orare semper. In dubijs dirigit. Eccl'i.xxxviij.ij.
Parali.xx. Desideriū accendit.iij. Reg.xviij. Ad orationē
helie descendit ignis de celo.iij. Reg.j.xxij.q.iiij. ea vindi
cta. Et cū Salomon explesset fundens preces: descendit
ignis de celo: ⁊ deuorauit holocausta ⁊ victimas.ij. Para
lipo.vj. Et orāte moyse descēdit ignis de celo.ij. Mach a.
ij. Et orante sancto Martino in ara altaris glob⁹ igne⁹

Orationis excellentia.

apparuit super caput eius. Itē impetrat veniā.ij.Reg.rij postq̄ orauit Dauid:audiuit/Trāslatū est peccatū tuum. de peni.di.j.§.q̄ aūt.ℽ.dauid.ꝛ.c.ille rex.ꝛ.c.illud.Itē gratiam acquirit. Zacha.x. Petite a dn̄o pluuiā:ꝛ ipse faciet niues ꝛ pluuiā imbris. Nā destruit herbas nociuas:pluuia nutritoriles:sic gratia destruit vitia ꝛ nutrit virtutes et bona opera.de con.dist.iiij.in tribus vltimis.cap. Item impetrat sapientiā. Ja.j.Siquis indiget sapientia:postulet a deo.Eccli vltimo.Quesiui sapientiā in oratione mea Prolongat vitā ad agendā penitentiā.Esa.xxxviij. Item sanitatē restituit.Eccli.xxxviij.Fili in tua infirmitate ne despicias temetipsum:sed ora dn̄m ꝛ curabit te. Jaco.vltio. ex̄ de sacra vnc.c.vnico.§.j. Item iram dei placat. Judith viij. Indulgentiā eius cū lachrymis postulem⁹.nō em̄ q̄si homo deus sic cōminabitur:neq̄ sicut filius hoīs ad iracūdiā inflāmabit.de peni.di.iij.§.ecce achab.ꝛ.c.sic achab Itē bona tēporalia multiplicat.iij.Reg.xviij.orauit helias ꝛ celū dedit pluuiā:ꝛ terra dedit fructus. Jaco.vlt.Et orāte scō bn̄dicto/aq̄ de monte exiit.et scūs Frācisc⁹ de aqua quā orando de petra produxit:suū asinariū refocillauit. Item pacē ꝛ quietē cōseruat.j.ad Timoth.ij. Obsecro p̄rimo omniū fieri obsecratiōes/oratiōes/postulationes/gratiarum actiones/pro regib⁹ ꝛ omnibus qui sunt in sublimitate cōstituti:vt quietā ꝛ tranquillā vitā agant Isti ergo begardi maligni sacrificēt se sanctā hostiā. Ro.xij.viuentē.p ieiunia ꝛ abstinētiā carnē macerādo in atrio exteriori. Ro.xij.de peni.di.iij. Achab.Et per orationē mētis continuas quā operibus manuū nutriant:vt.ē.dixi.§. exquo.ℽ.imo quidā.cum se.in ar.v.in atrio iteriori cordis christo domino cōcrement thymiama. Et sic holocaustomatum plenum semp vsq̄ ad mortē offerant deo suo.semper etiam decimēt se deo suo.carnē ieiunando.de con. di. v.quadragesima.animā vel spiritū orando.de peni.di.iij. ille rex.res(si habent)totas vel partē pauperibus erogādo.lxxxvj.di.nō satis.de peni.di.j.quamobrē.per orationē diabolū ꝛ superbiā.per elemosynā mundū ꝛ auaritiā.p ieiuniū carnis concupiscentiam vincant ꝛ in h̄s p̄seuerēt sic em̄ vere ꝛ spūaliter viuūt:ꝛ in talib⁹ vita spiritū eorum q: tunc cū paulo.j.Cor.ix.ieiunabunt.de peni.di.ij.si em̄ ver.paulus.Si autē isti allegent illud Matth.ix. Luc.v. Non possunt filij sponsi ieiunare q̄diu cū eis est sponsus: Respondent tibi Ambrosi⁹ dicens.Non hoc ieiuniū relegatur quo conficitur caro:ꝛ corporis luxuria castigatur. Hoc ieiuniū nos cōmendat deo:sed non possum⁹ ieiunare qui christū habem⁹:ꝛ christi carnē epulamur ꝛ sanguinem.de con.di.ij.in calice.ꝛ.c.accesserunt. Item ibi Basilius.Filij etiā sponsi ieiunare nequeūt.hoc est aīe nutrimētum non sumere nec viuere sine omni verbo dei qđ procedit de ore dei. Matth.iiij. Deutero.viij. Item ibi Beda. Quādiu em̄ nobiscū est sponsus:nec ieiunare possumus nec lugere:quū autē per peccata ille recedit:tunc indicendum est ieiuniū:ꝛ requirendus luctus. Exponitur etiam tripliciter illud verbū vt scribit Tho.in secunda scđe.q.c. xlvij.ar.iiij.in fi.ꝛ no.de hoc Joan.an.in p̄e.c.ad nostrū. in glos.hoc est hereticē.Orent etiam isti cū christo. Jo.xvij Pater clarifica filium tuū. Q: aūt.ē.dixit iste error de sensualitate rationi subiecta.Dic q̄ sensualitas est vis anime appetens desiderabilia corpori/ꝛ refutans nociua:ꝛ hāc dicimus animā sensitiuā.ꝛ de hoc no.per Joan.an.in p̄e. c.ad nostrū.in glos.que est vis appetēs.ꝛ de sum.tri.c.j.in clemen. Isti etiā dicētes sibi licere cōcedere corpori quicquid placet:non viderunt textum eos expresse confundētem.iiij. disti.deniq̄.in fi.vbi dicitur.Vinū ꝫ ira bibere p̄mittitur:vt ebrietatē omnino fugiamus:alioquin restat vt ꝛ omnia que corporibus libent:similiter faciamus.vñ ꝛ Alexāder ad didimū.Ea q̄ voluptas sibi vendicat:honestate plerūq̄ negam⁹ admittere.dedit nobis multas natura blāditias:qs plerūq̄ virt⁹ cohibet.Et Ouidius epistolarum.Est virt⁹ placidis abstinuisse bonis.facit.xj.q.j. aliud.ꝛ.q.iij.qđ ergo.xiiij.q.j.§.j.et.§.quia ergo.et.c.quisquis.ꝛ.xij.di.quisquis ꝛc. ¶Tertius error. P

Tertius error begardorum

Ertius error begardorum est/q: dicunt q̄ illi q̄ sunt in predicto gradu perfectionis ꝛ spiritu libertatis:non sunt humane subiecti obedientie. contra istū errorem ex̄ de renū.nisi.§.sed dicēs.de regu.licet.de elect. ghali.§.illos.li.vj.Et q: ecclesia ista ordinata ad instar ecclesie triūphantis vbi est vnus monarcha cui omnes obediunt.Apoca.xxj.Exo.xxv.in fi.ex̄ de sen.ex.c.j.in clemen. de elec.significasti.dixi satis de hoc in prima parte istius operis.nec ad aliqua precepta ecclesie obligant.q: vt dicunt/vbi spiritus dn̄i:ibi libertas. Gala.v.xix.q.ij.due.ij. Cor.iij.Cetenū quū iste error tres ptineat articulos:ideo contra vnūquemq̄ disserā:ꝛ singularim tollam. Et primo quia se dicunt nō teneri ad hominū obedientiā:postq̄ perfecti sunt:dico istum errorē antiquum errorē hereticorum. Q: autem iste sit error:patet per testamentū vetus ꝛ nouum. In lege em̄ veteri precipiunt occidi qui imperio sacerdotis vel principis vel parentum inobedientes sunt.de primo Deuterō.xvij. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio:morietur.ex̄ qui fi.sint legi.p venerabilem.§.rationibus. De secundo Josue.j.Qui contradixerit ori tuo/moriat.ex̄ de ma.ꝛ obe.c.ij. De tertio Deute.xxj.Si genuerit homo filiū cōtumacem ꝛc.¶Per testamentū nouum patet falsitas istius erroris. Ro.xiij. de censi.omnis anima.Omnis aīa/nullam excepit quantumuis perfectam/potestatibus sublimioribus subiecta sit ꝛc. Ephe.vj. Filij obedite parentibus vestris ꝛc.Et ibidē.Serui obedite dn̄is carnalib⁹ ꝛc.Colos.iij. Filij obedite parētib⁹ vestris.ꝛ in eodē.serui obedite ꝛc. Titū.iij. Admone illos principibus ꝛ potestatibus subditos esse. Hebr.c.vlt.Obedite p̄positis vestris.j. Pe.ij.ex̄ de ma.ꝛ obe. solite.Subiecti estote omni hūane creature ꝛc. In eodē Serui subditi estote in omni timore dominis vestris. Preterea constat q̄ christus voluit esse loco sui ꝛ vicē eius gerere. Matth.x.ꝛ Luce.x. Qui vos audit me audit ꝛc. Et qui vos recipit me recipit.xxj.distin.in nouo testamento. ꝛ viij.q.j.qui vos spernit. Obediendū ergo fuit apostolis sicut christo tamq̄ eius vicarijs:maxime Petro primo et precipuo.vt p̄e.c.in nouo.a simili ꝛ eorū successorib⁹ obediendum est. Unde si quis diceret obediendū christo:sed non ei⁹ vicarijs:ergo christus nō sufficienter ecclesie prouidisset postq̄ celos ascendit.qđ falsum est.ex̄ de homicid. pro humani.li.vj.vbi de hoc.non em̄ remāsit ecclesia sine capite loco christi.vt ibi.q: corpus christi mysticū ecclesia est.xxiiij.q.v.de liguribus.qđ sine capite nō est.ex̄ de of.or. quoniā in plerisq̄.Si quis autem diceret obediendū esse bonis p̄latis:nō malis:falsum diceret contra illud Mat. xxiij.Supra cathedram moysi ꝛc.j.q.j.nō quales.xix.dist. secundū.ꝛ.j. Pe.ij.Serui subditi estote ꝛc.nō tātū bonis sed etiā dyscolis.xj.q.iij. Julianus.xxiij.q.j.quid culpatur Si em̄ tantū bonis esset obediendū:iurisdictio ecclesie nihil haberet certitudinis.nesciretur em̄ quis esset bon⁹ vel malus.Eccl's.ix. Nescit homo vtrum amore vel odio sit dignus. Item iurisdictio ecclesie nihil haberet stabilitatis Ille em̄ qui est bonus in momento fit malus:ꝛ econuerso q: s̄m Job.xiiij. Mutat homo:ꝛ nunq̄ in eodē statu permanet.de con.di.v.ne tales.¶ P Preterea sicut pictor fedus facit pulchram imaginē:sic malus prelatus bonū preceptū.Si autē precipiat qđ malum est vt peccatū obediendum non est.vnde Aug.super illud Ro.xiij.Qui potestati resistit:ipsi damnationē acquirunt. Si ille iubeat qđ non debes facere:hic sane cōtemne potestatē timēdo potestatem maiorem.de ista materia plene.xj.q.iij.siquis episcopus.c.nō semper.c.si domin⁹.c. Julianus.c.qui omnipotentem.c.qui resistit.c.si is qui p̄est.viij.di.que ꝯtra. Q: autē homini obedire superiori sit necessarium:probatur clare.xj.q.iij.si aūt nobis.ꝛ.c.siquis nō obediat.ꝛ.c.absit.ꝛ.c.quicquid ergo.ex̄ de ma.ꝛ obe.solite.ꝛ per totū.ꝛ h̄

si. sint legi. per venerabilem. §. rationibus. Ite. i. Reg. xv. dicitur. Peccatū hariolandi est nō obedire. vbi dicit expositor. Idolū hoīs est quicq̄d plus q̄ deū colit: ac diligit. filijs ergo inobedientie voluntas sua idolū est: cui⁹ nutus cōtempta dei voluntate sequunt: ⁊ quicq̄d ipsa iusserit q̄si sacrosanctū adorant. et hi dicunt filij Belial. i. Regū. x. i. diaboli qd̄ interpretat absq̄ iugo. Hiere. ij. A seculo confregisti iugū meū. Item Gre. Peccatū paganitatis incurrit quisq̄s se dum christianū asserit, sedi apostolice obedire cōtēnit. lxxxi. di. si qui. ij. ¶ I Propterea ratione culpe sine qua nullus viuit: vt supra in. §. Et vnus error. plene probatū est: necesse est vnumquēq̄ superiori esse subiectum. xxij. di. de cōstantinopolitana. Immo magis meretur homo obediendo homini etiam malo propter deū: q̄ christo in ꝓpria persona. Quis em̄ christum cognoscens ei personaliter precipienti nō obediret: quū ad hoc compellat timor ⁊ amor: sicut apparet in Paulo audiente vocem dn̄i. Act. ix. Et i Thoma vidēte christū. Io. xx. Et ideo maxima fuit inobedientia protoplasti dn̄o inobedientis per se loquenti. cui ⁊ dixit. Quia audisti vocē vxoris tue. Genes. iij. q. d. non meā quā dixi. De ligno scientie boni ne cōedas. Gen. ij. Sed hoc magnū est homini, ꝓpter deū obedire homini: maxime malo. quū ad hoc nec tantus amor nec timor nec reuerentia incliner. Nō em̄ est naturale homini: vt homini dominet: sz brutis. vnde Gen. i. Dominamini piscibus maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ bestijs terre. Quāto em̄ peiori prelato vel homini alij obedit q̄s propter deum: tāto plus meretur. Voluit em̄ de⁹ humilis homini superbo iugū hominis imponere vt humilietur. et per obedientiam ad celū reuocet: qui per inobedientiā a paradiso eiectus fuerat: vt dicit Gre. super euangeliū de magis in si. Matth. ij. Et de hoc mirabile exemplū nobis reliq̄t sanctus Genebaldus ep̄s Laudunen. quē quum sanctus Remigius in quadā cella occlusisset per septē annos propter peccatū qd̄ cōmiserat cum vxore sua post cōtinentiā quā ea promissam: in septimo anno apparuit angel⁹ sancto Gene. predicto oranti dicēs pct̄m sibi esse dimissum ⁊ q̄ egrederet extra cellā. cui sanctus Gene. respōdit. Non possum: q: dn̄s meus Remigi⁹ ostiū hoc clausit: ⁊ sigillo suo muniuit. Cui angelus vt scias tibi celū apertum esse: h̄ etiam ostiū saluo sigillo nunc aperiet: qd̄ et factū est. Tūc Genebaldus iactans se in medio ostij in modū crucis ait etiā si dn̄s meus iesus christus ad me veniat huc: hinc nō egrediar nisi dn̄s me⁹ Remigi⁹ huc veniat qui me occlusit. Et tunc sanct⁹ Remigius ad monitionē angeli venit Laudunū ⁊ ipsum in locū et sedē suam restituit. Maius est ergo, vt dixi, obedire homini q̄ deo. q: duplex obediētia dei ⁊ hominis. sed in illa dei, vna. vnde ⁊ almus Franciscus dicebat q̄ si videret venientē per viā presbyterum ⁊ angelum: prius reuerentiā faceret presbytero q̄ angelo. Qui aūt inobediētes sunt: in canone acephali nūcupant. xciij. di. nulla ratione. et tota illa distinctio tollit istū errorem. ⁊. lxxix. di. ad hec. Nullū em̄ tale sacrificiū sicut obedientia: que omni sacrificio antefertur. vt dixit Samuel Sauli. i. Reg. xv. qd̄ Greg. exponit in moralib⁹. et est. viij. q. i. sciendū. dicens. Per victimā aliena caro: p obedientiam vero voluntas ꝓpria mactatur. ¶ L Quāto autē quis magis est obediēs homini propter deum: tanto amplius est deus sibi obediēs. vt apparet in Iosue filio Num discipulo Moysi obedientissimo: cui propterea dn̄s obediuit stante sole ad verbū eius. Iosue. x. Hoc idem contigit in Abbate patremucio precipiente soli stare ⁊ non occūbere quousq̄ perueniret ad vicū ad quē ibat infirmū visitare. Et s̄m Aug. Quanto caro ampli⁹ subiecta est spūi tanto spūs deo. Et q: sacer Franciscus obedientissimus fuit homini propter deū: etiā socio suo: quū obedientiam promittebat ⁊ seruabat: quū esset iam perfect⁹: ideo obediebant ei insensibiles ⁊ irrationales creature: vt in sua legenda scribitur. Nullus etiā status est in hac vita ita altus sicut status obedientie: q̄ in collo circulū aureū habet

Obediē tie hoīs stare cō mēdatio

vt vidit in extasi quidā frater: vt legitur in vitis patrum. Nec christo sic similis, nec sic sibi est cū fiducia adhistens: sicut ipse obediens patri vsq̄ ad mortē. Phi. ij. sicut alius abbas dixit. Et hic iungendū est qd̄ scripsi supra in. §. Ex quo. ⁊. Sed si cū aliquo religioso. in ar. li. ⁊. l. in statu religiosorū in. §. ⁊ secundū eorum vitiū, in ar. lxviij. de istis et alijs qui sine obedientia viuunt: subtile est vitiū istā sanctam obedientiā enumerans. ⁊ vocatur s̄m grecos idiorthimia. i. proprie voluntatis motus, ordo, regula, forma, amor, ⁊ cōplacētia sub specie spiritus q̄ istos Begardos decipit ⁊ alios fratricellos. Qui em̄ istam idiorthimiam ex toto penitus abnegauit: in his etiā que arbitrant bona ⁊ spiritualia et deo placentia ante transuadare peruenit s̄m Clima. in. iiij. gradu de obediētia. Dicebat em̄ almus Franciscus q̄ si subditus videat meliora anime sue, q̄ ea que sibi prelatus precipit: suā voluntatem deo sacrificet. que autē sunt prelati studeat adimplere: nā hec est charitatiua obedientia. de qua Petrus in prima epistola. i. ca. Animas vestras castigātes in obedientia charitatis. que deo ⁊ proximo satisfacit. vnde pulchre Daniel in collatiōe sua de cōcupiscentia carnis ⁊ spūs ait. Unū sane atq̄ idē inobedientie genus est vel propter operationis instantiā vel propter otij desideriū, senioris violare mandatum. tamq̄ dispendiū est pro vigilia q̄ pro somno statuta monasterij cōuellere. Tm̄ deniq̄ est abbatis trāsire preceptū vt legas: quantū si contēnas, vt dormias. nec alius superbie fomes est pro ieiunio fratrē q̄ pro refectione negligere: nisi q̄ perniciosiora ⁊ a remedijs longiora sunt vitia q̄ sub specie virtutū ⁊ imagine spiritualiū rerum videntur emergere: q̄ illa q̄ ex aperto pro carnali voluptate gignūtur. Hec enim velut expositi ⁊ manifesti lāguores ⁊ arguunt cōminus ⁊ sanantur: illa vero dum sub specie. xli. dist. sepe virtutum teguntur: incurata perdurant: ⁊ deceptos quosq̄ periculosius faciunt ac desperatius egrotare. Tādem cōtra istum errorem dicebat frater Egidius socius sancti frācisci: q̄ qui posuit caput sub iugo obedientie: et postea vt sequatur viā perfectionis, extrahit caput de sub iugo obedientie: hoc est signū magne latentis superbie. Propter omnia bona predicta obedientie abbas Ioannes anachorita dimissa eremo ⁊ professione anachoreseos, cōuolauit ad monasterium: vt bono obedientie frueretur: ⁊ se sub obedientia humiliaret. vt narrat Io. cassi. in li. colla. in collatiōe eiusdē Io. de fine cenobite ⁊ eremite. Begardi vero superbi non deo sicut dicunt obedium: ex quo nolunt propter ipsum prelatis mundi rectoribus obedire. Et hic est iungendū quod dixi latius de obediētia. i. in materia in qua de omnibus religiosis tracto in. §. ⁊ secundū. lxviij. ar. ¶ Quod vero dicunt dicti Begardi q̄ postq̄ perfect⁹ est quis: ad nulla precepta ecclesie obligatur: certum est esse erroneum manifeste: sicut apparet xiiij. q. i. quod precipitur. Item canones ab ecclesia editi spiritusancto dictante editi sunt. l. di. si quis diacon⁹. xxv. q. i. violatores. ij. ad Timo. iij. ibi. Omnis scriptura diuinitus inspirata ⁊c. ⁊. ij. Pe. i. c. in si. ibi. sz spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. ergo quilibet est obligatus ad eos seruandos sicut precepta dei. ad hoc. xxv. q. i. nulli fas. ⁊. c. p̄ria sal⁹. ⁊. c. ḡnali decreto. c. oīa decretalia. ⁊. c. hec cōsona. xix. di. si romanorum. Qd̄ em̄ eccl'ia mādat: si expsse cōtra deū nō mādat: christ⁹ ⁊ Petr⁹ mādat. i ix. di. sic omnes. xxiiij. q. i. manet. c. quodcunq̄. Mat. xvi. xix. disti. enimuero. xxv. q. ij. institutionis. xi. di. hoc vestre. xij. di. nō decet. ⁊. c. preceptis. Unde transgrediens precepta ecclesie infamis est. iij. q. iiij. si quis vero. ⁊ deponi meretur. iiij. distin. §. hoc etiam si legibus. ad hec. xx. di. si decreta. lxxxi. di. si qui sunt presbyteri. xij. di. illud. xix. di. nulli fas. xvi. dist. quod dicitis. Item sicut p̄cepta diuina principaliter ordinant hominē ad amorem dei: ita precepta ecclesie ⁊ statuta ordinant ad amorē proximi conseruandum. vterq̄ autem amor dei ⁊ proximi imperatur Matth. xxij. Mar. xij. ⁊ Luce. x. Diliges dn̄m deum tuum et proximum sicut

Sacris canonibus est obsequē dum.

teipsum.de peni.di.ij.charitas.ij. Preterea qđ precipit ecclesia:aut est cõtra deũ:⁊ tunc non tenemur obedire.vt.s̄.ver.preterea.probatũ est:aut est ƀm deum:⁊ tunc deus p̄cipit:q: de⁹ per ecclesiam nobis loquitur.ƀm illud Mat.x. Non eñ vos estis qui loquimini:sed spiritus patris vestri q̇ loq̇tur in vobis.Et Hiere.j.Ego ero in ore tuo:⁊ si separaueris p̄ciosum a vili:q̄si os meũ eris.Hier.xv. R

Ursus quod dicunt

solo.et.c.qui viderit. Periurium em̄ ⁊ adulterium ⁊ cetera peccata sine actu exteriori solo cōsensu cordis nefario cōmittuntur. vt de peni.di.i.si cui etiā non contingat. vbi de hoc no. ⁊ p̄.c.qui viderit.⁊.c.sicut.⁊.c.causa ⁊.q.in primis.xij.c. Et isto modo intelligitur verbum. Hiero. ꝙ si non tangere mulierem bonū est: ergo tangere malū est .xxxij. di.hospitiolu᷒. Item certū est ꝙ radix peccati in corde est vt dicit dn̄s in Matth.xv. De corde ꝓcedunt cogitatiōes male/homicidia/adulteria.xv.q.vi.c.i.de pe.di.ij. sicut tribus. Si ergo cor telo libidinis saucium est: osculum mortale est.vt p.c.nec solo. Et qḋ dicitur p Begardos ꝙ ad hoc natura nō inclinat: falsum est. q: suo modo sic inclinat ad osculum/sicut ad concubitū. Sed esto ꝙ ad hoc natura nō inclinaret: nihilominus ex mente corrupta nasceretur peccatum. quod etiā ex hoc apparet q: peccata contra naturā/⁊ ad que tm̄ natura non inclinat/grauiora sunt: vt sodomia.xxxij.q.vij.adulterij. Et igratitudo.ex̄ de dona.c.si. Et idololatria.q: cōtra naturam est a creatura creaturā adorari.xxiiij.q.i.nō afferamus. ¶ F f Item inclinatio nature vel nō inclinatio non facit peccatum: s᷒ peruersa voluntas ⁊ inordinata/cōmutans bonum incōmutabile i cōmutabile: ⁊ ꝓponēs delectationē creature creatori: qḋ est peccare.ſm Aug. Et q: inclinatio nō cogit peccare: q: tunc nō esset peccatum.xv.q.i.§.i.s᷒ ⁊ si natura inclinet maxime ad peccatum carnis: nō minus peccās suo arbitrio noxius est. de pe.di.ij.si em̄.ꝟ.liberi arbitrij. post iiij.colū.facit qḋ no.l.di.q: tua.glos.fi. Q: vero dicunt isti animales Begardi ꝙ actus carnalis nō est peccatū: quū ad hoc natura inclinet: hoc dicunt q: sunt de spū libertatis: vt opus exerceant carnalitatis ⁊ bestialitatis.nā inter alia precepta negatiua in decalogo mechia prohibetur. quū dicit dn̄s Exo.xx. Nō mechaberis. Noie aūt mechie ſm Aug.in questionibus Deutero.omnis illicitus cōcubitus atq᷒ illo᷒ membro᷒ nō legitimus vsus ꝓhibitus debet intelligi.xxxij.q.iiij.meretrices. Simplex em̄ fornicatio mortale est.xxv.di.§.al's ea demū.xxij.q.ij.ꝓdicandū.⁊ p̄.c.meretrices.⁊.c.se.vbi dicit Hieronymus ꝙ p vitia carnis maxime demones colūtur. ⁊ loquitur ibi de vitio carnis. ⁊ omne opus carnis immunditia vocatur. vbi dicit glos.ꝙ immunditia attenditur ſm omnē modū illicitum membrorum. Luxuria incenditur a cibo: quū vtitur delicatis ⁊ calidis vt aptior fit ad immūditiā. Cōsideratur etiā luxuria circa sensuum petulātiam.ad idē.xxij.q.vi. Non mechaberis. Item apl's.i.ad Thessa.iiij.ibi. Ut abstineatis vos a fornicatione.⁊.i.ibi. Q̄m iudex est dominus de omnibus his. Item apl's ad Gala.v.premissa fornicatione ait. Qui aūt talia agunt: regnum dei non possidebunt ad idem To.iiij. Attende tibi ab omni fornicatiōe: ⁊ preter vxorem tuam nō patiaris crimē scire.crimē aūt mortale importat.xxv.di.§.criminis.lxxxi.di.c.i.ex̄ de pe.⁊ remis. de'. Item Deutero.xviij. Non erit tibi meretrix.i. Cor.vi. Fugite fornicationem. Fornicatio autē ſm doctores est omnis vsus carnalis cōmistionis preter legitimū thori cōcubitum. Prouer.vi. Precium scorti vix vnius est panis: q: fatua mulier illo precio dat corpus fornicatori: ⁊ animam diabolo: quo nō daret sotulares suos.nec tantū dat animā suā diabolo: s᷒ etiam illius miseri q̄ cōmiscetur ei.vnde sequitur. Mulier autē viri ꝓciosam animā capit. Item Eze.xxiij. Proiecisti me post corpus tuū.i. Cor.vi. Omne peccatum ⁊c̄.i. Qui autem fornicatur/in corpus suū peccat.ij. Pe.ij. Nouit de' pios de tētatione eripere.iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos.magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditie ambulant. Prouer.vi. Qui adulter est propter cordis inopiam perdit animam suam. Augu. O quāta iniquitas: quāta peruersitas: vt animam suam quam christus sanguine suo redemit: luxuriosus quisquis propter momēti vni' delectationem vēdat. Eccl'i.ix. Ne des fornicarijs animā tuam in vllo: ne perdas te et hereditatem tuam. Osee vi. Omnes adulterantes/quasi clibanus succensus a coquente. Isidorus. Omnibus peccatis fornicatio maior est. Fornicatio vniuersa antecedit mala. melius est ergo mori ꝙ fornicari. immo plus. quum necessitas excuset a furto. de cō.di.v.discipulos. de furtis.c.si quis propter necessitatē. ⁊ ab homicidio.ex̄ de homic.c.ij.⁊.c.i.in Clemē. nullla tamen necessitas excusat a fornicatione. ff. de ritu nup.palam.§.non est ignoscendum. ⁊ no.ex̄ de fur.si quis propter necessitatem.⁊.xxxij.q.iiij.sicut. tractaui lati' de immunditia.i.§.nunc de immūditia.in ar.lxxiij. ¶ G g Nec obstat quod dicunt isti Begardi ꝙ qñ q̄s de isto peccato tentatur: excusari videtur: q: aliud est tentari/aliud tentationi consentire. non tentari aūt istud est impossibile quum tota vita nostra sit tentatio super terrā. Iob. vij. de peni.di.ij.si enim. sed non consentire tentationi per dei gratiam possibile ⁊ facile est. vnde Ia.i. Beatus vir qui suffert tentationem.i.non consentit. ⁊ propterea oramus Matth.vi. ⁊ Luce.xi.de peni.di.iij.de quotidianis. Et ne nos inducas.i.intus ducas in tentationē.q: non oram' non tentari: sed oramus a tentatione non superari. q: de se tentatio peccatum non est.ſm Greg.sed virtutis exercitatio. vnde ⁊ Dauid in ps̄.xxv. tentari petit vt coronetur dicens. Tenta me domine.i. Mach.ij.q: tentatur Abraā Iob Tobias ⁊ Ioseph ⁊ reliqui sancti: ⁊ resistentes tentationi coronantur. Quum enim tribus modis impleatur omne peccatum. de pe.di.iij.sicut trib'.di.vi.in palea s᷒ pensandum. Suggestione: que fit per diabolum. Delectatione: que fit per carnem. Cōsensu: per spiritum. quia serpens suggessit. Eua delectata est sicut caro. Adā velut spiritus consensit. de pe.di.i.serpens. Quum malign' spiritus peccatum suggerit in mente: si nulla delectatio peccati sequatur: peccatum omnino perpetratum non est. di.vi.in palea.s᷒ pensandum. vbi de hoc. immo fortius ⁊ frequentius tentantur boni ꝙ mali a diabolo. vnde Greg. super illud Exo.v. Contemptus Pharao cōsurgit in scādala. Illos tentare negligit quos quieto iure se possidere sentit. boni enim ad pugnam suscitant leuiathā bonis operibus eum stimulando. Iob.iij. Qui parati sunt suscitare leuiathā. Nam sicut dicit Chrysostomus/Non tentatur a libidine: qui semper est in fornicatione. nō tentatur a gula: qui semper est in delicijs. nō tentatur ab auaritia: qui nulli dat sua: immo si potest recipit aliena. Sed si proposuisti continere: tentaris a spū luxurie. si proposuisti ieiunare: tentaris a spiritu gule. si proponas eleemosynam facere: tentaris a spiritu auaritie. proponis humilitatem seruare: tentaris a spiritu superbie. Uides quomodo filij dei exeunt contra diabolum. bella peccatis indicūt: q: victorie gloriam concupiscunt. Quisquis ergo expectans christum celesti tuba iam resonante/angelorum turba spectante/ad hoc virtutis exercitium exire neglexerit: nec christiani vocabulo nec christianorum consortio dignus erit. immo desertoris crimine notabitur: ⁊ velut penitentie proditor punietur. Proinde sumamus arma celestia securi de victoria. quia rex noster qui nobiscum est vinci non potest. vnde.i. Io.iiij. Maior est qui in nobis est: ꝙ q̄ in mūdo est. huc usq᷒ Chrysosto. Non ergo se excusent isti Begardi quia tentantur de carne: q: nemo peccat inuitus .xv.q.i.§.i.xxiij.q.iiij. vasis. al's est sub.c. nabuchodonosor.

Marginalia: mechie nomine quid intelligendum. — Fornicatio quid sit.

¶ H h

OCtauus error Begardorum est/quia dicunt ꝙ in eleuatione corporis iesu christi non debent assurgere: nec ei reuerentiam exhibere asserētes ꝙ esset imperfectiōis eisdem/si a puritate ⁊ altitudine sue contemplationis tātum descenderēt/ꝙ circa mysteriū seu sacramētū eucharistie aut circa passionē hūanitatis christi aliq̄ cogitarēt. Error aūt iste tollitur p illō qḋ scri.ad Phi.ij.ꝙ i noie Iesu oē genu flectatur.ex̄ de immu.ec.decet.li.vi.ex̄ de cele.miss.sane.de cō.di.ij.nihil.i.q.i.multi. Item christus ille panis est, de consecra.dist.ij.

christus panis est.sed christus dñs est. Joan.xiij. Si ego dominus ꝛ magister. Huic aũt dño genuflectendum est, Michee.vi. Quid dignũ offeram domino: curuabo genu deo excelso.immo nedũ corpori christi/ sꝫ etiã quum legit euangelium: curuari debemus.de cõ.di.i.aplica. Item in ps̃.xcviij. Dominus regnauit irascant populi.ibi. Adorate scabellũ pedum eius: quoniam sanctum est. De christi humanitate exponit Augu. ꝛ expressum de cõ.di.ij. accesserunt.ꝟ.nemo autem illam carnem manducat nisi prius adorauerit. Itẽ ad Hebre.i. Et quum introducit primo genitũ in orbem terre: dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. ꝛ in ps̃.xcvi. Adorate eũ scꝫ filium/ omnes angeli eius scꝫ patris. Itẽ quum quilibet fidelis teneatur omni anno communicare. Jo.vi. Nisi manducaueritis carnem filij hominis ꝛc.de cõ.di.ij.prima.cum.c.prece. ex̃ de peni.ois,q: ꝛ apl̃s summe pfectionis hoc dicit dominus Hoc facite in meam cõmemorationem. Luc.xxij.de cõ.di.ij.iterat. ꝛ ex̃ de reliquijs.si dominum.in clemẽ.eadem ratione tenetur ipsum adorare etiã adoratiõe latrie.vt probat August.in pre.ꝟ. Adorate scabellum pedum eius. et pre.c.accesserunt.q: caro christi coniuncta diuinitati adoratur latria: in quãtũ in creatura hyperdulia: de qua latria legitur ꝛ no.de con.di.iij.venerabiles. Item magi p cidentes adorauerunt eum. Matth.ij. ꝛ leprosus. Matth.viij.ibi.adorabat eum.vbi Origeñ. Añ q̃ peteret adorare cepit cultum ostendẽs. Et Chrysostomus sup Matth. Non enim illum petebat quasi hominem artificem: sꝫ adorabat quasi deum.oratio autem perfecta est fides et confessio.vnde leprosus fidei opus adorans impleuit: sꝫ opus confessionis impleuit in verbis.vnde adorabat eũ dicens domine. Et ille cecus illuminatus. Jo.ix.in fi. Or autem dicunt isti maledicti q̃ caderent a perfectione sue contemplationis si de carne christi aut de passiõe eius aliquid cogitarent: insanum est manifeste/ ꝛ diabolice arrogantie: q: videndo corpus christi/ vident deũ per fidem ꝛ diuinitatem eius: q̃ cõiuncta est carni christi. vnde Jo.xiiij. Qui videt me: videt ꝛ patrẽ. ꝛ beati oculi qui vidẽt que vos videtis. Luc.x. ꝛ Jo.xvij. Sicut nos vnum sumꝰ. ex̃ de sum.tri.c.ij.§.rursus. ꝛ que maior ꝛ purior cõtemplatio: q̃ cogitare deum passum in carne: ad cuius memoriã est illud sacramentum principaliter institutum: vnde dominus: Hoc quociensciũq; feceritis: in meam cõmemorationẽ facietis. Luc.xxij.de cõ.di.ij.iteratur. ex̃ de reli. ꝛ ve.sancto.si dominuꝫ.in Clem̃.vnde.i. Pe.iiij. Christo igitur passo in carne/ et vos eadem cogitatione armamini. ꝛ ad Heb.xij. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionẽ ꝛc. Thre.iij. Recordare paupertatis ꝛ transgressionis mee fellis ꝛ absinthij. Sed quomodo hi impij possunt contemplari diuinitatẽ: nisi ꝛ ibi filiũ contemplentur: qui est vna essentia cum patre: q: est id qđ pater.pater enim filio dedit id quod est. vnde dicit filius Jo.x. ꝛ ex̃ de sum.tri.c.ij.§.licet. pater quod dedit maius est omnibus. Si autem filiũ dei contemplãtur: deum de deo: vt in symbolo nisseno: quod cantatur in missa: contemplari eos necesse est: si recte credunt eundeꝫ filium hominem de maria natum.xxiij.di. qui episcopus.de con.di.iij.c.si.ex̃ de sum.tri.c.i. ꝛ in alijs symbolis fidei orthodoxe.sed istius dei ꝛ hominis illa vera caro sacrosancta que conficitur in altari.vnde August. De carne marie carnem accepit: ꝛ eãdeꝫ carnem ad manducandum dedit ad salutem.de con.di.ij. accesserunt. nõ ergo descendunt a contemplatiõe perfecta adorãdo carnem illam vnitam inseparabiliter verbo: sꝫ ascẽdunt illũ deũ hoiem pijssimũ cõtẽplãdo.nihil eñ sic hoiem ad deũ trahit: ꝛ ad deũ allicit/ sicut deũ hoiem cõtẽplando. nihil enim homini suauiꝰ/ dulcius ꝛ gloriosius est: q̃ suũ creatorẽ sue creature corporaliter esse vnitum: et vnum cum ea insepabiliter esse.i.q̃ nunq̃ sepabit: q̃uis separi posset per potẽtiã eiꝰ qui eã vniuit: esse effectu veraciter contẽplari, vnde Esa.vij. Et vocabitur nomen eius emanuel; quod interpretatur nobiscum deus: quia verbum caro factum habitauit in nobis. Jo.i. Itẽ per rationem illorum vesanam ꝟgo beata/ apl̃i euangeliste/ patriarche/ ꝛ prophete/ fuissent summe imperfecti: quuꝫ et gestis ꝛ verbis eorum appareat q̃ circa hec iugiter cogitabãt: immo omnes beati de imperfectione notarẽtur: qui in diuina essentia vident quotidie omnia sacramenta humanitatis christi: ꝛ illa liquidissime cõtemplantur: ꝛ in eis ineffabiliter delectant. vnde ꝛ chori angelorum in sacra illa immolatione adsistunt: ꝛ illud altissimum sacramentum pferunt ministerio suo sociandũ in celo corpori christi.de cõ.di.ij. quid sit sanguis. Preterea via veniendi ad cõtemplationeꝫ diuinitatis est cõtẽplatio christi humanitatis que est facilior ꝛ capacior. vnde Jo.i. Deũ nemo vidit vnq̃.i.nullus homo simplex: sꝫ vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit.i.extra per assumptã humanitatem docuit: illuminando intellectũ ad videndum deũ. Anima eñ rõnalis creata fuit in quodam medio habẽs extra se mundum se in se/ deum supra se. Unde accepit oculũ carnis: quo extra se mundũ aspiceret.oculum rationis: quo seipsum cerneret.oculum cõtemplationis: quo deũ videret. Sꝫ postq̃ tenebre peccati facte sunt super faciem. Geñ.i.abyssi.i. cordis humani. iuxta illud Hiere.xvij. Prauum est cor hominis: quis cognoscet illud: oculus contemplationis extinctus est: vt nihil videret. oculus quoq; rõnis lippus effectus: vt se dubie ꝛ obscure cerneret. solus oculus carnis in claritate remansit. Propter hoc eterna sapiẽtia in sua natura inuisibilis/ facta est in assumpta natura visibilis: vt homo in christo humanitateꝫ oculo carnis cerneret: ꝛ per opera diuina que fecit ꝛ facit quasi quodã collyrio oculo cordis illuminato diuinitatẽ in ipso videret. ac sic totꝰ homo beatificaretur in ipso. vnde ait Luc.x. Beati oculi qui vident ꝛc. vt supra dixi. Et ne ab hac beatitudine videamur excludi: qui non vidimus eũ in carne presentem: ait Jo.xx. beati qui non viderunt scꝫ corporaliter ꝛ crediderunt cordialiter. Corde eñ creditur ad iustitiã. Ro.x.xi.q.iij.nolite.quã q̃ ipsuꝫ in hoc altissimo sacramẽto corporaliter videamus sub illis visibilibus speciebus latentem si veraciter in ipsum credimus: ꝛ propterea ipse nobis in hoc sacramento sui memoriam dereliquit dicẽs Luc.xxij. ꝛ pre.c. iteratur. Hoc facite in meã cõmemorationem. ꝛ p̃.c.si dominum. Clem̃. ¶ Ji In hoc autẽ isti Begardi demonibꝰ sunt peiores. demoni eñ ait dñs. Dominum deũ tuuꝫ adorabis. in tali latria precipuũ deficit: scꝫ dilectio. q: demõ nõ diligit: q: charitatẽ pdidit. de pe.di.ij.principium.xvi.q.ij.visis. ꝛ vide hic quod no.di.iij.venerabiles.glos.ij. Deutero.vi. Matth.iiij. Sed isti nolunt christum in carne adorare. quum ipse specialiter dicatur deus noster. vt in illo.ꝟ.ps̃.lxvi. Benedicat nos deus deꝰ noster. christus propter humane nature participationeꝫ ꝛ redemptionem. Sed possunt dicere isti heretici qđ dicitur Jo.iiij. q̃ veri adoratores adorant patrem in spiritu et veritate. ad hoc dicendum est, q̃ ideo hoc dicit dominꝰ vt tolleret errorem dicentium deum esse corporeum ꝛ lineamentis distinctum: qui error ponitur .xxiiij.q.iij. quidam.ꝟ. Antropomorphite.quia deus spiritus est. vt ibi dicitur. ꝛ p̃.c. Jo.iiij. ꝛ filius dei spiritus est: quia deus est. ex̃ de hereti.cum christus. Sed quamq̃ pater incarnatus non sit.de con.distinc.iij.omnis.diuinitas tamen incarnata est in filio toto deo. vnde super illud ps̃.lix. In idumeam extendam .i. mundum sanguineum extendam calciamentum meum.i.humanitatem.dicit, Mrego.diuinitatem calciatam. Nam filius dei quum sit deus perfectus totꝰ/ non concisus/ non diuisus: q: indiuisibilis est: incarnatus est. quam incarnationem tota trinitas operta est. vt in pre.c.omnis. ꝛ ex̃ de sum.tri.c.i.§.hec sancta. ꝛ tota in hoc altissimo per comitãtiam: ꝛ tres etiam persone ibi sunt per essentiam: per potentiam/ per pñtiam/ sicut in omni creatura: tñ non sunt ibi sub sacramento ꝛ rõne sacramẽti.sꝫ sola psona filij icarnati.q: nec pater nec spiritussctũs

incarnatus est sed filius.de cõ.di.ij.c.si.⁊ hoc sacramentũ de filio est ⁊ p incarnatione ⁊ passiõis memoria ei⁹.fit de con.dis.ij.iteratꝫ.⁊.c.in christo pater. ⁊ ex de reli.⁊ venera. sanctoꝝ.si dñm.Clem.⁊ per colonẽ indiuisibilem veraciter est ⁊ per vnionem.vt no.de cõ.di.ij. hoc est quod dicimus.⁊.c.cõperim⁹. Si igitur hi Begardi christi carnem vere manducare desiderant: ipsam carnẽ veraciter adorent.q2 dicit Augu.i ps.xxviij. Nemo aũt ipsam carnẽ mãducat:nisi prius adorauerit.de cõ.di.ij.accesserunt. In vrbe in quodã monasterio sanctimonialium sancti Laurentij Pamsperne in quo illo tempore manebã.erat quidaʒ theutonicus qui multũ spiritualis videbatur: mihi fuit accusatus de isto errore:q corpus christi nõ adorabat qñ eleuabatur. Et in predicatiõe tetigi istũ errorẽ cõtra Begardos:de quorum numero ipse erat. ⁊ tunc aderat:quẽ correxi ad ptẽ de illo errore:q̃ nullã paceʒ habebat qñ tãgebã in meis predicationibus illos Begardos.q2 lupus erat in fabula.nec me libenter videbat.vili habitu se regebat:⁊ lachrymas habebat.sepe diabol⁹ appentes lachrymas administrat ⁊ rapt⁹.scripsi.s̃.§.feminaꝝ.ꝟ.xxviij. in ar. xlvj.i ista scda pte.⁊ se ɔtẽplatiuũ ⁊ gustantẽ reputabat.sʒ vtinã nõ esset lupus pelle agnina tectus.si christi nõ est: christus eum suum faciat.ex de heretic.vt officiũ inquisitiõis.§.si vero.Hucusq̃ de Anachoritis ⁊ Begardis eccis ⁊ eorum erroribus dictum sufficiat.

¶ Articulus.liij. A

Gloriosa ciuitas

dei sancta mater ecclesia:postq̃ in te defecerũt anachorite:queramus in te si poterim⁹ inuenire alios religiosos qui veraciter colãt te:⁊ edificent te:⁊ sancta vita ⁊ sciẽtia illustrent te. Ipsi eñi a fundamẽtis fabricauerunt te.nam tota ecclesia primitiua collecta prius Hierosolymis sub apl'is qui caput erant illius sancte religiõis ⁊ fraternitatis/tota erat vna religio. Nam sicut legitur Actuum .iiij.⁊.ij.⁊.xij.q.j.dilectissimis.⁊.c. q2 tua.cũ.c.se. multitudinis credentiũ erat cor vnum ⁊ anima vna. nec quisq̃ eoꝝ que possidebat aliquid suũ esse dicebat sʒ erãt illis oĩa communia. ⁊ paulopost.Quotquot eñi possessores agroꝝ aut domorũ erant:vendentes afferebant p̃cia eorum que vendebãt:⁊ ponebant ante pedes aploꝝ.diuidebatꝫ aũt vnicuiq̃ put opus erat.Et talis erat tunc tota illa eccl'ia bñdicta:quales tempore sanctorum cenobitarũ Egypti perpaucos inueniri in cenobijs difficile extitisset vt ait Piamon sanctus anachorita in sua collatiõe de tribus generibus monachorum in li.coll'. Joan.cassi. ¶ B De illa etiam eccl'ia Alexandrina sub marco ait Petrus damiani.Tanta sancto marco dñs apud Alexandriã gratiam prerogauit:vt omnes qui tunc ad fidei rudimenta cõfluerent/ mox per continentiam ⁊ totius sancte cõuersationis instantiam tamq̃ ad monastice perfectionis fastigium puolarẽt. Unde ⁊ in illa ecclesia primitiua tradita fuit forma monastice seu cenobitice vite.iuxta qd glos. Bede dic̃ ibidẽ.Actu iiij.in textu supra posito.Qui ita viuunt vt sint eis omnia cõmunia in dño:cenobite vocanꝫ. que vita tanto fertilior est:quãto magis statum futuri seculi imitatur:vbi omnia sunt cõmunia. Religiosi aũt illi erant habitu honesti.actione iusti.sermone modesti:cogitatione sancti:affectione puri:intentione recti:puidẽtes bona nõ solũ coram deo sʒ etiã coram omnib⁹ hominib⁹ ij.ad Coꝝ.viij.ad Ro.xij.in fi.xij.q.j.nolo. Sed sicut preteriti temporis religiosi fuerunt ficus dulcissime ⁊ valde bone:ita nostri tẽporis Regulares sunt multi ficus amarissime ⁊ valde male.ar.xlvij.di.quãtulibet. Hiere.xxiiij. Ostẽdit mihi dñs.Et ecce duo calathi pleni ficis. et.j. fic⁹ bonas/bonas valde: ⁊ ficus malas/malas valde. vnde Augu.in.p̃.c.quãtulibet.Sicut non inueni meliores q̃ q̃ in monasterio pfecerũt:ita nõ expert⁹ sum deteriores q̃ qui in monasterio defecerũt.ar.ad hoc.Et cum corruunt difficili⁹ q̃ seculares resurgũt. q2 ad lr̃am fm. Chrysosto. nõ ideo dolẽt q2 peccauerũt:sʒ cõfunduntꝫ q2 suã hic gloriã pdiderũt.de pe.di.j.quis aliqñ. Uñ ficte aliqui penitẽt ideo non resurgunt. Ad idem de peni.di.j.§.q aũt.ꝟ.si sacerdos(al's est.c.).l.di.vt constituereꝫ.ibi.expti credo aliquorum fictas penitẽtias ¶ C Nostri quidem temporis religiosi multi similes pharisęis:qui in synagoga locum religiosoꝝ tenebant:diuisis ab alijs habitu:⁊ exteriori conuersatione similes:tonsuram magnam deferre/ habitum suum cõponere/custodire exteriores cerimonias quid sit cerimonia no.xlv.di.q̃ sincera.glos.cerimonia. et obseruantias gloriãtur. Sed quid valet religio sine charitate ⁊ pietate q̃ ad omnia valet.j.ad Timo.iiij.xlij.di.§. j.Habitus sine humilitate. Phi.ij.de peni.di.j.c.j.Tonsura sine paupertate:quam designat:xij.q.j.duo. Silẽtiũ oris sine quiete cordis:de cõ.di.j.qñ. Jeiunia cum gastrimargia.xlj.di.q̃squis.de cõ.di.v.sint tibi. Psalmodia sine concordia:xc.di.alienus.⁊ cũ inuidia.xlvj.di.clericus inuidẽs Exterior oratio ⁊ vocalis ⁊ apparens ⁊ interior vagatio de cõ.di.j.quando.⁊.di.v.nõ mediocriter.xcij.di.cantãtes xxxviij.di.sedulo. Sterilis meditatio ⁊ nulla cõpũctio:de pe.di.j.§.hoc idem.in prin.⁊.c.p̃diterat.⁊ di.iij.§.Ecce.ꝟ. vidisti(al'.est.c.)nec gemit⁹ nec suspirioꝝ emissio:de pe. di.iij.§.his auctoritatibus.ꝟ.prima consolatio. Uocalis ⁊ sacramentalis confessio ⁊ nulla mutatio vel correctio. de pe.di.j.nõ sufficit.⁊.di.iij.penitentes.cũ.c.p̃. Continua missarũ celebratio ⁊ vitioꝝ augmentatio.de consc.di.ij.q̃ discordat.cũ.c.se.⁊.c.sicut iudas.⁊.c.q̃ scelerate.⁊.c.quotidie. Uisitatio ⁊ semp peccatoꝝ excusatio ⁊ velatio:de pe. di.j.serpens.⁊.§ deniq̃.⁊ di.iij.sunt plures.⁊.c.pluit.⁊ ps. cxl.ad excusandas excusationes in peccatis.xvj.q.j.predicator.ex de consue.quãto. Ueritatis lucratiue predicatio ⁊ eiusdem per malam vitã impugnatio.iij.q.vij.§.hoc idẽ testatur.xxv.di.c.vltimo Corporalis in eundo ⁊ cantando ⁊ comedendo ⁊ seruiendo cõbinatio ⁊ interna diuisio ⁊ reciproca persecutio.j.q.j.multe.xxiiij.q.j.vbi sana.xxij. q.iiij.qui peccat.ꝟ.neq̃ eñi. In choro ⁊ missa benedictio ⁊ extra/⁊ intra in corde maledictio.xxiiij.q.iij.si igitur.⁊ §.sed qui.⁊.c.deus qñ.xj.q.iij.§. Item Salomon ꝟ. sicut auis. Detractio.de pe.di.j.homicidiorum. Murmuratio. xc.di.alienus.c.oblationes.xlvj.di.accusatores. Diffamatio.vj.q.j.deteriores.⁊.c.ex merito. Contentio.xc.di.oblationes. Mendaciorum multiplicatio.xxij.q.ij.primũ. Cachinnatio/derisio.v.q.v.§. vl.in fi. Subsannatio ⁊ despectio.ps.xxxiiij. Subsannauerunt me subsannatione.⁊ idẽ ⁊ despectio.supbis. Pacis labioꝝ altrinseca datio ⁊ locutio/⁊ interior cordial' idignatio ⁊ mala cogitatio.ps.xxvij. Mala aũt i cordib⁹ eoꝝ. De talib⁹ irreligiosis ait dñs Sopho.j. Uisitabo super eos q̃ induti sunt veste pegrina. Itẽ Hiere.ix. Uisitabo super eos qui attonsi sunt coma habitãtes in deserto.i.in claustro:q2 oẽs habent preputiũ mẽs ʒ pprietatem/propriam voluntatem/⁊ carnalem voluptatem.vnde Bern. Manet tonsura:vestis necdum mutata est:ieiuniorum regula custoditur:statutis psallitꝫ horis:sed cor eorũ longe est a me/dicat dñs Matth.xv. Esa. xxix.p̃miserat eñi dñs ibi i Mattheo: Hypocrite bñ de vobis prophetauit Esa. Ppl's iste labijs me honorat (al's glorificat me):Esa.xxix.Mat.xv.vbi Remigius. Hypocrita dicitur simulator:q2 aliud opere simulat/aliud corde gestat. Isti ergo bene. Hypocrite dicuntur: quia sub honore dei terrena lucra sibi accumulare cupiebant. Sic faciunt hodie plerĩq̃ religiosi successores pharisęorũ in vitijs.contra quos Hieronymus. Ue illis ad quos pharisęoꝝ vitia deuenerunt. Isti⁹ hipocrytalis tẽporis aliqui religiosi irreligiosi. Regulares.i.rregulares q2 de regula nõ curãtes.di.iij.regula. Conuersi peruersi: ⁊ ad vitia mũdi reuersi.de pe.di.ij.penata.⁊.c.nõ reuertebanꝫ. Cenobite quidam proprietarij sarrabaite.ex de sta.mo.super quodã Claustrales aliqui regum ⁊ principuʒ ⁊ Cardinaliũ cõmensales. ex de offi.ordina.quãto Monachi gyroua

virginis iam sanctificato cōceptus fuit. ex de sum. tri. c. j. xxiiij. di. qui episcop⁹. Domina autem nostra de semine vtri usq; parentis Joachim ⁊ Anne concepta fuit: sicut cetere mulieres: non de spiritusancto sicut fili⁹. ⁊ ideo in origina li peccato fuit concepta vt late probat Bern. in ep̄la quā scribit canonicis Lugdunen̄. in qua reprehēdit eos: q: cō ceptionis festum domine celebrabant: qd̄ non debet fieri sed quū fit: referri debet ad sanctificationē eius in vtero. quia f̄m Bern̄. ante fuit sancta ꝙ̄ nata. vnde ⁊ Aug. super hoc ad petrum diaconū ait de con. di. iiij. firmissime tene. Firmissime tene: ⁊ nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri ⁊ mulieris concipitur: cum origi nali peccato nasci: impietati subditum / mortiq; subiectū Et ob hoc naturaliter nasci filium ire. de qua dicit ap̄ls. Eram⁹ natura filij ire sicut ⁊ ceteri. Eph. ij. ⁊ Rom̄. v. ad h̄ facit quod legit̄ ⁊ no. de con. di. iiij. c. ij. in v̄bo miraculo glos. vt in beata Maria. ⁊ de con. di. iij. c. j. in glos. de festo. ⁊ facit op. xxvij. q. ij. omne. et hanc sententiam tenent oēs antiqui theologi: Alexander / Thomas in suo quarto ⁊. ḧ Bonauētura / Richardus. licet q̇dā noui theologi a sen su ecclesie recedentes cōmuni tenere cōtra indeuoti reue ra domine / ei tamen deuoti cupientes apparere / nitantur eam quodāmodo sic deo ⁊ suo filio cōparantes. quorū no ua opinio ⁊ phantastica sit a fidelibus cancellata: q: san ctificationem virginis negat. contra id qd̄ tenet ecclesia ipsam sanctificationē fuisse. ⁊ sic f̄m Bern. antea sanctam id est sanctificatam in vtero ꝙ̄ natam extra vterū. Si em̄ in peccato originali qd̄ contrahitur in anime infusiōe: vt no. de con. di. iiij. non ex quo. in glos. ij. non fuisset cōcepta sanctificatio necessaria non fuisset: sicut nec in christo. et ideo Romana ecclesia festum conceptionis non agit: etsi tolerat ꝙ alicubi fiat: maxime in anglia: non tamē appro bat. q: quod permittitur nō approbatur. iiij. di. deniq;. xxj. q. j. hac ratione vel illud festum debet referri ad sanctifica tionem virginis non conceptionem. vt dictum est. Et ita dicit oratio que dicitur in hoc festo Rome in sancta Ma ria maiori. Deus qui sanctificationem virginis ⁊c. sicut vi di ⁊ audiui quū ibi de ista sanctificatione predicarem in isto festo sanctificationis: quod fit in decembri ante festū natalis. per. xv. dies. Pro hac veritate facit illud Salo. Prouerbio. xxv. Aufer rubiginem de argento: et egrede tur vas purissimum. Vas purissimum fuit virgo: que ru bigine originalis peccati abluta per sanctificationem in vtero factam purissima in necessitate sua egressa est ex vtero. et illud. Psalm̄. xlv. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Tabernaculum sanctificatum dei fuit virgo Maria. iuxta illud Ecclesiasti. xxiiij. Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. facit verbū Aug. in ser mone purificationis dicentis. Solus est sine peccato na tus: quē sine viri cōplexu nō concupiscentia carnis: s; obe dientia genuit mentis. Hoc etiam determinat Aug. sup Gen̄. ad literam. vj. c. facit de peni. di. ij. si enim. in fine. ibi. ⁊ docuim⁹ ꝙ excepto deo omnis creatura sub vitio sit ⁊c. Idē tenet magister sententiarū. Contra hos etiā qui im peccantiam posse haberi in hac vita dicunt: est illa coll̄o Theone q̄ intitulatur de anamarchitio. i. impeccantia. in li. collationum Jo. cassi. vbi etiam allegat̄ Paulus dicēs Ago. qd̄ volo: ⁊ infelix ego homo: q̇s me liberabit de cor pore mortis huius: ad Ro. vij. ⁊. xxxij. q. v. si paulus. et de con. di. iiij. c. ij. ⁊ illud Ro. vij. Video aliam legē repugnā tem legi mentis mee. in pre. c. ij. ⁊ di. vj. in palea / sed pēsan dum. in fi. que omnia intelliguntur ꝙ nunꝗ̄ mente voles bat a deo discedere: sed hoc nō poterat perficere quin mo tus vagationum sentiret: ⁊ quin descendere eum aliquā do oporteret ab illa continua theoria. ¶ C Nullus em̄ hominū excepto dn̄o saluatore ⁊ domina matre eius (vt pie creditur) naturalē per vagationem mentis ita defix⁹ semper in dei cōtemplatione cōtinuit: vt nunꝗ̄ ab ea ra ptus mundane cuiusq; rei delectatione peccaret: dicente scriptura. Sidera ipsa non sunt munda in cōspectu eius nostra trāslatio habet. celi non mundi. Job. xv. ¶ D Ox etiam dicūt dicti Begardi ꝙ tantum potest homo cresce re in gratia in hac vita: ꝙ amplius crescere nō valebit. fal sum esse nō dubium est: quia scriptum est in. ps̄. lxxxiij. ⁊ de peni. di. ij. dum sanctā. Ibūt de virtute in virtutē vsq; quo videatur deus deorum in syon. i. in gloria sempiterna vbi dn̄m speculabimur facie ad faciē. Joānis cap. xvij. Cōtra etiam verbum Ambrosij in sermone resurrectionis de sanctis dicentis. Quis em̄ in hac vita tā mūdus: q̄ ampli⁹ mundari nō possit: magis magisq; mundādus nō sit: ⁊ se quit̄ post. Ut tāto sint fecundiores: quanto fuerint mun diores. Et contra hoc etiam est illud Apoca. c. vltimo. Et qui iustus est: iustificetur adhuc. xlvij. di. quantūlibet. Et illud Salo. Prouer. iiij. Justorum semita quasi lux splen dens procedit ⁊ crescit vsq; in perfectum diem. de peni. di. ij. iustorum semita. post. c. nō reuertebantur. Vocat autem perfectum diem scilicet glorie sempiterne. de qua die dici tur in ps̄. lxxxiij. Quia melior est dies vna in atrijs tuis su per milia. quod verbum Salomonis exponit Grego. in Ezech. homi. v. ⁊ in prece. c. non reuertebantur dicens. In eorum nāq; animo bonum desiderium atq; intellectus lu cis intime iam pars diei est: sed q: vsq; ad finem vite in vir tute proficiunt: ad perfectum diem tunc veniunt: quādo ad regna celestia perduci in ea luce quā desiderant iā mi nus aliquid nō habebunt. Item Nedum inter virtutes sed etiam in eisdem virtutibus gradus esse probātur. de peni. di. ij. §. hec que de charitate. ⁊. c. dum sanctā. vbi Gre go. probat per multas authoritates hoc ꝙ in ista vita p fectissima charitas sicut in patria haberi non potest. Vn̄ de peni. di. ij. §. hinc etiam. v̄. Item Hiero. Charitas in q̄ busdam perfecta est: in quibusdam imperfecta: perfectissi ma autem in hac vita haberi nō potest. Quis em̄ in hac vita ad tantū gradū perfectionis peruenit: ad quātū per uenit mater dei: ⁊ tamen semper in ea creuit gratia ⁊ me ritum vsq; ad mortem. q: semper gratia vtebatur recte ⁊ virtuose viuendo. Et credo salua ecclesie veritate ꝙ si dn̄a. c. milibus annorū vixisset in hac vita: in fine illorum dierum perfectior extitisset. q: nulla creatura sic est plena gratia quin amplius repleri valeat. excepto illo homine in christo deo vnito qui ab instāti ꝯceptionis omnib⁹ cha rismatibus diuini ⁊ sancti spiritus plenissime plenus fuit q: nō fuit sibi datus spiritus ad mensuram. Jo. iij. ⁊ ibi. De plenitudine eius omnes accepimus. Jo. j. ⁊ ibi. Plenum gratie ⁊ veritatis. Unde super illud verbum / Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Jo. iij. Aug. Hominib⁹ ad mensuram dat: vnico filio nō dat ad mensuram. Alij q̄ dē dat̄ per sp̄m sermo sapiētie: alij sermo scientie Ro. xij. j. Cor. xij. aliud habet ille: ⁊ aliud h; iste. Mensura diuisio q̇dā donorum est. sed christus que dat nō ad mensuram accepit. Item super id pre. Jo. j. Plenum gratie ⁊ verita tis. Origen̄. in homi. Duplex intellectus est. Potest enim de humanitate ac diuinitate incarnatum verbi accipi: ita vt plenitudo gratie referatur ad humanitatē f̄m quam christus caput est ecclesie ⁊ primogenitus creature vni uerse. quoniā maximum ⁊ pricipale gratie exemplū qua nullis precedētibus meritis homo efficitur deus in ipso primordialiter manifestu; est. Potest etiā plenitudo gra tie christi de spiritusancto intelligi: cuius septiformis ope ratio hūanitatē christi impleuit. Plenitudo v̄o veritatis ad deitatem refertur. Et super pre. verbo / Et de plenitu dine eius ⁊c. Chrysostomus. q. d. nos omnes. xij. ⁊ omnis plenitudo fidelium ⁊ qui nūc sunt ⁊ futurorum de pleni tudine eius accepimus. Item illud Esa. xj. Et replebit eū spiritus timoris domini / scilicet filialis. de quo. xxiiij. q. vj. §. ex ijs. Et ideo nunꝗ̄ aliquis ita perfectus sicut christ⁹ nedum non perfectior potuit inueniri. ad hoc. ex de sum. tri. c. ij. §. quū ergo. v̄. quia inter. Quia omnib⁹ alijs quā tūuis perfectis spiritussanctus ad mensuram datus est. op. ar. de pe. di. ij. querēdū. ⁊. c. pōt. ⁊ semp in eis per bona opera crescebat: christo autem sine mensura vt dictum est

⁊ ideo non crescebat in eo gratia. vnde super illud Luc. ij. Puer crescebat. dicit Beda Crescebat inquātū puer erat fragilis. crescebat sicut ceteri homines: nō inquantū verbum. nec crescebat ex parte anime quis appareret. vnde Greg. in homil. Iuxta naturaȝ hominis proficiebat sapientia. nō tamen ipse sapientior fuit extunc: quia prima conceptionis hora plenus sapientia permanebat. sed eamdē qua plenus erat sapientiam ceteris paulatim ex tempore ostendebat. vnde ⁊ ij nequā heretici alium antiquū errorem in isto tacite includunt. Quidā enim fuerunt heretici vocati Ebionite: qui christum virū iustum per profectū putant effectum. xxiiij. q. iij. quidam. ꝟ. ebionite. Christus enim non per profectum fuit iustus: sed ab instanti conceptionis. Illud autem ꝙ in operibus iustitie crescebat pro nobis ⁊ pro se erat: quia nobis meritabat ⁊ sibi. iuxta illud Phil. ij. Propter quod deus exaltauit illū ⁊c. Et ideo dicit Paulus. j. ad Corin. j. Qui factus est nobis a patre redemptio/sanctificatio/sapiētia/et iustitia. quia nos in se redemit, sanctificauit sapiētia illustrauit ⁊ iustificauit. q: quos predestinauit: hos ⁊ vocauit. ⁊ quos vocauit: hos ⁊ iustificauit. ad Ro. viij. de peni. dist. iiij. §. finis. ꝟ. hinc etiā Aug. Ubi ergo miseri Begardi qui se iustificāt: ⁊ plenitudinem spiritussancti se habere credunt: similes alijs hereticis sunt: ⁊ de eadem infecta stirpe descendūt q̄ cataphrygij dicuntur. de quibus. xxiiij. q. iij. quidā. ꝟ. cataphrygijs mūdos enim se facientes immundissimi sunt: imundus est enim apud deū omnis q̄ exaltat cor suum. de peni. di. ij. si enim. vltra quatuor colum. ꝟ. imundus enim: Ille enim vere est imundus: qui se videt mundum. ⁊ ille mundus: q̄ se videt imundum. Et sic quidā sanctus pater intelligit illud ad Titū. j. c. Omnia munda mundis. Nam ſm predictum patrem Theonē in predicta collatione de amarthirio. Quanto magis profecerit mens humana: ⁊ad sinceriorem cōtemplationis peruenerit puritatem: tanto se immundiorē quasi per speculum sue puritatis se aspiciet. q: necesse est dum animus ad sublimiorē se extendit intuitum: ⁊ maiora q̄ agit prospiciens concupiscit: illa inferiora semper ⁊ viliora despiciat. Plura siquidem denotat sincerior obtutus: paritq̄ꝫ sibi maiorem reprehensionis dolorem irreprehēsibilis vita: ⁊ multipilcat gemitus atq̄ꝫ suspiria emendatio morum ⁊ emulatio attenta virtutū. Nemo enim illo in quo profecerit gradu potest esse contētus ⁊ quanto quis fuerit mente purgatior: tanto se sordidiorem videns magis humilitatis q̄ elationis inuenit causas. ⁊ quanto pernicius ad sublimiora conscendit: tanto amplius puidet sibi superesse quo tēdit. q̄ authoritas plenissime destruit dictū errorē. Item Greg. Quāto q̄s seminus videt: tāto minus sibi displicet. ⁊ quāto maioris grē lumen acq̄rit: tanto se reprehensibiliorē esse ostēdit. Item Aug. Semper tibi displiceat qd̄ es: si vis peruenire ad illud qd̄ non es. nam vbi tibi placuisti: ibi mansisti. Si aūt dixeris sufficit: perijsti. semper ergo adde: semp ambula: semp profice. Item Bern. Aut ascendas necesse est: aut descendas. Si attendas stare in pendulo huius vite: ruas necesse est q: vbi incipis nolle fieri melior: desinis esse bonus. Nolle ergo proficere/nō nisi deficere est. q: inter profectum ⁊ defectum mortalis vite nullum mediū inuenitur. Sicut eñ corpus continue aut crescit aut decrescit. de con. di. v. ne tales. sic necesse est semp spiritum aut proficere aut deficere. Esaias etiā quumvidit dñm exercituū: tunc se imundū vidit. ⁊ dixit: Ve mihi: q: vir labijs pollutus ego sum: ⁊ vidi dñm exercituum. Esa. vj. Isti ergo miseri Begardi sic vt dicit Greg. quo peccatores se esse nō credunt: eo deteriores peccatores fiunt. xlv. di. vera iustitia. Isti vero miseri albuginē habent in oculo. sicut dicit in Leui. xxj. Quod Grego. in pastorali exponēs/ait ⁊ est. xlix. di. hinc etenim ꝟ. Albuginem vero habet in oculo: qui veritatem lucis videre non sinitur: qui arrogantia sapientie seu iustitie excecat. Pupilla nāq̄ꝫ oculi nigra videt: albuginem tolerās nihil videt q: videlicet sensus hūane cogitationis si stultum peccatoremq̄ꝫ se intelligit: cognitionem intime claritatis apprehendit. Si autē candorem sapientie seu iustitie sibi tribuit: a luce se superne cognitionis excludit: ⁊ eo claritatē veri luminis nequequā penetrat: q̄ se apud se per rogātiā exaltat. sicut de quibusdā dicit ad Ro. j. c. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. ⁊ Io. ix. In iudicium ego in mundum veni: vt qui non vident. i. reputant se non videre: videant/per humilitatem illuminantē eos. Et q̄ vident. i. qui reputant se videre ⁊ intelligere: ceci fiant/per superbiam excecantē eos. vnde Aug. in libro. ix. confessionū Tumore meo separabar a te: ⁊ nimis inflata facies claudebat oculos meos: q: intellectū dat paruulis. ps̄. cxviij. ⁊ Math. xj. Reuelasti ea paruulis. i. humilibus. Cognoscant ergo isti Begardi se maxime in istis erroribus maximos peccatores: vt iustificentur ſm Dauid. ⁊ cecos: vt illuminentur. Quia ⁊ Petrus postq̄ receperat spiritūsanctum: reprehensus est a Paulo: q: reprehensibilis erat: q: in illa simulatione peccauerat. Gala. ij. ij. q. vij. puto. q: in hac vita oīs ho mendax. Ro. iij. ſm Dauid ps̄. cxv. Prouer. xx. Quis potest dicere/mūdum est cor meum: ⁊ purus sum a peccato? ⁊ omnis homo amplius crescere potest: vt superius est probatum. ⁊. xlvij. distin. quantumlibet.

¶ Secundus error Begardorum.

SEcundus error Begardorum est/ꝙ ieiunare nō oportet hominem vel orare: postq̄ gradū vltimū perfectionis fuerit assecutus. quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui ⁊ rationi subiecta: ꝙ potest homo libere corpori concedere quicquid placet. ¶ Sed iste error fundatus in errore spiritus libertatis facile extirpatur si veritas attendatur. Nam certū est ꝙ q̄diu quisq̄ꝫ in hac vita est quantūcunq̄ꝫ perfectus sit: caro contra spiritū concupiscit. Gala. v. ⁊ Ro. vij. Uideo autē aliam legē in mēbris meis ⁊c. Et iterum ibi. Non eñ qd̄ volo bonum hoc facio ⁊c. xxxj. q. v. si paulus. ergo semp necessaria est abstinentia ⁊ ieiuniū impetum carnis refrenās. vnde. j. ad Corin. ix. Castigo corpus meū ⁊c. etiā. ij. Cor. xj. In ieiunijs multis ⁊ vigilijs multis. Unde Bern. Uelis nolis intra fines tuos habitat Iebuseus. i. cōculcatio. Iudi. j. xi. q. iij. ieiunūs nolite. comprimi quidē potest: subiugari vero minime. Nul est incūlus enim in hacvita absq̄ꝫ priuilegio singulari sine aliq̄ stibendum mulo carnis viuit. Unde ille sanctus presbyter gracus quū esset in transitu: appropinquāte sibi vxore sua legitima. de quo. xxxij. di. presbyter. vocē recolligens/ait. Recede a me mulier adhuc igniculus viget: tolle paleam. Et tamē iste presbyter/vt narrat Greg. in dialogo. iiij. libro adeo perfectus fuit: vt in morte videret apostolos Petrū ⁊ Paulum: quibus dixit/Uenio: ecce venio. ⁊ inter hec verba reddidit spm̄. Et quis christo in perfectione similis? et tamen in nostrum exemplū in deserto ieiunat. Math. iiij. ⁊ Luc. iiij. ⁊ orat in monte. Luc. vj. ⁊. ix. Quis perfectorū noui et veteris testamenti non ieiunauit ⁊ orauit? Ieiunauerūt ⁊ orauerunt Moyses et Helias. Deutero. ix. iij. Reg. xix. Iudith/Samuel/Dauid/ Prophete/ et Apostoli. et scti Anachorite. quorū aliqui quantū plus morti appropinq̄bant ⁊ perfectiores erant: tanto amplius ieiunabāt. sicut apparet, in magno Antonio ⁊ Hilarione. Genus eñ maxime subtiliū demonum ieiunio ⁊ oratione expellitur/ dicit dominus Mar. ix. Mat. xvij. Hunc errorem tacite tāgit Serapion abbas in collatione sua. de. viij. principalibus vitijs in fine collationis in libro colla. Io. cassi. vbi sic dicit. Ab ista gula tamq̄ ab inimico cauendū est: ſm illud Salo. Prouer. xxvj. ad si. Si te rogauerit inimicus voce magna: ne cōsenseris ei: septem enim nequitie sunt in aīa eius. i. si superatus gastrimargie spūs cepit ibi sua humiliatione blandiri: rogans quodāmodo vt aliquid relaxās accepto feruore impertias ei/quod continentie modum ⁊ mensuram iuste discretionis excedat: ne resoluaris eius suggestione: ne arridente impugnationis securitate que

videris paulisper a carnalibus incentiuis factus quietis/ or/ad pristinã remissionem vel preteritas gule cõcupiscẽtias reuertaris. per hoc em̃/ dicet ille sp̃us gastrimargie quẽ viceras: reuertar in domum vnde exiui. Matth. xij. ⁊ Luce xi. ⁊ procedentes ex eo confestim septẽ sp̃us vitiorũ erunt tibi acriores: q̃ illa passio que in primordijs fuerat superata. Nam nequiores hi septẽ sp̃us illo priore q̃ egressus fuerat/ idcirco dicuntur: q: desiderium gule. i. gastrimargia per se nõ tantũ esset noxia: nisi intromitteret grauiores alias passiones. i. fornicationis/ et phylargyrie/ ire/ tristitie/ siue superbie: que per se esse noxia anime ac corporis dubiũ non est. Vidi enim duos fratres nostros sanctitatis nimie famã habentes: dicentes se gustũ in cõedendo perdidisse: ⁊ in cibis saporem nõ inuenire: qui tñ reuera semota hypocrisi plus de bono vino q̃ de malo bibebant: et pro eis specialiter querebatur et emebatur: et q̃ plus de bona coquina carnibus ⁊ piscibus ⁊ fructibus edebant/ q̃ de malis: immo nec communibus contenti erant sed specialia querebant et habebant: facta verbis contraria ostendentes. in verbis mendacibus gloriantes: vere malus sp̃us est spiritus gastrimargie ⁊ periculosus: q: ianua vitiorũ. xliiij. di. §. j. Sed deterior abstinentia simulata. vt exponit Aug. illud verbũ dictum Luc. xj. Cũ immundus sp̃us ⁊c. ⁊ malũ est curã carnis in desiderijs facere. cõtra verbũ ap̃li. Gala. v. ibi. Et desideria carnis ne perficietis: ⁊ de con. di. v. nõ mediocriter. in fi. sed deterius est se falso abstinentẽ ⁊ frugalẽ dicere: ⁊ se in cibis insensibilem facere: q: non possumus nõ esse qd̃ sumus. Et Isaac cõtemplatiuus ait. Quũ rerũ opportunitatẽ accipimus: nosipsos nõ possumus ptinere. ar. ex̃ de eo q̃ cog. cõsang. vxoris venies. vñ Greg. Sancti viri a licitis abstinent ne illicita pperrẽt. ¶ Isti etiã begardi tacite in aliũ errorem videntur incidere Iouinianistarũ: nullũ discrimen facientes inter abstinentes ⁊ laute epulantes. xxiiij. q. iij. quidã. ℣. Iouinianiste. Et ideo non dicant quidã/ p̃fecti sumus: carne mortui sumus: dimittamus abstinentias ⁊ ieiunia: ⁊ teneamus vitã cõmunem: aliorũ q: gulã vicimus. vere tales non victores gule: sʒ victi a gula sunt quia etsi quod intrat per os nõ coinquinat hominem. vt Matth. xv. Et ois creatura dei bona est: ⁊ nihil reijciẽdũ qd̃ cum gratiarum actione recipitur. j. ad Timo. iiij. ⁊ qd̃ dictum est Petro. Quod deus purificauit tu ne cõmune dixeris. Act. x. Ab omni tamen specie mala ⁊ occasione abstinendũ est. j. ad Thessa. vlti. ex̃ de simo. audiuim⁹. Et iterum Paulus. j. ad Corin. ix. Qui in agone contendit: ab oibus se abstinet. Et quis est iste elatus qui se agonẽ isti credat vicisse: quũ vas electionis dicat ad Ro. vij. Quis me liberabit de corpore mortis hui⁹. xxxj. q. v. si paulus. Unde quũ quidã pater diceret q̃ mortuus erat mundo dixit alter/ si tu mortuus es: diabolus tamen mortuus nõ est. Sed ⁊ quis Serapione sibimo pfectior: est: de quo legitur in collationibus patrũ/ q̃ dixerit/ Tribus creditoribus/ pater me⁹ me obligatum dimisit. f. duobus scilicet luxurie et auaritia expeditus sum. sed a tertio scilicet vitio gule cõtinue satisfaciendo nequeo liberari. Quis enim a gula ex toto liberari potuit/ fm Climacũ/ nisi sepulcrum inhabitans: Et idem. Quid ex toto gulam euacuat: ⁊ pfecte deseruit: nihil. vsq; ad monumentum em̃ durat pugna ventris: ⁊ ideo nullus ex toto liberatur ab illo. Sed ⁊ quomodo dicti Begardi dicere audent q̃ hoiem perfectum non oportet orare: quũ perfectio maxime fm Moysen in prima collatione de destinatione monachi in libro collationũ Io. cassi. in indefinenti mẽtis oratione cõsistat Nam ad punctũ a cõtemplatione discedere perfectum virum/ pro fornicatione est: vt ibi dicitur: nam etsi pater celestis virtuosos querit: precipue oratores precipuos querit qui adorent eũ in spiritu ⁊ veritate. Io. iiij Nam si isti ceci de oratione mẽtali loquantur: q: de vocali nõ sumus semper adstricti: vt superius est pbatum. §. in. §. Ex quo ℣. Maurẽ. xlj. ar. quomodo pfect⁹ erit: cui⁹ mens frequẽter a deo discedit. sed ⁊ quomodo poterit euadere tẽtationem/ al's militiam/ q̃ cõtinua est fm Iob. vij. c. de peni. di. ij. si em̃. nisi ad orationem vadat/ sicut dicit expositor super illud Matth. xxvj. Orate ne intretis in tẽtationẽ. In tentationẽ cadit qui ad orõnem nõ vadit. Et quomodo/ fm Climacũ/ poterimus euadere offensionem: si non teneamus mentis orationẽ: Nam/ vt ipse ait/ qui incessanter tenet baculũ orationis: nõ offendit: qd̃ si cõtigerit nõ tamẽ cadit in fine. Quid em̃ eque bonũ ⁊ perfectũ in hac vita sicut mente deo continue adherere: vnde ps̃. lxxij. Mihi aũt adherere deo bonũ est. Et fm eũ ibidem. Quid enim mihi est in celo: ⁊ a te quid volui sup terrã: subaudi nihil fm pre. Climacũ. sed tm̃modo sine occupatione tibi sempiterne in oratione adherere. Isti miseri Begardi quõ sibi sint cõtrarij attendat quisq; fidelis. Dicũt se continue orare ⁊ debere orare: ⁊ ideo non possunt nec debẽt manibus laborare. Et ipsi idẽ dicunt q̃ pfectus vir orare nõ tenetur. Uere deo ⁊ sibi cõtrarij sunt: ⁊ ideo nõ sunt audiendi. viij. q. ij. q̃ preposterũ. xxiij. q. vij. qd̃ autẽ. ex̃ de appel. sollicitudinẽ. in fi. vbi de hoc. Mendaces sunt: ⁊ de sp̃u libertatis carnales sunt. q: quãto q̃s pfectior: tanto cogẽte sp̃u sancto (vt ita loquar) orationaliter ⁊ ad deum mente et corpore deuotior ⁊ illuminatior. Quis em̃ tale quid qualis est oratio poterit inuenire: Quic enim ille magis vite angelice appropinqt: q̃ orator assidu⁹. scilicet mẽte a deo nõ recedere: Qd̃ deo sacrificium magis gratum ⁊ perfectum: q̃ per importunitatem ipsum ptinue petere sicut fecit mulier Chananea: Matth. xv. de peni. di. j. importuna de qua dicit Greg. q̃ importunitas deo placet: que ingrata esse solet hominibus. ¶ f Nam etsi singulariter tria in Tobia cõmendant. scʒ Ieiunium/ Elemosyna ⁊ Oratio: To. xij. Bona est oratio cũ ieiunio ⁊ elemosyna. Oratio tamen excellit in sex.

Orationis excellentia.

¶ Primo in facultate: q: debilis non potest ieiunare: neq; paup elemosynam dare: q̃libet tamen potest ⁊ debet orare. vnde ps̃. xxxvj. Iustus aũt miseretur ⁊ tribuet. dicit glos. Semp aliqd est qd̃ det. saltem orationẽ. etsi nõ ore si sit mutus/ tñ corde si sit iustus. quia ait Isidorus/ oratio cordis est: non labiorũ. non em̃ verba deprecantis attendit de⁹: sed orantis cor aspicit. de cõ. di. v. nõ mediocriter. xxxviij. di. sedulo. ¶ Secũdo in velocitate: vnde ps̃. lxxxvij. Intret in cõspectu tuo oratio mea. dicit glos. Magna virtus pure orõnis hic notat: q: quasi quedã persona ad deũ intrat ⁊ mandatũ peragit: quo caro peruenire nequit. ¶ Tertio in iocunditate. nihil enim delectabilius ⁊ menti iocũdius/ q̃ loqui cũ tam benigno ⁊ dulci deo. vnde frequẽter orare debemus ⁊ legere in libris deuotis. q: fm Bern. quũ oramus: cũ deo loquimur quũ vero legimus: deus nobiscũ loquit. Tunc em̃ homo quasi mundũ exit: carnẽ exuit: ⁊ ad tertiũ celũ scilicet empyreum vbi sancte anime cũ angelis fruuntur visione dei cum Paulo ascendit. ij. ad Cor. xj. se. sup̃a se. Threno. iiij. ¶ Quarto in ppinquitate ad deũ: quoniã qui orat: facie ad faciem añ dñm cõstituitur: cui audacter causam exponit. vnde ps̃. xxiiij. Respice in me: ⁊ miserere mei. vbi dicit interlinearis glos. Elemosyna em̃ p manũ paupertatis mittitur in Hierusalẽ: per afflictionem corporis deo ostẽditur: sed oratio imediate dñm quasi presentem alloquit. ¶ Quinto in dignitate. q: mox vt ab ore ⁊ corde processerit: suscipiunt eã angeli ⁊ cõstituunt ante deũ. sicut angelus ait Tobie To. xij. Quãdo orabas cũ lachrymis: ego obtuli orationẽ tuã domino. ¶ g Sexto in vtilitate. q: diabolum fugat. Mar. ix. xxxvj. di. c. vltimo. A tentatione liberat. vt dictũ est. Torporẽ expellit. Eccl. xviij. Non impediaris orare semper. In dubijs dirigit. Eccli. xxxviij. ij. Parali. xx. Desideriũ accendit. iiij. Reg. xviij. Ad orationẽ helie descendit ignis de celo. iiij. Reg. j. xxiij. q. iiij. ea vindicta. Et cũ Salomon explesset fundens preces: descendit ignis de celo: ⁊ deuorauit holocausta ⁊ victimas. ij. Paralipo. vj. Et orãte moyse descẽdit ignis de celo. ij. Mach. ij. Et orante sancto Martino in ara altaris glob⁹ igne⁹

liſei pater eſt. qui in gl'ia ꝓphetie ſui dñi ſucceſſiſſet: niſi
deceptus philargyꝛia a Naamã ſyꝛo curato de lepꝛa a ſuo
domino Heliſeo duo talenta ⁊ veſtimenta duplicia acce-
piſſet. ꝓpter q̃d lepꝛa Naaman ei ⁊ cũ ſequẽtibus giezitis
vẽdentibus ſacramẽtoꝝ ⁊ beneficioꝝ gr̃am adheſit. iiij.
Reg. v. j. q. j. cito. ⁊. c. qui ſtudet. ⁊ legit ⁊ no. ex de ſimo. ſi-
cut ꝑ certo. in ſi. Contra tales religioſos Hieronym⁹ ad
Nepotianũ loquẽs ironice ait. Sunt ditioꝛes monachi q̃
antea fuerãt ſeculares. poſſidebãt opes ſub chꝛiſto pau-
pere quas ſub locuplete diabolo nõ habuerũt. ⁊ ſuſpiret
eos eccleſia diuites quos tenuit mũdus ante mendicos.
vñ experientia manifeſta pꝛobat digniores fructus pnie
agere magnos viros ⁊ diuites expꝛopꝛiatos intrantes oꝛ
dinem: q̃ pauperes ⁊ mendicos. q: puriori intentione in
trant: ⁊ ꝑfectius pꝛeſumunt mũdo renuntiare. ⁊ bonum
vel malum pꝛincipiũ in huiuſmodi renũtiationib⁹ multũ
facit. quia vix bono exitu ꝑagunt: que malo ſunt pꝛĩcipio
inchoata: ⁊ econuerſo. lxj. diſt. miramur. j. q. j. pꝛincipatus.
De iſto triplici genere religioſoꝝ ꝓpꝛietarioꝝ loquitur
Io. caſſi. in. vij. li. de ſpũ philargyrie vt dictũ eſt ſ. De tali-
bus etiã loquitur Paphũtius in collatiõe de tribus abre
nũtiationibus in libꝛo collatio. Io. caſſi. dicens. Si ergo
ij qui perfecte iſtas terrenas ⁊ viſibiles abdicant faculta
tes: antiqua vitia retentantes ad illam apl'icam charita-
tem quã deſcribit Apoſtolus. j. ad Coꝛ. xiij. Si linguis ho
minum ⁊c. ⁊ de peni. diſt. ij. §. euidenter ⁊c. peruenire non
poſſunt: quid illi de ſemetipſis iudicare poſſunt qui anti-
quas pecuniarũ ſoꝛdes cum infidelitate pꝛiſtina retenen-
tantes/ nudo tñ ſibimet autumãt monachoꝝ vocabulo
gloriandũ. De hoc etiam triplici genere auaritie religio-
ſoꝝ dicit Serapion in collatione ſua de. viij. pꝛincipalib⁹
vitijs in libꝛo colla. Io. caſſi. q̃ philargyrie. i. amoꝛis pecu
nie monachorum tria ſunt genera. Pꝛimũ q̃d renũtian-
tes diuitijs ac facultatibus ſuis plene ſpoliari non ſinit.
Scdm q̃d ea q̃ ab eis diſperſa ſunt vel indigẽtibus diſtri
buta: reſumere eos maioꝛi cupiditate ꝑſuadet. Tertium
q̃d ea que nec antea quidẽ poſſederãt/ deſiderari acquiri
ve cõpellit. Item Nilus monachus de. viij. vitijs capitali
bus in. iiij. vitio de philargyꝛia ait. Amoꝛ pecuniarũ radix
eſt oĩm maloꝝ. eſt eñ idoloꝝ ſeruit⁹. Ephe. v. ⁊ radix
oĩm maloꝝ. j. Timo. vj. xlvij. di. bonoꝝ. de pe. di. ij. §. ex pre
miſſis. ⁊ alit vt panes nequiſſimi ceteras paſſiones. Qui
cupit abſcindere vitia: radicẽ abſcindat. manente enim
auaritia nihil pꝛoficit. onuſtus monachus quaſi nauis
onuſta ⁊ in tempeſtate fluctuũ. vij. q. j. ſcicitaris. i. tenta-
tionum facile mergitur. vt eñ cumulata nauis ꝑ ſingu-
los vndarũ ictus obꝛuit: ſic multa poſſidẽs ſollicitudini-
bus. nihil poſſidens monachus viatoꝛ expeditus: ⁊ in oĩ
loco inueniens diuerſoꝛium: ⁊ quaſi aquila ad celſitudi-
nem peruolans. Apo. iiij. ꝑs. Sicut aquila tunc deſcẽdit
ad eſcã: q̃ñ cõpellit neceſſitas. multa poſſidens monach⁹
curis ſecularibus pꝛepeditur: ⁊ quemadmodum canis/
catenis innectitur. ⁊ ſi migrauerit: memoꝛiam eoꝝ que
reliquit/ ſecum defert: ⁊ de onere grauiſſimo et pondere

Monachorum auaritia inſectat.

imitili dimisso simulatur tristitia. Si mors aduenerit:
miserabiliter relinquit presentia. Migrat anima:⁊ ocu-
lus eius non abscedit a terrenis negotijs. inuitus trahit:
sicut mancipium fugitiuũ. diuidit a corpore:⁊ a passioni-
bus nequaquam diuidit. prudẽs monachus corporis necessi
tatem attẽdit:⁊ nõ adulabitur propter voluptatem ventris
diuitibus. neque in seruitutẽ rediget mentẽ liberã diuitijs
multis. sufficiunt quippe manus eius subministrare cor-
pusculo. de cõse. di. v. nunquam. maledictus qui facit simula-
crũ. j. q. j. cũ omnis. ⁊ collocat in occulto: similiter ⁊ qui ha
bet auaritie passionẽ. vterque adorat qđ non prodest simu
lacrũ. hucusque Nilus. Item Climacus inclytus archimã-
drita mõtis synai. Pauper monachus mũdi dñs deo sol
curam credens ⁊ per fidẽ omnes possidẽs seruos. Pauper
vir in oratione mũdus. Amans vero possidere imagines
materie ⁊ delectationes cõcupiscentie adorat ⁊ veneratur.
Qui contriti in obedientia sedent: ab auaritia sunt alieni.
Ex quo enim corpus tradiderunt ⁊ propriã volũtatem. xij.
q. j. nolo. ⁊ c. non dicatis. qđ de reliquo propriũ possident?
Nõ appareamus infideliores volucribus o monachi. nõ
enim solicite sunt ille: neque cõgregant. Matth. vj. non de-
ficiũt fluctus mari: neque auaro ira ⁊ tristitia. Amator pos-
sidendi pro acu vsque ad mortẽ pugnat. Non erat in Job
vestigiũ auaritie. hinc omnibus priuatus/imperturbatus
mansit. Job. j. Omniũ malorũ radix auaritia dicitur. j. Ti-
mo. vj. xlvij. di. bonorum. Nam furta ⁊ odia ⁊ inuidias ⁊
dissensiones ⁊ inimicitias ⁊ cõturbationes ⁊ vltiones ⁊
memoriã malitiarum ⁊ incompassiones ⁊ crudelitates ⁊
proditiones ⁊ homicidia ipsa facit. vna virtute oia predi
cta preterita ⁊ presentia vitia effugantur. ipsaque vocatur
aprospachia. quod est nõ diligere aliquid vitiose. eãdem
vero parit gustus dei/experientia/⁊ sciẽtia/⁊ cura satisfa
ctionis exitus. Auarus euãgelij Matth. xix. subsannator
⁊ voluntarius preuaricator. Qui possidet charitatẽ disper
git pecuniã. j. Jo. iiij. Cũ charitate ⁊ pecunia viuere/deci
pere se est. Vidi pauperes pecunijs ditatos in pauperum
spiritu. Matth. v. ⁊ cõuersatione ⁊ alimento exhibitis. ⁊
prioris quidẽ ipsorũ penurie hi huiusmodi sunt obliti. vi-
de supra eo. §. iij. Amator pecuniarũ monachus vt cõgre
get nimis laborat: ⁊ vitando otiũ. i. laborãdo auaritiam
incurrit: quia propter hoc laborat. Qui vicit auaritiam: aut
charitatẽ possidet: aut solicitudines recidit. hucusque Cli-
macus in gradu. xvj. de victoria auaritie et celesti cursu
paupertatis. In vitis patrũ. Quidã diues renuntiare vo
lens/sed tentus a cogitationibus subito iactans oia vesti
mẽta nudus cucurrit ad monasteriũ. Et ait dñs vni seni.
Surge ⁊ accipe athletam meũ. Et obuiauit senex illi nu-
do: ⁊ dedit ei habitum monachalẽ: ⁊ dicebat alijs fratri-
bus veniẽtibus ad eũ pro suis cogitationibus. De renun
tiatione autẽ hunc fratrem requirite: quia ego ad mensu
ram renuntiationis eius necdũ perueni. Itẽ ibidẽ. Quũ
quidã renuntiasset mundo: ⁊ partim sua dedisset paupe-
ribus: ⁊ partim sibi retinuisset: ⁊ venisset ad beatũ Anto-
niũ: mandauit ei beatus Antonius quod portaret carnes cũ
corpore nudo. quo id agente aues ⁊ canes tam corpus quam
carnes vnguibus ⁊ dentibus lacerarunt. ⁊ dixit ei Anto-
nius. Quicunque renuntiant seculo: ⁊ volunt habere pecu-
nias: sic a demonibus lacerantur. Itẽ quũ parentes in te
stamẽto magnã hereditatem reliquissent sancto Arsenio
anachorite Romanorũ olim nobilissimo: ⁊ testamentũ ei
allatũ fuisset in Egyptũ de Roma: ille rũpere voluit illud
portans caput quidẽ perdere timuisset. Et ait Arsenius.
Ego ante illum huic seculo sum mortuus. ⁊ noluit videre
qđ esset in testamẽto: sed reddidit portitori. Idem cuidã
fratri volenti duos solidos retinere propter corporis infir-
mitatem/senex videns voluntatem eius dixit. Retine. De-
inde senex ab eodẽ fratre stimulato in conscientiã de illis
solidis respondit. Non est bonũ tenere plus quam necesse est
corpori. duo ergo solidi sunt spes tua. ⁊ si cõtigerit vt per-
eant: nunquid deus non cogitat de nobis? Ps. liiij. Iacta
ergo cogitationem tuam super dominũ: quoniam ipsi. Sap. vj.
Matth. vj. cura est de nobis. Idem respõdit Macharius
Abbati Theodoro tres habenti codices pro suo iuuamine
et ad prestandũ alijs: Melius est nihil habere. vñ ⁊ dictus
Theodorus vẽdidit eos: ⁊ precium dedit pauperibus. Itẽ
Serapion sidonius solũ euangelium possidẽs/vendidit
illud: ⁊ dedit pauperibus: dicens illud verbũ. Vendidi
quod mihi semper dicebat. Matth. xix. Vende omnia que
habes: ⁊ da pauperibus. Item quũ quidam rogaret quẽ-
dam Abbatẽ recipere eleemosynã noluit/dicens. Opera
manuũ mearũ me pascunt. ps. cxxvij. Labores manuum
tu. man. de cõse. di. v. nunquam. Quũ autem persisteret distri-
buens: vt saltẽ reciperet ⁊ pauperibus erogaret: respondit.
Dupliciter verecũdia est mihi: quia nõ indigens suscipio:
⁊ alienũ prebẽs vane glorie subiacebo. Dixit senex. Tribu-
latio ⁊ paupertas sunt monachi ferramenta. Dicebat Ab
bas Paulus. Si plus quam necesse habet monachus in cella
habeat: frequẽter cogitur de cella egredi: ⁊ a demone de-
cipi. Dixit senex fratri volenti aliqua congregare pro senec-
ta. Aut habe christũ: ⁊ cogitat de te: aut pecunias ne mẽ-
dices. Ergo tuũ est eligere deũ vel mãmona. Matth. vj.
xiiij. q. v. §. Sed hoc dicebat Agathon discipulo suo. Ne ta
le aliquid acquiras qđ fratri petenti dare te pigeat: ⁊ per
hoc/mandatũ dei transgrediaris. Macharius iuuit furẽ
qui apportabat que in cella habebat ad carricãdum animal
cũ multa patientia dicens. Nihil in hunc mũdum intuli-
mus. j. Timo. vj. Dñs dedit dñs abstulit. Job. j. ⁊ ij. Quũ
quidã frater furaretur frequẽter cuidam magno seni id
qđ in cella habebat: senex sciens/non illud arguebat: pu-
tans quod necesse erat illi. habebat ergo senex magnã penu-
riam panis. quũ autem moreretur: ⁊ videret illũ fratrem
furem: osculatus est manus eius/dicens. Gratias ago ma-
nibus istis: quia propter eas arbitror me iturũ in regnum
celorũ. Fur autẽ cõpunctus in hoc strenuus monachus fa
ctus est ex actibus quos vidit in illo. Dicebat senex quod Laza
rus solũ quia cũ gratiarũ actione paupertatẽ portauit: ⁊
de diuite nõ murmurauit: in sinu Abrae susceptus est. Luce
xvj. Idem dicebat quod nihil oportebat cogitare nisi de timo
re dei: nec de corporali necessitate ante tempus. Matth. vj.
Quia Zacharias absente abbate Syluano suo sepẽ dele
cit: ⁊ fecit hortũ maiorem. Regressus Syluanus ⁊ vidẽs
dilatatũ hortũ voluit recedere: nisi sepes in loco suo prio
ri fuisset reposita. Dixit senex fratri. Si prestas alicui num
mos semel tantũ repete ab eo: ⁊ si nihil dat: nihil ei dicas.
Et si cogitatio tua tibi fuerit inopportuna ad repetendũ
dimitte eã crepare: tantũmodo fratrem tuũ ne cõtristes:
quia monachus es. Abbas Theodorus tria sup multos ser
uauit: scz nihil possidere/abstinere/⁊ homines fugere. Di
xit Syncletica patrissa. Perfectum bonũ est nihil habere.
sicut enim fortia vestimẽta dũ calcantur: ⁊ pedibus sepius re-
uersantur: incãdidantur: ita fortis anima per voluntariam
paupertatẽ amplius cõfirmatur. Rogatus presbyter ere
mi a quodã/vt aurũ reciperet pro fratribus: respondit. Nõ
opus habẽt. Tunc ille posuit sportam cũ pecunia in egres
su ecclesie: quã nemo fratrum tetigit: sed nec aliquid inspexe
runt. Senex vestitus tantũ sacco lineo/intrãs desertũ vi-
dit sub quadã petra viridem herbã ⁊ hominẽ nudũ pascẽ
tem: qui tentus fuit a sene: sed quia nudus erat fugit ab eo.
Quumque senex clamãs curreret post eũ: dicens/Expecta
me: quia propter deum sequor te. ille nudus respõdit. Et ego
propter deũ fugio te. Senex autẽ vt eum pertingeret/proie
cit a se saccum quo erat indutus. qđ quũ vidisset ille: expe
ctauit eũ: ⁊ dixit ei. Quoniã proiecisti materiã mũdi a te:
⁊ ego te expectaui. Quidã obtulit cuidã seni pauperi pe-
cuniã: dicẽs. Habe pecuniã: quia senuisti: pro expensis. Cui
ille rñdit. Tu post. lx. annos auferre mihi nutritorẽ meũ
venis? Ecce multũ tẽporis habens in infirmitate mea ni-
hil indigui: deo tribuente ⁊ pascente me. ⁊ nõ acquieuit ac-
cipere: dicẽs/Ecce modicas palmulas habeo quas ope-
ror: ⁊ facio plectas ex eis: ⁊ mãduco panem. Iterũ iuerũt

ad domũ cuiusdam vidue cum filijs suis: ⁊ quũ pulsarẽt ostiũ: cucurrit filia nuda ad ostiũ. mater vero/ q: erat candidatrix: iuerat ad opus. ⁊ dabant filie vestimentũ ⁊ nũmos: ⁊ noluit accipere: dicens venisse matrẽ suã: ⁊ dixisse sibi. Cõfide filia: q: voluit deus: ⁊ inuenio opus qđ facio hodie vnde habeamus victum nostrum. Et quũ venisset mater ei⁹ rogabãt eam vt acciperet aliqđ. ⁊ noluit dicẽs. Ego habeo nutritorẽ deum meũ: ⁊ vos vultis eũ tollere a me: Illi autẽ cognoscentes fidem eius glorificauerunt deũ. Ista etiam duo proxima exempla posui supra in. §. ex quo sponsa. in ar. li. ꝟ. venerunt. cũ. ꝟ. seq. Serapion sidonius dedit cuidã petenti amictum suũ: ⁊ alteri frigescenti tunicã. ⁊ sic remansit nudus. ⁊ interrogante quodã abbate/ Quis te spoliauit: tenens euãgelij librũ ⁊ ostendẽs ei respondit. iste. Matth. xix. ibi. Uade ⁊ vende ⁊c. Quum pauperes venissent ad quãdam ciuitatẽ ꝓ agape eleemosyna cõmuni. xlij. di. c. j. dormiẽtibus alijs erat quidam habẽs tantũmodo mattam. i. stoream de iuncis vel palmis cuius medietatẽ sibi substernebat: ⁊ medietate cooperiebatur: erat eñ tunc ibi frigus validũ. Et quũ exijsset quidã frater ad vrinandũ: audiuit submurmurãtem illum et gementẽ de frigore: ⁊ consolabatur seipsum dicens. Gratias tibi ago dñe. quanti eñ sunt modo diuites in custodia: qui etiã in ferro sedent: aut pedes habẽt in ligno constrictos: quicq͂ vrinam suã libere nõ faciunt. ego aũt velut imperator sum extendens pedes meos: ⁊ vbi volo ambulo. Quod verbũ audiens ille frater/ narrauit alijs: ⁊ edificati sunt. Quidã frater de macria moriens. c. solidos dereliquit. Macharius Pambo Isidorus ⁊ ceteri seniores patres sancto loquẽte in eis spiritu/ decreuerũt infodiendos esse cum dño suo: dicentes/ Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ. Act. viij. j. q. j. qui studet. c. eos. c. petrus. Ex quo tantus terror per totũ Egyptum cũctos monachos inuasit: vt vnũ solidum dimisisse grande apud eos sit crimen. Idẽ fecit beatus Greg. de Iusto monacho q̄ in morte tres aureos reliquit: quos secum sepeliri fecit beatus Greg. vt narrat in lib. dialogor. ⁊ ex͂ de sta. mona. cum ad monasteriũ. Narrat etiã in. iiij. lib. dialogorũ de Isaac de Syria: qui dicebat. Monachus q̄ in terra possessionem querit: monachus nõ est. sic q̄ppe metuebat paupertatis sue securitatẽ perdere: sicut diuites auari solẽt perituras diuitias custodire. Q: aũt religiosi approbatã religionẽ profitẽtes propriũ in speciali aut peculiũ habere non possint: a primitiua ecclesia credentiũ ortum traxit: ⁊ deinde ab vniuersali eccl̃ia institutũ est. ad hoc. xij. q. j. c. dilectissimis. c. quia tua. ⁊. c. scimus. ⁊. c. duo. c. nolo. c. non dicatis. xvij. q. j. ananias. xviij. q. j. c. j. ⁊. q. ij. abbates. liiij. di. abbati. ex͂ de of. or. quanto. de testa. q: ingredientibus. de regu. ex parte. de sta. mo. c. ij. ⁊. c. sup quodã. ⁊. c. cũ ad monasteriũ. j. rñ. ⁊. §. fi. vbi de hoc. de accusa. ex pte. ⁊. c. olim. Et q: proprium habere nõ possunt in speciali: adeo nec cõtractus facere possunt ad veros dños pertinẽtes suo noie: sicut vẽdere/ emere/ donare/ permutare/ locare/ conducere/ testari/ transigere vel pacisci/ alienare sine licẽtia aliqđ recipere. vt pre. c. abbati. ꝟ. de hoc. ex͂ de reb. ec. alie. nulli. C. de epis. ⁊ cleri. aut ingressi. xix. q. vlti. q: ingrediẽtibus. ⁊ pre. c. nolo. ⁊. c. nõ dicatis. Adde hic qđ scripsi de istis contractib⁹. j. iii. §. offendunt. ꝟ. ⁊ quia vt sepe. in ar. lxvj.

Articulus. lv. A

Utrum omnis religio potest habere propriũ in cõmuni. vt pre. c. dilectissimis. ⁊. c. quia tua. cũ si. Excepta regula ⁊ statu fratrum minorum: qui nõ possunt habere propriũ: etiam in cõmuni. vnde in eorũ regula cõtinetur. Fratres nihil sibi appropriẽt: nec domũ/ nec locum/ nec aliquã rem ⁊c. Fratres dicit: nõ frater. q. d. tota illa cõmunitas: nõ frater specialis. q: de hoc nõ erat dubiũ: sicut nec de alijs religiosis qui nõ habent propriũ in speciali. sicut superius est probatum prime in. §. pre. in fi. Q: aũt talem statũ elegerit beatus Franciscus crucis christi signaculo insignit⁹/ ⁊ ab ecclesia multipliciter approbatus: patet primo per Greg. ix. qui fuit tẽpore beati Francisci sibi familiaris/ ⁊ in cõdendo ac regulã confirmando sibi specialiter adhibit⁹. vt ipse testatur in declaratione regule: in qua sic determinat dicens. Preterea quũ in ipsa regula cõtineatur expresse q̄ fratres nihil sibi approprient: nec domũ/ nec locum/ nec aliquã rem: ac ipsi processu tẽporis cõtaminari timeant ordinis paupertatẽ: presertim quũ iam dixerunt aliqui ꝓprietatem mobiliũ pertinere ad totũ ordinem in cõmuni: nobis fuit humiliter supplicatũ vt in hoc animarũ dignoscerentur prouidere periculis ⁊ totius ordinis puritati. Dicimus itaq͂ q̄ nec in cõmuni nec in speciali debẽt proprietatem habere: sed vtẽsilium ⁊ librorum ⁊ eorũ mobilium que licet habere/ ordo vsum habeat ⁊ fratres: sm̃ q̄ generalis minister vel prouinciales ministri disponẽdum duxerint. his vtantur saluo locorũ ⁊ domorũ dominio illis ad quos noscit̃ pertinere. hec Greg. nonus. qui in eadem declaratione dicit se ex familiaritate speciali quã habuit cũ beato Francisco nosse eius intentionẽ. Itẽ Innocentius quartus ⁊ Alexander quart⁹: vt dñs Io. papa. xxij. recitat in sua cõstitutione/ quia quorũdam. in suis declarationibus sic definierũt. Dicimus insuper q̄ quũ in ipsa regula cõtineatur expresse q̄ fratres nihil sibi approprient: nec domũ/ nec locũ/ nec aliquã rem: q̄ nec in cõmuni nec in speciali debẽt proprietatem habere. sed locorũ ⁊ domorũ ac vtensiliũ librorum ⁊ eorũ que licet habere: ordo vsum habeat ⁊ fratres: sm̃ q̄ generalis minister ⁊ prouinciales ministri ordinandũ duxerint his vtantur. Itẽ Nicolaus tertius in sua declaratione que ponitur ex͂ de ver. sig. exijt. §. verũ. lib. vj. sic definit dicens. Uerũ condecens fuit ei professioni que spõte deuouit christũ pauperem in tanta paupertate sectari: omniũ abdicare dominiũ: ⁊ rerum sibi cõcessarũ necessario vsu esse contentã. nec per hoc q̄ ꝓprietatem vsus/ ⁊ rerũ cuiuscũq͂ dominiũ a se abdicasse videtur: simplici vsu omnis rei renũciasse cõuincitur. Et infra nihilominus dicit sic ad hec. Quũ fratres nihil sibi in speciali acq̄rere vel eorũ ordini possint: etiã in cõmuni. Item Clemẽs quintus in sua declaratione in Uiennẽsi cõcilio edita/ ⁊ inter clementinas posita. exiui de paradiso. ex͂ de ver. sig. sic dicit. Proinde quũ vir sanctus paupertatis promisse in regula modũ exprimẽs dixit in eadẽ. Fratres nihil sibi appropriẽt: nec domũ/ nec locũ/ nec aliquã rẽ: sed tanq͂ aduene ⁊ peregrini in hoc seculo/ in paupertate ⁊ humilitate dño famulantes/ vadant pro eleemosyna confidenter. sicq͂ declaratũ per nõnullos predecessores nostros Romanos põtifices/ hanc expropriationẽ intelligi deberet tã in speciali q̄ in cõmuni. ꝓpter quod ⁊ rerũ omnium cõcessarũ ⁊ oblatarũ ⁊ donatarũ fratribus/ quas ⁊ quarũ vsum fratri scilꝫ ordini vel ipsis fratribus licet habere: proprietatẽ ⁊ dominiũ in se ⁊ Romanã ecclesiam receperunt: dimisso ipsis fratrib⁹ in eis tãtũmodo vsu facti simplici. Ecclesia etiã declarauit in decre. pre. exijt. §. Porro istũ fuisse statũ christi viã perfectionis tradẽtis ⁊ suorum apostolorũ. Hec est etiam illa altissima paupertas de qua beatus Frãciscus loquitur in regula. Nihil eñ tam proprium veri ⁊ euãgelici pauperis: q̄ nihil ꝓpriũ nec singulatim nec cõiter possidere. ⁊ huic portio/ sicut dicit Ambrosius/ de⁹ est. xij. q. j. cui portio. ⁊ habẽs talis victũ ⁊ vestitũ ad suũ vsum his cõtentus est nudã crucẽ nudus sequens. xij. q. j. clericus. ⁊. c. duo. ⁊. q. ij. glia. x. q. ij. cps. B Apl̃i eñ post apostolatũ/ ⁊ precepto eis dato a dño de nõ habẽdo es in zonis ⁊ argentũ ⁊ aurũ/ ⁊ vt ederẽt q̄ apud illos erãt vbi predicabãt: propriũ nõ habuerunt. vt probat̃ pre. c. dilectissimis. ⁊ no. xij. q. j. vidẽtes. ⁊. xvi. q. j. ex authoritate. ⁊. xvij. q. iiij. §. notãdum. in glos. tito ⁊ eugenio. Et sup illo ꝟbo/ Accepit eã discipul⁹ in suã. Io. xix. dicit magister in historia scho. sup verbo suã. quasi suã habẽs matrẽ. vel in suã vel in cõmunione rerũ suarum. cũ nihil creditur ha

Fratres minores nihil habent proprij.

buisse propriū.sed quū esset beatā virgo cū Apl'is:iste spe
cialē curā ei⁹ habebat.hucusq3 historia scho.quū ipsa ma
ter christi nihil etiā penit⁹ haberet:sicut ait Chrys. xxvij.
q.ij.si cū. Itē super illud Act.iij. Argentū ꝛ aurum nō est
mihi.magister in historia scho.sic ait. Non erat suū qđ re-
seruabat in vsus pauperū:qui reliquerāt patrimonia sua
proijciētes oia ante pedes apostolorū. Si cū clerici in re-
bus ecclesie vsuarij ꝛ nō ꝑprie vsufructuarijs cōparan-
tur.de hoc supra in.§.vlti.hic quero.ar.xxix.vt legit ꝛ no.
xij.q.j.res ecclesie.ꝛ.c.epūs ecclesiasticarū.ꝛ ex̄ de pecu.cle
ri.c.vlti.ꝛ ex̄ de testa.quia nos.glos.clerici.ꝛ de pig.c.vlti.
in glos.vsufructus.multo potius religiosi vsu nudo vtun
tur absq3 ꝑprietate ꝛ dominio.vt no.xij.q.j.dilectissimis.
in glos.ergo aliquis.ꝛ.c.non dicatis.in glos.nūquid.quo
vsu in veteri testamēto vtebantur sacerdotes ꝛ leuite in
sacrificijs ꝛ oblationibus.dñs enim speciale dominiū re
tinuit sacrificiū ꝛ oblationem rerū ecclesiasticarū.j.q.iij.
salutatorem.ꝛ no.xij.q.j.expedit.ꝑ.hoc tenet Aug.ꝛ Vinc.ꝛ
Archi.idem.Vñ Deut.xviij.scribitur. Non habebūt sacer
dotes ꝛ leuite et qui de eadē sunt tribu partē cū reliquo
populo:quia sacrificia dñi ꝛ oblationes eius comedūt. ꝛ
Eccli.xlv.de sacerdotibus dicit. Sacrificia dñi edent que
dedit illi ꝛ semini eius.Ex q̄bus patet ꝙ dominiū specia-
le ꝛ ꝑprietatis sacrificiorū ꝛ oblationū fuit dñi:ꝛ nō mi-
nistrorū:licet vsus esset ipsorū.Quia sacrificia inquit dñi:
ꝛ nō sua.ꝛ oblationes inquit ei⁹ non suas comedūt. Vñ
ꝛ soli mares ꝛ in sanctuario solo poterāt comedere ea:et
nihil aliud de eis poterāt facere.vt p3 Numerorum.xviij.c.
ꝛ Matth.xij.Et licet oia generaliter quoad generale do
miniū sint dei:q2 dñi est terra ꝛ plenitudo ei⁹. ps.xxiij.di.
viij.quo iure.tñ sacrificia ꝛ oblationes specialiter quoad
speciale dominiū ꝛ immediatū/fuerunt dei : inquantum
deus ipsa sibi specialiter retinuit ꝛ reseruauit in signum
ꝑprij ꝛ immediati dominij.ad hoc faciūt optime. xvj.q.j.
quoniā.ibi. In vsu trāsierint monachorū.xij.q.j.q̄ abstule
rit.ibi.christi pecunias.ꝛ.c.nulli.ibi.sanctū sanctorum.glos.i.
ad vsum sanctorum sacerdotum pertinet.ꝛ.xxiij.q.vij.quod
aūt.ibi.que habebant.glos.non intelligas iure dominij.ꝛ
ibi.sed nostra.glos.i.ad seruandum nobis data.xvj.q.vij.
omēs decime.ibi.dñi sunt.ex̄ de deci.tua nobis.ibi. Quas
dñs in signū vniuersalis dominij sibi reddi precepit:suas
esse decimas ꝛ primitias asseuerās.ex̄ de ꝑben.cū bm.ibi.
de patrimonio Jesū christi.ꝛ de ver.signi.causam carpen
ti.vbi de hoc tenet Hos.ꝛ ex̄ de elec.cū ex eo.§.ꝑinde.ibi.
de christi patrimonio sublimatis.vbi hoc tenet Jo.an.fa
cit etiā.xvj.q.j.in canonib⁹.ꝛ.c.reuertimini.ibi.q2 frauda-
stis me parte mea. ¶ Habuerūt etiā apostoli post aposto
latū vsum cōcessum absq3 ꝑprietate ꝛ dominio:qualē ha
bent pauperes a dñis inuitati seu vocati ad suas mēsas.
diuites em̄ inuitantes nō concedūt cōmuniter oē dñium
propriū ꝛ immediatū quod habēt alimentorū appositorum
quoniā vt plurimū non cōcedunt eis potestatē nec domi
niū ipsa distrahēdi alienandi ꝛ asportādi:sed tantū eden-
di ꝛ bibēdi.qđ tamē dominiū ipsi diuites immediate ha-
bēt in eis:ꝛ pauperes inuitati solū vsum nudū concessum
quū comedunt ꝛ consumūt.ꝛ de isto vsu nudo qđ pōt se-
parari a dñio loquitur preal.c.dilectissimis. ibi. cōmunis
vsus ꝛc.Act.iiij.ibi.Nec quisq3 eorum aut nostrū de his q̄
possidebāt aliquid suū esse dicebat. Sicut em̄ bm Aug.j.
de doctrina christiana.abusus est illicit⁹ vsus:ita vsus ac-
ceptus cōiter erit licitus vsus:per locū a contrario sensu:
quo christus vsus est.Mat.v.de dilectione amici/ꝛ odio
scđm.l.inimici.ꝛ ex̄ de his que fi.a prela.cū in apostolica.
vbi de hoc.Si em̄ licitus vsus nō est proprie vsus : illicit⁹
vsus non est ꝑprie abusus.per locū a cōtrario.q2 cuilibet
speciei proprie vsus/correspōdet ex opposito aliqua spe-
cies ꝑpria abusus.vsus aūt illicitus in quacūq3 materia
est ꝑprie abusus.ex̄ de elec.qđ sicut.§.j.ibi.abusue.ꝛ vsus
licitus in quacūq3 materia est ꝑprie vsus.ad qđ bene facit
qđ legit ꝛ no.xij.q.j.duo sunt.ibi.sed nō nisi ad vsum.ꝛ in
fi.glos.que incipit/ꝑhibetur.ibi.ꝛ dic nō nisi ad vsum.i.nō
abusum.De quadruplici specie vsus no.xxxij.q.j.nō enim.
glos.j.Et adde hic qđ scripsi.j.in.§.rursus ad finē.ꝑ. Itē
de separatione.in ar.lvj. Item sicut religiosi habētes pro-
priū in cōmuni/habēt vsum separatū a ꝑprietate: ꝛ pos-
sunt cōsumere bona etiā vsu cōsumptibilia:non vt ꝑpria
sua/sed vt ꝑpria cōmunitatis illi⁹ vbi sunt. vt p̄.c. dile-
ctissimis.ꝛ vt fratres minores possunt habere vsum quē-
libet separatū a proprietate:cuius ꝑprietas Romane ec-
clesie erat olim:ꝛ nūc dantiū:ꝑpter extrauagantē quā fe
cit papa Jo.xxij.cōtra fratres minores.q̄ incipit/ad con
ditorem.ex quo scđm ecclesiā non possunt habere etiā pro-
priū in cōmuni.vt p̄.c.c.xxiij.ꝛ.c.xxiui.sic ꝛ apl'i habuerūt
vsum separatū a ꝑprietate que erat ecclesie primitiue. vt
p̄.c.dilectissimis. Sicut etiā filiusfamilias habet vsum
separatū a ꝑprietate que est patris in peculio ꝑfectitio:
ff.de acqui.pos.l.qcđq3.ꝛ.l.j.§. Itē acquirimus.ff.de regu.
iur.filiusfamilias.ꝛ seruus a ꝑprietate que est dñi: q2 ve-
stis quā habet de peculio dñi est.ff.de peculio.illud vesti-
mentū.ꝛ seruus nō possidet ea q̄ sunt in peculio.ff.de ac-
qui.pos.seruus.ꝛ no.de hoc.xij.q.j.non dicatis.in glos.nū
quid.Sicut ergo paterfamilias est ꝑsona cōmunis in do
mo:et dñs est persona cōmunis in dñio.xxiij.q.iiij. duo.ꝛ
filiusfamilias ꝛ seruus vtūtur rebus eorū:sic ꝛ apostoli ꝛ
fratres minores(vt dictū est)vtūtur rebus ecclesie gene
ralis.ꝛ tamen licet vtatur q̄libet apl's vel frater minor re
bus ecclesie generalis:vel ali⁹ religiosus rebus sue cōmu
nitatis specialis:non ꝑpterea in vsu rei illius ꝑprietari⁹
est:nec in re illa quā potius detērat ꝙ possidet. vt no. p̄.
c.dilectissimis.quia qđ vniuersitatis est vel cōmunitatis:
illud non est cuiuslibet.xij.q.ij.q̄ manumittit.ꝛ no.xij.q.j.
§.si.in glos.falsum dicat.ꝛ in textu.ibi.cū de cōmuni null⁹
dicat hoc meū est.ꝛ ar.ad hoc op.ꝙ magis dicitur meum
qđ per probitatem meā quesiui:ꝙ quod per antecessores
meos habui.legit ꝛ no.ff.de capti.l.si q̄s in bello.Et dicit
lex.Cum dicimus suū vel ipsius:dño damus actionem.ꝛ
cū dicimus in alterius locū:de dño intelligendū est.ff.de
relig.l.ij.§.in locū.ꝛ no.de postu.p̄.c.j.in glos.bona. Nō
obstat.Act.xij.qđ dixit angelus ad Petrū. Calcia te cali-
gas tuas.ꝛ quod dixit.Circūda tibi vestimētum tuū ꝛc.
q2 in scriptura sepe dicit aliq̄d alicuius/nō quoad dñium
et proprietatē:sed quoad officiū cōmoditatis ꝛ necessita
tis.sicut est illud.j.Reg.xx.Apparuit vacuus loc⁹ Dauid.
qui locus nō dicebat Dauid quantū ad dominiū ꝑprieta
tis:q2 quoad dominium erat Saulis: eo ꝙ in mēsa regis
Saulis haberet specialē locū in sedēdo sibi deputatum.
Sic est illud Mat.xxvij.de cruce saluatoris. Angariaue-
runt quēdam vt tolleret crucē eius/scz christi. q̄ crux non
dicebat in speciali christi quantū ad dominiū ꝑprietatis.
sed quoad suppliciū passionis ꝛ officiū redēptionis. Sic
ꝛ calige ꝛ vestimentū Petri dicebant eius ab angelo:nō
quoad dominiū proprietatis:sed quoad officiū necessita
tis corporalis seu vsum necessitatis. Itē facit ꝓ ista sepa-
ratione vsus a ꝑprietate in cōsumptibilibus.Luc.xix.ibi.
Quare nō dedisti pecuniā meā ad mensam:ꝛ ego cū vsu-
ris exegissem eā:ex quo videt ꝙ seruus habuit vsum pe-
cunie:ꝛ dñs dominiū:ꝛ tamē pecunia cōputatur inter ea
que vsu cōsumūtur.legit ꝛ no.ex̄ de pig.c.vlti. Item facit
ad hoc illud Aug.in lib.de questionib⁹ euangelij:ꝛ ponit
in glos.or.ad Rom.viij.c.Omnia vestra sunt:nō dñio sed
vsu.sicut res dñi famulorum sunt:nō dominij potestate: sed
vtendi facultate:qua vtunt eis ad victū aut ornamētum
aut aliud hmōi.hec.glos.accepta ab Aug. Itē super illud
ad Phil.vlti.c.Misistis mihi in vsum.glos.or. preter quē
nihil in rebus querendū est. Item Hiero.ad Nepotianū
dicit ꝙ christus alieno cibo vtebat. Item Greg.in homi.
sup euangelia/parte.ij.Ad se venientibus dñs precipit vt
renūtiemus nostris : q2 q̄ ad fidei agonē venimus/luctaa-
men cōtra malignos spūs sumimus.nihil aūt proprium
maligni spūs in hoc mundo possidēt.nudi ergo cū nudo

luctari debemus:quia si vestitus q̄s cū nudo lucteur: ci/
tius ad terrā deijcitur:q: habet vn̄ teneatur.quid em̄ sunt
terrena oīa:nisi quedā corporis indumenta:qui ergo ad
certamen ꝓperat:vestimenta abijciat: ne succumbat.hec
Greg. ¶ Et possit obijci de.c.Melchiadis pape xij.q.j.
futurā.ꝙ apostoli non sunt adepti predia in Judea:quia
futurā ecclesiam in gentibus preuidebāt:ergo ea habere
poterāt non sequit.q: Melchiades intelligit ꝙ apl'i non
sunt adepti predia ꝓ ecclesia ipsa quā preuiderunt futurā
in gētibus:nō pro seipsis.q: apl'i pro seipsis nō plus sunt
adepti predia in gētibus ꝙ̄ in Judea.sed nec illa fuit cau
sa principalis ⁊ vniuersalis:sed particularis ⁊ accessoria
Quia ratio principalis ⁊ literalis fuit:vt solis vite neces/
sarijs alimētis.s.⁊ tegumētis cōtenti.j.ad Tim̄.vj.xij.q.j.
ep̄s.deo liberius vacarent:euāgelio expeditius instarēt:
mūdo exēplarius coruscarent:⁊ vniuersorū necessitatib⁹
propȳtius ministrarent atq̄ prouiderent.que quadruplex
ratio tāgitur in textu. Ut deo liberi⁹ vacarēt/⁊ perfecti⁹:
et euāgelio expeditius instarēt.ideo scribitur Act.ij.c. de
illa multitudine.Erant aūt pseuerantes in doctrina apo
stolorū ⁊ cōmunicatione fractiōis panis ⁊ orationibus.
Ut mūdo exēplarius coruscarent. ideo scribitur ibidem.
Fiebat autē omni anime timor:⁊ metus magnus erat in
vniuersis. Ista triplex ratio tangit̄ simul in fine eiusdē.c.
vbi scribit̄.Quotidie quoq̄ perdurantes vnanimiter in
tēplo ⁊ frangētes panes circa domos sumebāt cibum cū
exultatione ⁊ simplicitate cordis/collaudantes deū ⁊ ha
bentes gratiā ad omnē plebē. Quarta ratio: vt vniuer/
sorū necessitatibus propȳtius ministrarent. tangitur Act.
iiij.c.vbi scribit̄ ꝙ nec quisq̄ erat egēs inter eos: ⁊ ꝙ vni/
cuiq̄ ꝓuidebatur prout opus erat. He fuerūt ꝑncipales
cause quare apostoli ꝓ multitudine credentium in iudea
non fuerūt adepti predia . Nō dicit ergo Melchiades ꝙ
apostoli ꝓ seipsis non sunt adepti predia in iudea:q: pre
uidebāt seipsos trāsituros ad gētes:sed ꝙ nō sunt adepti
predia in Judea q: preuidebāt ecclesiā futurā in gentib⁹.
Non est ergo verū salua reuerētia ꝙ apostoli in Judea li
cite potuerūt ꝓ seipsis recipere predia. quia vt scribitur
Matth.xix. Si vis perfect⁹ esse:vade ⁊ vende oia que ha
bes:⁊ da pauperib⁹.quod de predijs inter alia necesse est
intelligi:vt ptz manifeste ex textu vbi scribitur de illo iu/
uene ꝙ erat multas habēs possessiones. Quinta stante
apice apostolice perfectionis/apostoli nō poterāt pro se/
metipsis in speciali nec in cōmuni quantū ad ipsorum com/
munitatē propriā/predia recipere nec retinere in Judea
nec in gētibus.q: si vis perfect⁹ esse:vade ⁊ vēde oia que
habes:⁊ da pauperibus. ⁊ nō retineas tibi/nec portes ad
me/inquit:sed da pauperib⁹.⁊ ita causa precisa ꝰm euan/
gelistā quare apostoli nō receperunt pro seipsis predia in
Judea:fuit q: possessio ⁊ ꝓprietas prediorū nō stabat cū
apice apl'ice perfectionis. Itē apl's Paulus q̄ fuit princi
paliter ad gētes missus:⁊ nō ad Judeos:vt ipse testatur
ad Gal.j.scribens Timotheo.j.ad Timo.vj.ait.Habētes
alimenta ⁊ q̄bus tegamur/his contenti sumus.xiiij.q.j.§.
his ita.v̄.ad hec callida.xij.q.j.eps. Hec ergo sufficientia
apostolica ⁊ limes apl'ice perfectionis ꝓ se ⁊ pro suis ꝑfe
cte secratoribus fuit esse contentū victu ⁊ vestitu:que vsu
cōsumuntur:⁊ nihil vltra querere.q: habentes inquit ali
mēta ⁊ q̄bus tegamur his contenti sumus.⁊ ita recipere
predia ⁊ ipsa tenere nō stat cū apostolica perfectione. Itē
quū Petrus dixit in sua ⁊ oim apostolorū persona . Ecce
nos reliquimus oia.Mat.xix.si post talem relictionē vni
uersalē maxime rerū immobilium/predia habuissent:ma
num ad aratrū posuissent primo:⁊ postmodū retro aspe/
xissent:⁊ regno dei apti nō fuissent. Luc.ix. vn̄ sup Ezech.
j.c. super verbo illo Pennata aialia minime reuertuntur
quū incedunt: Greg.dicit.q: predicatores sancti sic a ter
renis actibus ad spūalia transeunt:vt ad ea que relique/
rant vlterius nullatenus reuertātur.de peni.di.ij.pennas
ta. Item q̄bus nō licuit ex sua ꝓfessione passim ⁊ indiffe/
renter pecuniā possidere ⁊ portare:eis nō licuit predia re/
cipere ⁊ retinere.quia ꝓ quocūq̄ tempore licet alicui pre
dia recipere vel retinere:ꝓ eodem tēpore licet eidē mul/
to magis pecuniā aliquā recipere vel possidere. sed apo/
stolis non licuit ꝓ seipsis tēpore predicationis pecuniā re
cipere vel portare quicq̄d sit de alio tēpore. sicut ptz Luc.
ix. Mat.x.ibi. Nolite possidere aurū/neq̄ argētum/neq̄
pecuniā in zonis vestris:nō peram in via/neq̄ duas tuni
cas/neq̄ calciamēta/neq̄ virgam. vbi Hiero. Si enim sic
predicāt/vt preciū non accipiāt:superflua est auri ⁊ argē
ti nummorūq̄ possessio. nā si habuissent:viderent̄ nō cau
sa salutis hominū/sed causa lucri predicare. Itē Chryso.
ibi. Per hoc ergo preceptū primo q̄dē discipulos facit nō
esse suspectos:scd̄o ab omi eos liberat solicitudine:vt va/
cationē omnē tribuant verbo dei:tertio docet eos suā vir
tutem.hoc nēpe eis ⁊ postea dicit Luc.xxij. Nūquid aliq̄d
defuit vobis:qn̄ misi vos sine sacculo ⁊ pera? Itē Hiero.
Qui aūt diuitias detrūcauerat: que per aurū ⁊ argentū
⁊ es significantur:propemodū ⁊ vite necessaria amputat: vt
apostoli doctores vere religionis q̄ instruebāt omia dei
ꝓuidentia gubernari:seipsos ostēderēt nihil cogitare de
crastino. Matth. vj. Item ibi glos.nec pecu.in zo.⁊c̄. Duo
sunt genera necessariorū.vnū quo emūtur necessaria: qđ
intelligit̄ per pecuniam in zonis. Aliud ip̄a necessaria: qđ
intelligitur per peram. Sequit̄. Neq̄ duas tunicas. Hie/
ro. In duabus tunicis duplex mihi videtur innuere vesti
mentū.non ꝙ in locis Scythie ⁊ glaciali niue rigētibus
vna q̄s tunica debeat esse contētus.sed ꝙ in tunica vesti/
mentū intelligamus:ne alio vestiti aliud nobis futurorū
timore reseruemus. vn̄ ⁊ Aug. Curam ꝓhibuit:ne quisq̄
eorū preter eam quā esset indutus/aliā portandam puta/
ret:solicitus ne opus esset:quū ex potestate illā possit ac
cipere. sic etiā intelligit de calciamentis. Neq̄ calciamēta
Hiero. Et plato etiā precepit illas duas corporis summi/
tates esse velādas.neq̄ assuefieri debere molliti̇e capitis
⁊ pedū.quū enim hec habuerint firmitatem:cetera robu
stiora sunt. Sequit̄. Neq̄ virgam.q̄ em̄ habemus auxiliū
baculi:presidiū cur queramus.xj.q.iij.ira. Itē Remigi⁹.
Ostendit dn̄s in his verbis q: sancti predicatores reuo/
cati sunt ad primi hoīs dignitatē:qui quādiu celestes pos/
sedit thesauros:ista nō concupiuit. sed mox vt peccando
illa amisit:ista desiderare cepit. Item Chrys. Felix est au
tem ista cōmutatio.nā pro auro ⁊ argento ⁊ hm̄oi accepe
runt potestatem curandi infirmos:suscitādi mortuos: et
alia huiusmodi. vn̄ non a principio dixit eis. Nō possiden
tis aurū vel argentū. sed quādo dixerat Matth.x. Lepro
sos mundare:demones eijcite. ex quo ptz ꝙ angelos eos
ex hoibus(vt ita dicam)constituit:ab omni soluens vite
huius solicitudine:vt vna sola detineantur cura/q̄ est do/
ctrine:a qua etiā eos soluit dicens Matth.x. Neq̄ solici/
ti sitis q̄d aut qualr̄ loquamini . qđ videt̄ valde etiā one/
rosum ⁊ graue:hoc maxime leue eis ostēdit ⁊ facile. Nihil
enim est ita iocundū vt a cura ⁊ solicitudine exutum esse:
⁊ maxime quū possibile fuerit ab hac exutos in nullo mi/
norari deo presente ⁊ ꝓ omnibus nobis procuratore effe
cto. Hiero. Et quia quodāmodo nudos ⁊ expeditos ad
predicandū apostolos miserat:⁊ dura videbatur cōditio
magistrorū:seueritatem precepti sequēti sententia tēpera/
uit dicens. Dignus est em̄ operarius cibo suo. Matth.x.
xij.q.ij.quicūq̄.q.d. Tantū accipite quantū in victu ⁊ ve/
stitu vobis necessariū est. vnde Apl's.j.ad Timo.vj. Habē
tes victum ⁊ vestitū his contēti simus. x.q. ij. episcopus.
⁊ alibi. Cōmunicet. Gal.vj.xiij.q.j.§.j.is qui catechizatur
ei qui catechizat in omnib⁹ bonis:vt quorū discipuli me/
tunt spūalia/consortes faciāt eos carnalium suorum.ex̄
de censi. cum apostolus.xiij.q.j.§.j. non in auaritiā: sed in
necessitatē. Item Aug. Non est ergo venale euangelium
vt pro tēporalibus predicetur. si em̄ sic vēdunt: magnam
rem illi vendūt. Accipiant ergo predicatores sustentatio
nem/necessitatis a populo:mercedē dispensationis a deo.

non enī a populo redditur quasi merces illis q̄ sibi in charitate euangelij seruiūt: sed tā̄q̄ stipendium datur quo vt possint laborare pascātur. Item Mar. vj. Et precepit eis ne quid tollerēt in via: nisi virgam tantū: nō peram/neq̄ panē: nec etiā in zonis es: sed calciatos sandalijs: ⁊ ne induerētur duabus tunicis. vbi Beda. Tanta enī predicatori in deo debet esse fiducia: vt p̄sentis vite sumpt⁹ q̄uis nō prouideat: tn̄ hos nō sibi deesse certissimo sciat. ne dū mens eius occupatur ad tēporalia: minus alijs ꝓuideat eterna. Item Chrys. Hoc etiā eis dn̄s precepit: vt per habitū ostenderent quantū a diuitiarū desiderio distabant. Item Theophilus. Instituēs etiam eos per hoc non esse amatores munerū: ⁊ vt videntes eos predicare paupertatē acquiescant: quū apostoli nihil habēt. Quod vero dicit Nisi virgam tantū/intelligit Aug. q: per potestatē a dn̄o acceptam que virge noīe signata est: etiā que non portantur nō deerunt. Quod vero Mat. x. c. ⁊ Luc. ix. c. cōmemorat dn̄m dixisse discipulis vt nec virgam ferrēt/intelligit idē Aug. i. nec minimas quidē res. Item Amb. de sancto Joseph. ⁊ est. xj. q. iij. ira. ij. ibi. Dn̄s Jesus mittens ad euāgelizandū discipulos. misit eos sine auro ⁊ argento/sine pecunia/sine virga: vt ⁊ incentiua litis ⁊ instrumenta eriperet vltionis. Quod dicit Mar. vj. c. de sandalijs intelligit Aug. i. soleis: vt pes neq̄ tectus sit desuper: nec nudus ad terrā. i. nec occultetur euāgeliū: nec terrenis cōmodis innitatur. Item Chrys. Mat. x. c. ⁊ Luc. ix. c. non calciamenta neq̄ baculū portare permittit. qd̄ ostendit sanctissimū esse. Marcus vero baculū iubet assumere: ⁊ sandalijs calciari. quod dictum est permissiue. ¶ Sexto per superiora patet ꝙ nō licuit apostolis alicubi predia recipere nec retinere aliquo tēpore. quia quū sepe ⁊ frequenter predicarent: si tēpore predicandi non licuit eis predia retinere: ⁊ alio tēpore licuisset: tūc oportuisset eos tota die sicut mercatores predia vendere ⁊ cōmutare. qd̄ de apostolis sentire est incōueniens ⁊ euangelio contrariū: presertim quia quum essent de ecclesia primitiua: in qua nullus habebat propriū singulatim. vt. xij. q. j. dilectissimus. ⁊ illius ecclesie capita propriū non potuerūt dispersi per mundū vllatenus possidere. vn̄ Aug. in homilia. c. xix. super illud Jo. Accepit eam discipulus in suā. Quam suā: quū reliquisset oia? Suscepit Joānes matrē domini in suam: qui nō predia. q̄ nulla ꝓpria possidebat: sed officia que ꝓpria dispēsatione exequēda curabat. Propterea religiones mendicantiū predicatorum ⁊ minorū que potestatem recipiēdi ⁊ retinēdi predia a se abiecerūt: vt christo pauperi in paupertate altissima famularētur. vt ex̄ de excess. prela. nimis iniqua. ⁊ c. nimis praua. essent nulle et vacue: si apostoli quos imitantur in paupertate altissima/potuissent licite predia recipere ⁊ tenere. nō enim in paupertate altissima christo cū apostolis famularent: si apostoli potuissent predia recipere ⁊ tenere: que ipsi a se penitus abiecerunt.

¶ Articulus. lvj. A

Item ꝙ simplex facti vsus seu actus possit separari a dn̄io: ⁊ participari ⁊ cōmunicari in rebus consumptibilibus: dn̄io apud verū dominū remanente: ptꝫ per beatū Clementem in prima epistola ad beatū Jacobum de beato Petro sic dicentē. Frequēter inter vosmetipsos cōmunem cibum vestrū mensamq̄ faciatis. ⁊ inquantū vnusquisq̄ preualet: crebro panes ac sales suos cum suis fratribus sumat. Et parū post. Propter quod cōmunes facite cibos vestros cum his qui sm̄ deū fratres sunt. vt per hec tēporalia officia pacis ⁊ charitatis fructib⁹ gaudia eterna mereamini. de hoc etiā Act. ij. c. Erant autē omnes perseuerantes in doctrina apostolorū ⁊ cōmunicatione fractionis panis. ⁊ j. ad Cor. x. Unus panis ⁊ vnum corpus multi sumus: nā omnes de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Item ꝙ apostoli oia reliquerint quantū ad proprietatē nedum in speciali sed etiā in suo cōmuni/patet in pre. c. xix. Mat. Ecce nos reliquimus omnia. quoniā apostoli nō minus perfecte oia reliquerunt: q̄ iuuenis ille cui christus dixit. Uade ⁊ vende omnia que habes: ⁊ da pauperibus. eo. c. Mat. habita reliquisset: si christi cōsilium seruasset. ⁊ hoc patet: tū quia Petrus dixit predicta verba. Ecce nos reliquimus omnia. occasione illius iuuenis: vt patet in eo. c. Matth. tū quia apostoli non fuerūt minus expropriati a mundo vniuersaliter: q̄ ille iuuenis fuisset expropriatus ab habitis: si christi consiliū seruasset. Sed christ⁹ cōsuluit illi iuueni ꝙ omnia que habebat relinqueret quantū ad abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij: ⁊ non solum quantū ad affectionē ⁊ curam eorū. quia mandauit sibi ꝙ omnia habita venderet ⁊ daret pauperibus. vēdita autē ⁊ pauperibus erogata non remanent amplius quoad ꝓprietatem ⁊ dominiū: quia nemo potest retinere quod vēdidit. j. q. j. qui studet. ergo similiter apostoli omnia reliquerunt quoad proprietatē ⁊ dominium: ⁊ non solū quantum ad affectionē ⁊ curam eorum. Nec tamen ꝓpterea sequitur ꝙ apostoli omnia reliquerunt quoad vsum necessarium: quoniam relinquere omnia quod vsum necessarium sine quo homo nō potest viuere: nō est perfectionis: sed imperfectionis/fatuitatis/⁊ impossibilitatis. ex̄ de verb. signi. exijt. §. porro. lib. vj. Relinquere aūt omnia quoad ꝓprietatem ⁊ dominiū est perfectionis. vt ptꝫ. xiiij. q. j. §. j. ⁊. j. q. ij. si quis. Item ⁊ hoc patet ex circūstantijs sequentibus: quoniā post illa verba Petri. Ecce nos ⁊c̄. christus intulit. Et omnis q̄ reliquerit domū/aut agros/aut fratres/aut vxorem/aut sorores/propter nomen meū: centies tātum accipiet: in hoc tēpore domos agros fratres ⁊ sorores: ⁊ in futuro vitam eternā. vt patet Mar. x. vbi Theophilus. Uide igitur hec i apostolis. Multe enī mulieres erant solicite de eorum cibo ⁊ vestimētis: ⁊ ministrabant eis: similiter ⁊ patres ⁊ matres plurimas habuerunt: scꝫ eos qui eos diligebāt. Sed ⁊ Petrus vnā relinquens domum/postmodū omniū discipulorū domos habebat. Ex quib⁹ colligitur euidenter ꝙ verba Petri premissa. Ecce nos reliquimus omia. quoad proprietatem ⁊ dominium sunt intelligēda: quoniā apostoli non minus perfecte oia reliquerunt q̄ christus cōsequenter intulerit dicendo. Et omnis q̄ reliquerit domū fratres ⁊ sorores aut agros ⁊c̄. quod etiā patet: q: apostoli nō minus perfecte omnia reliquerūt: q̄ christus eorū exemplo induceret alios ad relinquendū sua ꝓpria. sed verba christi predicta intelligūtur quantū ad abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij: ⁊ non solū quantū ad affectionem ⁊ curā: quia dicere ꝙ ois qui reliquerit aut domos aut agros quantū ad affectionē ⁊ curā/retinendo sibi ꝓprietatem aut dominiū/centies tātum accipiet: domos scꝫ ⁊ agros in hoc tēpore: nihil esset penitus dominij. q: quoad qd̄ deberet centies tantū accipere in hoc tēpore: ex quo sibi proprietatē ⁊ dominiū retineret? Aut quoad ꝓprietatē aut quoad vsum. non quoad ꝓprietatē: quia illa sibi retinuerūt. Non quoad vsum: q: si nō reliquerūt proprietatē: multo minus reliquerūt vsum necessariū. ergo verba christi ⁊ p consequēs verba Petri quoad abdicationē ꝓprietatis ⁊ dominij sunt intelligenda: ⁊ non solū quantū ad affectionem ⁊ causam. vn̄ super dicta verba Petri. Ecce nos reliquimus oia. Matth. xix. glos. interlinearis dicit. etiam voluntatē habendi. ⁊ super illa verba Luc. xviij. c. Ecce nos dimisimus oia. dicit glos. interlinearis. etiā voluntatē habēdi. ⁊ ita sm̄ vtrāq̄ glos. authenticam/non solū reliquerunt seu dimiserūt omnia quoad ꝓprietatē ⁊ dominiū: sed etiam dimiserunt (quod plus est) voluntatē habendi que nūq̄ habuerunt nec habuissent. Itē ex alijs circūstantijs hoc apparet. q: eo modo Petrus dixit Ecce nos reliquimus omnia. quo modo per oppositū christus dixit de mūdi possessoribus. Mat. xix. ⁊ Mar. x. Quam difficile qui pecunias habent regnū dei introibunt. vbi Chrys. Dixit autē dominus hoc discipulis pauperib⁹ existētibus ⁊ nihil possidētibus: instruens eos

inopiā nō erubescere: τ quasi excusando eis respondēs proco ꝙ nihil eos habere cōcesserat: sequitur in Marco. Discipuli aūt obstupescebant in verbis eius. Manifestū est em̄ quoniā inopes existentes ꝓ aliorū salute dolebant. Patet aūt hoc tū quia Petrus dixit predicta ℣ba respondēdo ad verba christi. tū quia apostoli nō minus perfecte mundū reliquerūt: ꝙ christus per verba predicta inducens ret homines ad mūdi contēptum. sed verba christi predicta / Cꝫ difficile ꝗ pecunias habent τc̄. intelligūtur quantū ad possessionem ꝓprietatis τ dominiū pecuniarū: τ nō solū quātum ad affectū τ curam ipsarum: quia affici ad pecunias τ solicitari ad ipsas non est ipsas pecunias habere. q: multi afficiūtur τ solicitantur indebite ad ipsas qui nunꝙ possunt attingere. christus autē dixit in preal. c. Mar. Cꝫ difficile qui pecunias habent regnū dei introibunt. cuius rationem ipse christus subiūgit immediate. Mar. x. dicens. Filioli ꝙ difficile in pecunijs confidentes regnū dei introibunt. q. d. difficile est pecunias habere et regnū dei introire. vnde glos. accepta ab Augustino sup illud Luc. xviij. ꝙ difficile qui pecunias habēt τc̄. dicit sic. Non impossibile sed difficile ait. quia diuitie difficulter cōtēnuntur. de omnib⁹ ergo tutius est nec habere nec amare. hec glos. ergo similiter verba Petri predicta intelligēda sunt quoad abdicationē possessionis ꝓprietatis τ dominatiue. ad hoc facit qđ dicit Beda super illud Mar. x. ꝙ difficile τc̄. Aliud est pecunias habere ꝙ amare. multi habent: sed nō amant. multi amant: τ nō habent. Itē alij habent τ amant. alij nec habere nec amare se gaudent. ꝗ quidē tutiores cū apostolo dicere possunt. Gal. vj. Mihi mundus crucifixus est: τ ego mundo. hec glos. Bede. Ex quib⁹ oībus patenter colligitur ꝙ tutius est τ perfectius pecunias non habere nec amare: ꝙ habere quoad possessionē proprietatis τ dominij τ eas nō amare. Et ꝙ talem statū apostoli post eorū electionem ad apostolatū τ destinationē ad predicandū elegerunt τ seruauerunt. Itē sup illud Luc. xiiij. Sic ex vobis omnis qui non renūtiauerit omnib⁹ que possidet: nō potest meus esse discipulus. glos. or. Hoc distat inter renūtiare omnibus / τ relinquere oia: ꝙ renuntiare cōuenit omnibus qui ita licite vtuntur mundanis que possident: vt tamen mente tendant ad eterna. ps. lxj. iuxta illud. Diuitie si affluant: nolite cor apponere. τ. xxxiij. q. v. ſm. Relinquere autē tantū perfectorum: qui omnia tēporalia postponunt: τ solis eternis inhiant. hec glos. Et ita ſm glos. or. licet renūtiare sit quoad affectionem τ curā superfluam / qđ est imperfectorū: tamen relinquere est quoad proprietatem τ dominiū: quod est perfectorū. Item ad hoc est beat⁹ Greg. primo moral. libro de beato Job sic dicēs. Consideremus cuius sanctitatis vir iste fuerit: qui ad tam sedula dei obsequia sic occupat⁹ vacauit. Necdum precepti virtus emicuerat que omnia relinqui preceperat. Mat. xix. sed em̄ beatus Job eiusdē precepti vim in corde seruabat. quia nimirū substantiā suā mēte reliquerat: quā sine dilectiōe possidebat. hec Greg. ¶ Ex qua authoritate colligit̄ duplex mediū. Primū medium est quia virtus precepti omnia relinquendi quoad affectionē τ curam superfluā iam emicuerat. vn̄ τ in ps. lxx. Diuitie si affluāt: nolite cor apponere. τ Prouer. vlti. c. Mēdicitatē τ diuitias ne dederis mihi: sed tantū victui meo tribue necessaria. τ ita iam emicuerat virt⁹ precepti omnia relinquendi quoad affectionē τ curam superfluā: τ tamen nōdum emicuerat virtus precepti omnia relinquendi in totum ſm beatū Greg. ergo intelligit de precepto relinquēdi quoad abdicationem ꝓprietatis τ dominij. τ ita apostoli reliquerūt omnia quoad ꝓprietatem et dominiū. ¶ Secundū mediū quia si apostoli nō reliquerunt omnia nisi quoad affectionē τ curam superfluam: τ isto modo reliquit omnia beatus Job. quia vt dictū est / dicit Greg. Nimirū substantiā suā mente reliquerat quā sine dilectione possidebat. Et in eo. c. de ipso dicit. Nunꝙ quippe sine dolore amittitur: nisi qđ sine amore possidet.

Renuntiare τ relinquere nōnihil differūt.

eterni in celis rex esset imperij: ad qđ per contemptū mortis gloriam resurrectionis et triumphū ascensionis perueniret. vnde discipulis post resurrectionē ait Mat. vltimo Data est mihi oīs potestas in celo ⁊ i terra. hec glos. ⁊ Beda simul. Itē in eodem regno tēporali nō possunt nec debent esse simul plures reges pares et incōnexi. vt. vij. q. j. In apibus. ⁊ supra di. xi. §. ex quib⁹. Sed Cesar imperator Romanorū fuit verus licet infidelis in tēporalibus: aliter cū christus verbo ⁊ exēplo sibi dari tributū nō cōsuluisset. Mat. xxij. ⁊. xxiij. q. viij. §. ecce. et. c. cōuenior. christus autē a cesare regnū tēporale non recognouit: licet sibi tributum nō in recognitionē regni: sed pro vitatione scādali ⁊ futuri significatione mysterij dederit. Mat. xvij. xj. q. j. magnū quidē est. xxviij. q. j. iam nūc. ad fi. Nec Cesar recognouit regnū tēporale a christo inquantū homo: sed potius eius ministri exigebāt tributū a christo. vt Mat. xvij ergo christus inquantū homo pro hac vita mortali non fuit rex in rebus tēporalibus. aliter em̄ in eodē regno fuissent simul plures reges. Nec obstat de titulo quem posuit Pilatus: Jesus nazarenus rex iudeorū. Jo. xviij. q: nō loquitur de regno terreno sed celesti: quamq̄ Pilat⁹ aliud forsan sentiret. vel dixit hoc derisorie: sicut ⁊ illi, Aue rex iudeorum. Jo. xviij. Et q̄ ille titulus nō intelligit de regno tēporali sed spirituali, patet Esa. ix. Multiplicabit eius imperiū: ⁊ pacis non erit finis. sup soliū Dauid ⁊ super regnum ei⁹ sedebit: vt cōfirmet illud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iustitia amodo ⁊ vsq̄ in sempiternū. hec Esa. Nulli aūt intelligenti dubiū est q̄ christus dei filius non corroborauit nec cōfirmauit sed potius dissipauit regnū temporale ipsius Dauid. q: vt ipse dixit Mat. xxi. ipsis iudeis. Auferetur a vobis regnū dei: ⁊ dabit genti facienti fructus ei⁹ xxiij. q. vij. c. ij. Unde ad sensum videmus illud regnū post christi regnū tēporaliter esse dissipatum: sicut sacerdotiū leuiticū tēporale fuit euacuandū per sacerdotium christi spirituale ⁊ eternale. Hebre. vij. ⁊ ex̄ de cōsti. translato. Jo Gre. ait in homi. epiphanie. Celi rege nato, rex terre turbatus est. q: nimirū terrena altitudo cōfunditur: quū celsitudo celestis aperit. Item Hiere. xxiij. Ecce dies veniunt, dicit dn̄s: ⁊ suscitabo Dauid germē iustū: ⁊ regnabit rex: ⁊ sapiens erit: ⁊ faciet iudiciū ⁊ iustitiam in terra. In diebus illis saluabit iuda: ⁊ israel habitabit confidenter. ⁊ hoc est nomen qđ vocabunt eū, dn̄s iustus noster. Hec verba nō possunt intelligi ad literā de regno iudaico temporali: sed de regno spirituali: quoniā christus in ista vita mortali nō exercuit iudiciū ⁊ iustitiam de rebus tēporalibus: nec exercuit dn̄ium temporaliū. imo cuidam petenti Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem, respōdit. Quis me cōstituit iudicē ac diuisorē super vos? Luc. xij. Similiter populus iudaic⁹ per christi aduentum non est saluat⁹: sed potius destitut⁹ tēporaliter. ⁊ plebs israelitica sub christo non habitat cōfidenter tēporaliter: sed cū timore ⁊ rubore dispersi ⁊ subiecti ⁊ male tractati ⁊ oppressi ⁊ tributarij sunt vbilibet inter gentes. vnde Josephus historiographus iudeorū sup Gen. ⁊ Eusebi⁹ episcop⁹ cesarien. in ecclesiastica historia li. iij. c. vij. dicit. Propter hoc em̄ iudaica gens p culpa perfidie de regno suo pulsa est ⁊ dispersa p terras: vt eius fidei cu⁹ inimici sunt vbiq̄ testes fieri cogerent. perdito quippe templo sacrificio ipsoq̄ regno, in paucis veteribus sacramētis nomen genusq̄ custodiūt: vt pmisti gentibus sine discretione dispereāt: ⁊ inuiti testimoniū veritatis annūtient: velut Cain Gen. iiij. de pe. di. j. §. ex ijs. a facie dei fugientes. Et Augu. in sermonibus epiphanie. Ideo iudeos nō occidit: et de terris non penitus pdidit: ne obliuiscerent legis ipsi⁹ quam ppterea legendo reminiscunt, vt filij sumant iudicium: ⁊ nobis pbeant testimoniū veritatis. Ergo pdicta verba Hiere. non possunt intelligi de regno christi temporali. Ex illa omnia inducta in prima parte pro parte contraria quantū ad christum viatorē non videtur q̄ possint intelligi de regno terreno ⁊ temporali: sed eterno ⁊ spirituali. Quod etiā ratione euidenti patet. quoniā velle habere nomen alicuius officij, ⁊ nō facere ea q̄ spectant ad illud officium: est velle habere nomē officij sine re. qđ non est opus facientis: vocari em̄ velle regem, et nolle facere ea q̄ spectant ad opus ⁊ officiū regis: est velle habere nomen regis sine re. ⁊ p consequens est vsurpare sibi nomen regis. Sed cōstat q̄ christus in hac vita non exercuit illa que spectāt ad officium regis tēporalis: quia officium regis tēporalis est pcedere suos milites ad bellū: dare eis stipendia debita: punire malefactores penis cōgruis: ordinare de successione hereditatū. di. viij. quo iure. xxiij. q. v. regum. et. c. rex. et. c. de liguribus. quorum nullum christus gessit temporaliter in hac vita: ergo christus nō fuit rex ⁊ dominus temporalium. aliter habuisset nomen regis vacuum equiuocū nō regendo a quo dicitur rex. xxj. di. cleros. §. sacerdos. Item nō habens quantum ad proprietatem ⁊ dominiū tēporale aliquam domū, non habet quantū ad temporale dominiū regnū seu imperium: quū temporale dominij regni seu imperij includat temporale dominiū hospitij: sicut totum includit partē. xxij. q. iiij. meretrices. Sed christus nō habuit domū aliquam quoad pprietatem ⁊ dominiū tēporale in hac vita mortali: sicut ipse dixit Matthei. viij. ⁊ Luc. ix. c. Vulpes foueas habēt ⁊ volucres celi nidos: filius autē hoīs non habet vbi caput suum reclinet. i. hospitium. quod nō est intelligēdum solum de facto: sed etiam de iure. vnde Matthei. viij. sup pdicto verbo dicit sic glos. Quid me propter lucrum seculi vis sequi: quum ita sim pauper, vt nec hospitiolū quod meum sit habeam? Et Luce. ix. super eodem verbo dicit sic glos. Quid me ppter diuitias ⁊ seculi lucra cupis sequi? ego tante sum paupertatis, vt nec hospitiolum quidem habeam: nec meo vtar tecto. hec glos. Item regnū illius qui venerat tēporaliter iudicari: non iudicare: nō debuit esse temporale: sed spirituale et celeste. christus autem in hac vita mortali nō venit temporaliter iudicare: sicut faciunt reges tēporales. xxiij. q. v. regum. sed tēporaliter iudicari. sm̄ q̄ ps. l. dicitur. Et vincas quū iudicaris. ⁊ Act. viij. In humilitate iudicium eius sublatū est. Esa. liij. Itē qui pdicabat dimittere regnum terrenum pro celesti: nō debebat retinere regnum terrenum. sed christus hoc predicabat. Matthei. xix. et Mar. x. ⁊ Luce. xviij. ergo nō debuit regnum terrenum habere: ne quum aliud q̄ predicaret, faceret: eius predicatio vilesceret. ar. xxv. distin. c. vltimo. cum ibi nota. ⁊. iij. q. vij. §. idem testatur. Item Joan. xij. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. ergo christus ⁊c. Item Joā. xiiij. Uenit enim princeps. de peni. distin. ij. si enim. huius mundi: ⁊ in me non habet quicq̄. xxxij. q. ij. pudor. dicit glos. Noluit dominus habere quod perderet: ne haberet diabolus qđ auferret. Item tale fuit regnum christi pro hac vita passibili: quale recōmendauit suis principibus primis apostolis. vnde Luce. xxij. Ego dispono vobis regnum ⁊c. et hoc fuit rationabile: quia sui principes debuerūt esse participes sui regni sicut fuerunt participes euāgelij ⁊ persecutionis mundi. Sed christus recōmendauit suis apostolis regnum ecclesie spirituale: et non temporale: quia illud docuit contemnere. Matthei. xix. Ecce nos reliquimus omnia ⁊c. ergo regnum christi non fuit temporale. sed spirituale. vnde Dani. vij. He quatuor bestie magne quatuor regna sunt que consurgent de terra. Suscipient autem regnum dei altissimi sancti: ⁊ obtinebunt regnum vsq̄ in seculum ⁊ in seculum seculorum. vbi Hieronymus Quatuor regna de quibus supra diximus, fuere terrena. omne enim quod de terra est: vertetur in terram. Gene. iij. Sancti autem nequaq̄ habebunt terrenum regnum: sed celeste: cessat ergo mille annorum fabula. Item de regno isto spirituali christi loquitur Apoc. j. Et fecit nos regnum ⁊ sacerdotes deo ⁊ patri suo ⁊c. vbi Remigi⁹. Per hanc sententiā oēs electi sacerdotes demōstrant q̄ supra reges fuerāt appellati. quia enim caput dei filius rex est

⁊ sacerdos: cõgruenter ⁊ mẽbra capitis reges ⁊ sacerdo
tes vocant. quibus p Petrũ dicitur prime sue canonice. c.
ij. Uos estis gen⁹ electũ regale sacerdotiũ. Ipi eñ sunt re-
ges: ipi ⁊ sacerdotes ⁊ sacrificiũ ⁊ altare. q: ⁊ tumult⁹ car
nalium voluptatum contra se insurgẽtes vt reges refre-
nant: ⁊ sacrificiũ laudis et mortificationis deo imolant:
corpusq̃ suum a presentib⁹ seculi cupiditatibus mortifi-
cant: vt hostia viua fiant. Ro. xij. Ipse itaq̃ vnigenit⁹ pa
tris rex ⁊ sacerdos fecit nos suos electos reges et sacer-
dotes: quos reges terre cõstituit: ⁊ ipso opere sacerdotes
monstrauit. hec Remigius. ad hec. xl. di. multi. xxi. di. c. j. §.
sacerdos. ij. q. j. scelus. xi. q. iij. ita corporis. ex̃ de elec. funda
menta. §. j. ibi. vos estis. ⁊. j. Pe. ij. Item Esa. ix. Factus est
principatus sup humerũ eius. super christi aũt humerum
factus ei⁹ principatus dicit: q: crucem quã pro sui regni
salute suscepit, ipse proprio humero baiulando portauit
sicut Jo. testatur. xix. c. Et baiulãs sibi crucẽ. Itẽ ex̃ de ex.
pre. nimis praua. ibi. In altissima paupertate christo pau
peri famulant. Sed fratres predicatores ⁊ minores non
famularentur christo pauperi in altissima paupertate: si
christus retinuisset sibi dñium regni tẽporalis: quum ipsi
tale dominiũ abdicauerint: nec ẽm eorũ statum et regulã
sint capaces. Item Alexander. iiij. in cõdemnatione libel
li contra statũ predicatorũ dicit sic. Quũ insuper idem fra
tres omnia pp̃ter deũ reliquerint, exilia vite subsidia mẽ
dicantes: christũq̃ imitentur pauperẽ, perfectionẽ euan-
gelicã amplexando: propter quod euidenter apparet eos
non solũ in statu saluandorũ existere: sed etiam perfectorũ
per sue religionis obseruantiam: que quidem ipsius euã-
gelice perfectionis tenet formam in eterne retributionis
premio precellentẽ gloriam promereri. hec Alexander. vt
recitat dñs papa Jo. xxij. in sua constitutione que incipit
Quia quorũdam. Item Nicolaus in decre. Exijt. de ver.
signi. li. vj. dicit sic. Dicimus q abdicatio pprietatis oim
rerum tam in speciali q̃ in cõmuni propter deum, merito
ria est ⁊ sancta: quam ⁊ christus viã perfectionis ostẽdẽs
verbo docuit ⁊ exemplo firmauit. Item regula beati Frã
cisci ab ecclesia approbata dicit sic Regula ⁊ vita fratrũ
minorum hec est. scz domini nostri Jesu christi sanctũ euã
gelium obseruare: scilicet viuendo in obedientia sine pro
prio ⁊ in castitate. Et ita ẽm dictam regulam pfectio euã-
gelica consistit in non habẽdo aliquid pprium. ergo chri-
stus qui ẽm predictos Romanos pontifices ⁊ pre. regu-
lam fuit forma ⁊ exemplar euangelice perfectionis: non
habuit pprietatem ⁊ dñium rerum temporaliũ nec dñiũ
regni mundani: q: vt ait Hieronymus ad Eustochiũ: Nõ
potuit dñs habere quod phibuerat in seruis: q: vere pau
perrimũ ⁊ abiectum se prebuit. hinc ps. cxiij. Celũ celi do
mino: terram autẽ dedit filijs hominũ. Nec obstat illud
Mat. vltimo de christo. Data est mihi ois potestas in celo
⁊ in terra. quoniã illud dictum est post resurrectionem de
christo ẽm diuinitatẽ ostensiue et notificatiue. ẽm huma-
nitatem autẽ dictum est de christo post resurrectionẽ effe-
ctiue ⁊ cõmissiue: ⁊ nõ ante resurrectionẽ actu cõpletiue
Unde super illud Apoca. xviij. Uidi alium angelũ descẽ-
dentem de celo habentẽ potestatem magnã, dicit sic Re-
migius. Hec potestas ad vtrãq̃ eius naturã potest refer-
ri: ad diuinã scilicet et humanam. fuit enim hec potestas
in ipso per diuinitatẽ sine tẽpore ante omnia secula. quia
sicut cum patre ⁊ spiritusancto cuncta creauerat: ita cum
patre ⁊ spiritusancto omnia possidebat. Hec etiam pote
stas data est ei in tẽpore: quando post triduũ resurrectio-
nis data est ei potestas in celo ⁊ in terra: vt in nomine ie-
su omne genu flectatur celestium terrestrium ⁊ infernorũ
Phil. ij. De hac eñ ipse surgens a mortuis dicit. Data est
mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. De illa vero quam
ante tempus habet cum patre, Daniel dicit Danielis. vij.
Potestas eius potestas eterna. hec Remigius. Ex quib⁹
patet rñsio ad authoritates in oppositũ adductas. nam
authoritates noui ⁊ veteris testamenti loquentes de re

gno christi quãtũ ad humanitatẽ assumpte mortalitatis
pro statu psentis vite, nõ sunt accipiẽde de regno christi
tẽporali: sed spũali ⁊ celesti. vt ex premissis patet. Qd vero
legitur Jo. xiij. Uos vocatis me magister et dñe. ibi q dis-
cit dñe, referendũ est ad christi diuinitatem. vnde sup illo
verbo Jo. xiij. Si ergo ego laui pedes vestros dñs ⁊ ma-
gister. glos. dicit. Dñs, q: deus. magister, q: veritas. Simi
liter super illud Matth. xxj. Dicite q: dñs ijs opus habet
glos. Dñs simpliciter oim rerum: cui seruire debet creatu
ra. hec glos. Et sup illud Luc. xix. Quia dñs ea desiderat,
dicit glos. Quũ dñs dicit: vn⁹ agnoscitur. nam etsi multi
dij ⁊ multi dñi: generaliter tñ vn⁹ deus ⁊ vn⁹ dñs. j. Cor.
viij. Et ita ẽm glos. talia ⁊ similia sunt intelligẽda ẽm diui
nitatem que omnia cõtinet. Qd vero Petrus dixit Act.
ij. Certissime sciat ois domus israel: q: ⁊ dñm eum ⁊ chri-
stum fecit de⁹ hunc iesum quẽ vos crucifixistis. quantum
ad christi humanitatem attinet vltimate ⁊ cõplete intelli
gendum est pro tẽpore post resurrectionẽ quo dixit. Data
est mihi ois potestas. vt. s̃. proxime dixi. Ante resurrectio-
nem vero fact⁹ dici potuit: q: imobiliter determinatũ erat
vt fieret. licet etiã ante resurrectionẽ rex spũalis regni, vt
dictũ est, fuerit. qd ⁊ ipa verba Petri satis sonant aperte
vnde et Rabanus ibi. Manifeste Petrus ex hoc ps. cx.
Dixit dñs dño meo. regnũ christi non terrenũ, sed celeste
ostendit esse. i. non de terrenis: sed de celestib⁹: ⁊ a celo. Il-
lud vero Apo. xix. Rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ, dupliciter
potest intelligi ad propositũ pro hac parte. Uno modo q
verbum dei patris qd oia regit et cõtinet: ab instanti sue
cõceptionis fuit scriptũ digito dei viui in vestimento hu-
manitatis christi: ⁊ nõ solũ in aia, sed etiam in ipsa carne
mortali ex patribus generata: q̃ per femur designat. vñ
Gen. xxiiij. dixit Abraam seruo suo. Pone manũ tuã sub-
tus femur meũ vt adiurẽ te per dñm celi ⁊ terre. quasi di-
cat per illũ q̃ nasciturus est ex me ẽm carnẽ. Mat. j. ibi. fi-
lij Abraam. ⁊ Gala. iij. Abrae dicte sunt pmissiones. ⁊. j.
Semini tuo q̃ est christus. q: qui de virgine nasci dignat⁹
est non solũ hõ sed etiam dei verbũ, cõparatũ est. Alio mõ
q vniuersalis potestas christi ẽm q hõ, post resurrectionẽ
sibi merito passionis collata sit scripta in vestimento ⁊ in
femore: pro quanto mortẽ qua sibi hanc potestatẽ acquisi
uit, in carne mortali sustinuit: ⁊ eam patri ostẽdit. atq̃ in
obedientia quã deo patri ab instãti cõceptionis exhibuit
per quã vniuersalẽ potestatẽ accepit in nostra humanita-
te fragili ex patrib⁹ assumpta: q̃uis non ab instanti cõce-
ptionis eam vt hõ actu acceperit: licet etiã ab instanti cõ-
ceptionis ea dign⁹ fuerit. sed nobis in exẽplũ pfectionis
datus, ipsam ad tẽpus vite psentis suspẽdit. sic eñ assum
psit paupertatẽ pp̃ter nos: sicut assumpsit mortalitatem
pro nobis. quẽ sensum ipse ordo verborũ demonstrat: vbi
sic dicit. Et vestit⁹ erat veste aspersa sanguine: et vocabit
nomen eius verbum dei. Et sequitur parum post. Et ipse
calcauit torcular vini furoris ire omnipotentis dei. et ha-
bet in vestimento ⁊ femore suo scriptum. Rex regum ⁊ do
minus dominantiũ. ¶ De duob⁹ gladijs de quibus Luc.
xxij. potest dici q per duos gladios significari potest du-
plex potestas Petri: scilicet potestas spiritualiter occidẽ-
di: et potestas spiritualiter viuificandi. quomodo. ij. Re-
gum. viij. legit q Dauid mensus est duos funiculos: vnũ
funiculũ ad occidendũ: ⁊ aliũ funiculũ ad viuificandum
⁊ significabat duplicẽ potestatem pontificis: scilicet pote
statem ligandi ⁊ soluendi. xxiiij. q. j. qdcũq̃. que est duplex
clauis. xx. di. §. j. que eadem potestas licet differat ratione
non tamẽ differt iurisdictione. Uel etiam per duos gladi
os intelligit ptãs spiritualis põtificis infligẽdi p delicto
duplicem penã quũ expedit ⁊ spũalem ⁊ tẽporalẽ. q: eccle
sie pontifex potest ratione delicti infligere reo duplicem
penam, spiritualẽ vel tẽporalẽ. xxiiij. q. j. q̃ cõtra. xxxij. q. v.
pceptum. ex̃ de homi. p humani. li. vj. ⁊ de penis. felicis. li.
vj. ⁊ de sentẽ. ex. dilecto. li. vj. licet etiam per duos gladios
duas potestates temporalẽ ⁊ spiritualẽ aliqui autument

Quid p duos petri gladios itelligenduz.

vt de hoc satis dixi in prima parte istius operis parū post
prin.in.§.xiij.in ar.xiij. Sed licet Petrꝰ dixerit/Ecce duo
gladij/tamen Petrus nō legitur habuisse nec portasse ni
si tm̄ vnum illorum duorum gladiorum:sed alium gladiū
non legitur Petrū portasse:nec eo vsum fuisse.ex quo da/
tur intelligi ꝙ vnus illorū scilicet potestas spiritualis per
tinebat directe ⁊ imediate ad Petrum ⁊ eius successores
reliquus vero gladius scilicet potestas tēporalis seu im/
perialis pertinebat ad Petrū ⁊ eius successores tm̄ medi
ante ratione corporis ecclesie sibi cōmisse:que in collegio
apostolorū et discipulorum representabatur. ideo Petrꝰ
dixit/Ecce duo gladij hic/scilicet in ecclesia militāti.⁊ nō
dixit habeo vel habemus duos gladios.sed dixit hic/dās
intelligere ꝙ hic scilicet in ecclesia militanti est duplex po
testas per duplicē gladiū significata:scilicet potestas spi/
ritualis seu pontificialis/⁊ potestas tēporalis seu impe/
rialis.xcvi.di.duo.⁊.c.cum ad verum.et.x.di.quoniā.ideo
vnum illorū gladiorum legitur Petrus portasse ⁊ habu/
isse imediate:ac ipso vsum fuisse:alio vero non legit̄ vsum
fuisse.Quāuis etiam per duos gladios vtriusqꝫ testamē/
ti authoritas congrue possit intelligi ſm Ambro. Vel etiā
per duos gladios possit intelligi gladius spiritualis sciē/
tie ⁊ veritatis:⁊ gladius potentie seu potestatis:qui per/
tinent ad pontificē.quia pastor ecclesie secat ac necat vi/
tia ⁊ peccata gladio veritatis per predicationem ⁊ infor
mationem.Heb.iiij.Viuus est sermo dei ⁊ efficax ⁊ pene/
trabilior oi gladio ancipiti.⁊.ij.Macha.xv.Accipe gladi
um sanctū munus a deo:in quo deijcies aduersarios po/
puli mei.i.mala opera et voluptates.⁊ ar.ad hoc.ij.q.vij.
oues.ibi/oris gladio.⁊ gladio potestatis per correctionē
⁊ debitam punitionē.facit ex̄ de priuil.ex ore.xxiiij.q.iij.
paternarū.ibi.anathematis gladio. Adde hic qd̄ scripsi
s.in prima parte in.§.xiij.in ar.xiij.⁊ in.§.restat.v̄.ad illud
quod obijcit̄ scd̄o de gladio in ar.lix. Ex quibus etiā patet
ꝙ illud qd̄ dicit apostolus.i.ad Corin.vi.An nescitis quo/
niam angelos iudicabimꝰ:quantomagis negotia secula
ria:qd̄ est intelligendum quantū ad apostolos attinet/de
potestate iudicandi rerū secularium mediata/⁊ non ime
diata:⁊ authoritate iudicandi quantū ad dignitatem ho
noris ⁊ meriti:⁊ nō quātū ad opportunitatē laboris ⁊ of/
ficij.ideo subdit ibi apl's. Secularia igit̄ si habueritis:cō
temptibiles qui sunt in ecclesia/illos cōstituite ad iudicā
dum.xi.q.i.§.ex ijs.nisi in causa pia pauperū ⁊ pupillorum
ac viduarum.lxxxvij.dist.per totum.xxiiij.q.iij.illi q̄.ex̄ de
fo.cō.ex parte.⁊ in casibus specialibus q̄ no.ex̄ de fo.com.
licet.glos.ij.⁊ vide qd̄ no.c.t.ex tenore.glos.ij. Item dicitur
in pre.decre.Exijt.ꝙ ipse christus abdicationem ꝓprietatꝫ
omniū rerum verbo docuit:⁊ exemplo firmauit.quod nō
esset verum:si in vestimentis ⁊ alimentis ⁊ alijs in specia
li ꝓprium dn̄ium habuisset. Item christus nō fuit magis
proprietarius in speciali:ꝙ̄ fuerit quilibet de prima multi
tudine credētium.patet q: perfectio prime multitudinis
credentium fuit deriuata ⁊ exemplata mediantibus apo
stolis ab ipso christo sicuti capite.vnde Hieronymꝰ. Non
potuit dominus habere quod prohibuerat in seruis. sed
in prima multitudine credentiū nullus in speciali habuit
proprietatem et dominiū alicuius rei.xij.q.i.c.ij.ergo nec
christus. Item christus in speciali non fuit magis proprie
tarius:ꝙ̄ fuit quilibet apostolorꝫ.quum perfectio aposto/
lica fuerit imago ⁊ vestigiū perfectionis christi.sed nullꝰ
apostolorū habuit in speciali ꝓprietatem ⁊ dominium.vt
pre.c.ij.xij.q.i.ergo nec christus. Item ꝙ loculi nō fuerunt
proprij christi nec apostolorum quoad ꝓprietatem/videt̄
ex hoc quoniā que dabantur christo pro pauperibus:non
erant propria christi nec apostolorum. Sed illa que dabā
tur christo pro pauperibus/ponebantur in loculis: ergo
loculi illi non fuerūt ꝓprij christi nec apostolorum quoad
ꝓprietatem. Maior ꝓpositio est clara et nota per se.mi/
nor vero propositio patet per illud quod scribitur Jo.xij
Quare hoc vnguentum nō venijt trecentis denarijs: et

datum est egenis? Dixit autem hoc Judas nō quia ad eū
pertinebat de egenis:sed quia fur erat:⁊ loculos habens
ea que mittebantur portabat.hec euangelista. Et non so
lum Judas hoc dixit:sed etiam alij discipuli a Juda exci/
tati hoc idem videntur dixisse.vt patet Matthei.xxvi.et
Mar.xiiij. Sed discipuli hoc nō dixissent:nisi ea que mit
tebantur pro pauperibus/ponerent̄ in loculis.nec etiam
Judas potuisset furari de loculis res pro pauperibꝰ mis/
sas:nisi res pro pauperibus misse in loculis fuissent posi/
te.ergo res que mittebantur pro pauperibus/ponebant̄
in loculis.que fuit ꝓpositio.vnde glos.ibi. Cui angeli mi
nistrabant:loculos habebat in sumptus pauperum/con/
descendens infirmis. Item oblata ⁊ custodita a christo ꝓ
seipso apostolis ⁊ alijs pauperibus/non erant ꝓpria eiꝰ
nec apostolorum.sed ea que ponebantur in loculis erant
oblata ⁊ custodita non solum pro christo ⁊ apostolis/sed
etiam pro alijs pauperibus:ergo loculi illi nō fuerunt ꝓ/
prij christi nec apostolorū quoad dominiū. Minor ꝓposi
tio patet.tum ex eo qd̄ ipse christꝰ dixit Jo.xij. Pauperes
semper habebitis vobiscum:et quū volueritis poteritis
illis benefacere. In quibꝰ verbis christus supponit aper/
te ꝙ oblata ⁊ custodita a christo ⁊ apostolis/erant obla/
ta ⁊ conseruata nō solum pro seipsis sed etiam pro paupe
ribus alijs. Tum etiam ex eo qd̄ scribitur Jo.xiij.sic. Qui
dam enim putabāt q: loculos habebat Judas ꝙ dixisset
ei iesus:eme ea que opus sunt nobis ad diem festum: aut
vt egenis aliquid daret.sed discipuli non putassent ꝙ ie/
sus ꝓpterea dixisset Jude/eme ea q̄ opus sunt nobis ad
diem festum:aut vt egenis aliquid daret:q: loculos habe
bat Judas:nisi q: conseruata in eis erant non solum pro
christo ⁊ apostolis:sed etiā pro alijs pauperibꝰ.ergo illa q̄
ferebant̄ pro cōmuni necessitate christi ⁊ apostolorum et
pauperum nō fuerunt ꝓpria collegij christi ⁊ apostolorū.
Et hoc clare patet.xij.q.i.habebat.ibi. Et suorū necessita/
tibus alijsqꝫ indigentibus tribuebat.vn̄ signanter euāge
lista nunꝙ̄ facit mentionē de loculis/nisi faciendo mētio
nem de egenis:q: ⁊ ad eorū subleuandam inopiam fere/
bantur.vnde sup predictis verbis Jo.xiij.dicit glos. Quia
loculos in quibus oblata seruabant̄:suorꝫ necessitatibus
⁊ alijs indigentibus profutura seruabat.in quo forma ec
clesie datur seruādi necessaria. Et ꝙ iubetur nō cogitare
de crastino est ne pro terrenis seruiat:vel timore inopie iu
stitiam deserat.hec glos. Idē dicitur in pre.c.habebat. Itē
Jo.Chrysostomus sup eisdem verbis euangeliste Joan.
xiij.dicit. Et nimirum nullus discipulorum pecunias defe
rebat: sed per hoc quod hic dicit/occulte insinuat ꝙ que/
dam mulieres cū de suis facultatibus nutriebant. Qui
autē nō virgā non peram nō es iubet deferre:loculos de/
ferebat ad inopum ministerium.vt discas quoniam val/
de pauperem ⁊ mundo crucifixum huius oportet partis
multam facere procurationem. multa enim ad nostram
doctrinam dispensans agebat. Item Hieronymus super
illud Matthei.xvij. Vade ad mare:⁊ primum piscem ⁊c.
dicit sic. Christus propter eximiam charitatem ⁊ crucem
sustinuit:et tributa reddidit:nos infelices q̄ christi cense/
mur nomine:⁊ nihil tanta dignum facimus maiestate:ꝓ
illius honore nec tributa reddimꝰ:⁊ quasi filij regis a ve/
ctigalibus immunes sumus.hoc idem simpliciter intelle
ctum edificat auditorem:dum audit dominum fuisse tan
te paupertatis/vt vnde tributa pro se ⁊ apostolo solueret
non haberet. Quod siquis obijcere voluerit quomodo Ju/
das in loculis portabat pecuniam. Respondebimus:res
pauperum in vsus suos cōuertere nefas putauit: nobisqꝫ
idem tribuit exemplum.hec Hieronymus. vbi etiā glos.
or.dicit sic. Sed simpliciter intellectum edificat:dum do
minus tante fuerit paupertatis/vt vnde daret tributa nō
haberet. Judas tm̄ habebat cōmunia in loculis:sꝫ res pau
perū in vsus suos ɔuertere nefas duxit:illud ipm̄ dans ex
emplū nobis.hec glos. Itē glos.dicit ibidem. Si ille cen/
sum soluit qui nihil possidebat:tu q̄ lucrū seculi sequeris

tur seculi negotium nō agnoscis: hec glos. Ex quib⁹ oib⁹ patet christū nō habuisse dñiū i loculis. Adde hic de istis loculis qđ scripsi. s. in. §. hoc aūt p̄ceptū christi fuit ergo vna causa. in ar. lxv. Quod vero obijcit de vestimentis et calciamentis christi, ꝙ ideo fuerunt christi quoad dñium ꝓprietatis: q: leguntur in scriptura eius fuisse: dicendū ꝙ si ideo vestimenta ⁊ calciamenta fuerunt eius quoad proprietatē q: legunt in scriptura fuisse eius: eadē ratione vestimenta angeli fuissent angeli quoad ꝓprietatē: q: in scriptura sacra legunt fuisse eius. vnde Marci vltimo. Et vestimenta eius sicut nix. Et stella que apparuit magis, fuisset christi quoad ꝓprietatem: q: legit fuisse eius. Mat. ij. Vidimus stellā eius. Et crux fuisset eius quoad ꝓprietatem: q: legitur Joā. xix. Stabant autē iuxta crucē eius. Et vincula quibus alligatus erat Paulus, fuissent eius quia legit Colos. vltimo. Memores estote vinculoꝝ meorum. Et. ij. Timo. j. c. Et catenā meam non erubuit. q̄ oia sunt friuola ⁊ ridicula. Adde hic qđ scripsi. s. c. §. Item ꝙ simplex. ꝟ. qđ potest obijci de Jacobo in ar. lvj. ꝟ. ꝙ potest iterum obijci. ⁊. ꝟ. Quod etiā euidenter. Ideo dicendum ad oia talia ꝙ sicut crux christi dicitur fuisse christi quantum ad officium passionis ⁊ redemptionis. Et stella dicit fuisse eius inquantū homo, quātum ad ministerium operis significationis. Et vestimēta dicuntur fuisse angeli quoad officium apparitionis ⁊ denūtiationis: Ita vestimenta ⁊ calciamenta dicuntur fuisse christi quoad officiū deputationis ⁊ vsum accōmodationis: nō quoad dominiū appropriationis. Excepto ꝙ de calciamētis intelligendū est de sandalijs. vt patet Mar. vj. Similiter loculi dicunt fuisse christi quoad officiū gubernationis vel administrationis ⁊ dispensationis: et nō quoad dñiū appropriationis. Similiter panis quem comedit Judas dicitur fuisse christi ſm ꝙ homo, quantū ad participium ⁊ quantū ad officium retributionis ⁊ dispēsationis: q: christus tribuebat apud deum suis meritis ⁊ intercessione omnib⁹ benefactoribus nō solū pro se sed etiam spiritualiter pro omnib⁹ discipulis: non ꝙ ille panis esset christi hois quoad dominiū tēporalis appropriationis: q: christ⁹ vt ait Hieronymus, alieno cibo vtebatur vel vescebat. Sic vestimenta ⁊ calciamenta ⁊ libri in quibus student et supellectilia quibus vtunt, dicunt religiosoꝝ: q: eis vtuntur: vel q: ad officium eoꝝ spectat talia distribuere: non q: habeant ꝓprietatem quā habere nō possunt: vt patet in ijs que leguntur ⁊ no. xij. q. j. c. ij. ⁊. c. nō dicatis. xvj. q. j. alia causa. Panis autem ⁊ vinū de quib⁹ christ⁹ consecrauit in die cene, fuerūt absoluta a lege tēporalis ⁊ humani dominij: ⁊ fuerūt effecta iuris diuini ⁊ spiritualis dñij: vt superius est ꝓbatū ⁊ facit. xij. q. ij. nulli. ⁊. xiiij. q. ij. q̄ semel est. Item de expropriatione christi. Bern. in epl'a cōsolatoria loquēs de christo ait. Ipsi nimirū vtpote qui peccare non potuit, ⁊ vniuersoꝝ dñs erat: quum mūdi huius delicijs libere ⁊ iuste vti potuisset: voluntariā tñ paupertatē tam diligēter amplexus est: vt nec haberet vbi caput suū reclinaret. Mat. viij. ⁊ Luc. ix. In cui⁹ paupertatis exercitatione tantā patri exhibuit reuerentiā: vt non solū delicias sed etiā seipsum abnegaret petens in oibus non suā sed patris fieri voluntatem. Luc. xxij. de con. di. ij. in christo. Qui ergo hoiem errantē in solitudine ⁊ in inaquoso venerat reducere in viam rectam: vt iret in ciuitatē habitatiōis. ps. cvj. salubriorem ⁊ securiorē viam redeundi nobis exēplo sue cōuersationis ostendit: nihil ꝓpriū in mūdo possidens: patri obediens vsq₃ ad mortē. Phil. ij. hucusq₃ Bern. Per istā auctoritatē Bern. videt patere solutio primaꝝ allegationū ⁊ opinionis ⁊ secundarū. vt videlicet christ⁹ non solū inquantū deus, sed etiā inquantū homo ꝟbo vnit⁹, habuerit dñium generale in regnis et rebus tēporalibus: sicut quilibet rex habet in regno suo. ⁊ sic intelligunt prime allegationes. Dñium vero particulare in regno aliquo aut in rebus quibus vtebat nō habuit postq̄ ꝑdicauit ⁊ cōsilia de paupertate dedit: ⁊ sic intelligant secūde. Facit pro hac solutione di. viij. quo iure. Et hic iungendū est qđ notaui de ista materia. s. in prima parte isti⁹ operis in ar. xiij in. §. tertiusdecim⁹. ⁊ in. §. ad illa. in ar. xxxvij. Et hoc dico salua veritate per ecclēsiā declarata vel declaranda.

Articulus lviij.

Consequēter opponitur ꝙ apostoli ꝓprium habuerūt: et dñiū in rebus quibus vtebantur: nec apparet ꝙ renuntiauerūt oibus rebus. q: legit Mar. j. ⁊. Mat. viij. ⁊ Luc. iiij. ꝙ iesus egrediēs de synagoga venit in domū Simonis ⁊ Andree. ⁊ Luc. v. ⁊ Mat. ix. legit ꝙ Matthe⁹, al's leui, postq̄ relictis oibus secut⁹ est christum vocantē: fecit ei magnū cōuiuium in domo sua. Itē de discipulis legit etiam ꝙ ꝓprium habebant. vñ Mat. xxvj. legitur de Joseph ab arimathia ꝙ erat diues homo ⁊ discipul⁹ iesu. Itē de Simōne leproso discipulo christi legitur Matthei. xxvj ꝙ Jesus in Bethania erat in domo eius. Itē Lazarus Martha ⁊ Maria qui erāt discipuli eius: erāt multa bona habētes. vnde legit de eis Jo. xj. ꝙ castrū dictū Bethania, erat Marie magdalene ⁊ Marthe. ⁊ ꝙ in Bethania fecerunt ei cenaꝫ magnā. Jo. xij. De Tabita discipula ⁊ ꝙ multas elemosynas faciebat legit Act. ix. Et vita apostoloꝝ ⁊ discipuloꝝ eadem videtur fuisse. vt patet. xij. q. j. c. ij. ibi. Qui vitā apostoloꝝ eoꝝq₃ discipulorum ⁊c. Itē ap'li habuerunt panes ⁊ pisces. Mat. vj. Luc. ix. Et de denarijs ibi dicit Matthe⁹. Euntes emamus denarijs. cc. panes: ⁊ dabimus eis manducare. et in Luca. ibi. Eamus ⁊ emam⁹ in oēm turbam escas. Itē Jo. iiij. ibi. Discipuli eius abierūt in ciuitatē: vt cibos emerēt. Et Luc. xxij. Qui habet sacculū tollat: similiter ⁊ peram: ⁊ q̄ non habet vendat tunicam suam ⁊ emat gladium. et sequit ibi. Ecce duo gladij hic. ⁊ Jo. xviij. Simō Petrus habens gladiū ⁊c. Et sequit. Mitte gladium tuū in vaginam. Item saltē quin in cōmuni ꝓprium habuerint negari nō potest. q: apostoli inter credentes etiam cōputandi sunt sicut precipui: sed credētes primi oia habebāt cōmunia: ergo ⁊ apostoli. Act. iiij. xij. q. j. c. ij. Immo videtur Lucas innuere ꝙ ante ecclesiam credentiū apostoli habebant ꝓprium: ex quo illud cōmunicauerunt. Itē quantū ad ecclesiam ex gētibus nō videtur ꝙ ipsi sibi cōmunicauerunt ꝓprium: immo videtur ꝙ ipsi sibi retinuerunt proprium vt ꝓbatur de Corinthijs. j. ad Corin. c. si. in prin. vbi sic dicitur. de collectis ⁊c. ⁊. j. Vnusquisq₃ vestrū apud se reponat recondens qđ placuerit sibi. Itē ad Phil. iiij. ibi In ratione dati ⁊ accepti nulla mihi cōmunicauit ecclesia nisi vos soli. ⁊ seqtur. Repletus sum acceptis ⁊c. Itē Act. xj. ibi. Discipuli prout vnusquisq₃ habebat, ꝓposuerūt singuli in ministerium mittere ⁊c. Et hoc est qđ Augu. iij. de doc. christia. dicit expresse sic dicens. Tam capaces extiterunt spūssancti qui primo ex iudeis crediderunt, ex quib⁹ facta est prima ecclesia Hierosolymitana: vt ⁊ oia sua venderent: eorum preciū indigentibus distribuendum ante pedes apostolorum ponerēt: seq₃ totos etiā dicarent deo tanq̄ templū nouū in orationib⁹, in fractione panis spiritualis ⁊ corporalis: qui prius veteri templo seruiebant quod nullas ecclesias gentium fecisse scriptum est: quia non tam prope erant: quia simulacra manifesta deos habebant. Ex quo intelligimus magnam vtilitatem fuisse iudeos sub lege tanq̄ sub pedagogo custoditos vt signa que temporaliter eis carnaliter seruientibus erant posita, vnius dei cultum qui fecit celum ⁊ terraꝫ: opinionem obseruantium religarent. hec Augustinus.

Sed contra hoc dicendum videtur potius, ꝙ apostoli post vocationem ad apostolatum non habuerunt propriū nec in speciali nec in communi. Unde circa hoc ⁊ contra predicta proxime allegata, sciendum est ꝙ ordo discipuloꝝ christi fuit triplex. Nā quidā fuerunt dicti discipuli christi generaliter cōmuni noie discipulatus: sicut omnes

Discipuloꝝ christi triplex ordo.

in ipsum credentes dicebant generaliter eius discipuli vt no.xxij.di.c.ij.in glos.j.Primo enim quod Joseph ab arimathia fuit discipulus iesu:q: credebat in eū: non q esset ex illis.lxxij quos christ⁹ misit ad predicandū. q: illi.lxxij.discipuli erāt publice ⁊ aperte discipuli:⁊ ex alijs discipulis electi:de quibus Luc.x.⁊.xxj.di.§.j.⁊.c.i nouo.⁊.xvi.di.septuaginta. Joseph aūt erat occultus discipulus iesu propter metū iudeorum:sicut habet. Jo.xix.c. Predict⁹ autē Joseph sicut habet Mar.xv.erat nobilis decurio:et per cōsequēs sequebatur curiā ⁊ adsistebat curie ⁊ officio curialium:⁊ non sequebatur christū corporaliter:nec insistebat officio pdicandi euangeliū:sicut faciebant illi.lxxij.discipuli:quibus christus cōmiserat authoritatē predicādi Luc.x.⁊.xxj.di.in nouo. Et tales discipuli generali nomie ⁊ cōmuniter dicti poterant habere in speciali diuitias et temporalia queq;:sicut habebāt zacheus/et centurio ille cuius seruū christ⁹ curauit:de quib⁹ Luc.xix. ⁊ Mat.viij. ⁊ Luc.vij.⁊ de con.di.ij.quotidie.⁊.xij.q.ij.cū deuotissimā. Et princeps ille Jayrus:cuius christus filiam suscitauit. Mat.ix.Luc.viij.Mar.v.⁊ de peni.di.j.quē penitet.ad fi. Et plures alij in christū credentes:⁊ sibi per fidem ⁊ dilectionem adherētes:sicut modo multi boni christiani habent multa bona tēporalia. Quidā vero fuerunt discipuli christi specialiter nomine speciali:quibus cōmisit potestatem predicandi et curandi infirmos: quib⁹ interdixit ne portarent sacculū/nec perā/nec calciamenta:de quib⁹ dicit in pre.c.Luc.x.⁊ pre.c.in nouo. Et de tali genere discipulorū christi/nō legit q habuerint aliq̄s diuitias nec proprietatē ⁊ dn̄ium alicui⁹ rei tēporalis/postq̄ talē discipulatū sunt adepti.nō est ergo cōfundēdus ordo discipulorū. Vn̄ instātia de Joseph ab arimathia ⁊ de lazaro/⁊ simone leproso/de maria/⁊ martha/⁊ tabita/et similibus discipulis/nō est ad ppositū:qm̄ isti non fuerunt de secūdo sed de primo ordine discipulorū. Nec etiam instātia de castello marthe et marie: q: non sequit q esset de proprietate marthe ⁊ marie ppterea sicut nec bethsaida erat de proprietate petri:q: dicit Jo.j.q. Philippus erat de bethsaida ciuitate petri ⁊ andree. Sed ⁊ esto q fuisset eorū quātum ad proprietatem:nō sequitur ppter hoc q apostoli et alij discipuli ad predicandū missi potuerint habere castella ⁊ villas quoad dn̄ium:q: nō eadem lege paupertatis ⁊ forma viuendi adstringebatur martha ⁊ maria cū euāgelizatoribus veritatis pfessoribus paupertatis. Tertius ordo seu gradus discipulorū fuit ipse ordo apostolorum:quos ipse christus ex oībus alijs discipulis specialiter elegit:⁊ specialibus donis ⁊ gratijs pre omnib⁹ alijs discipulis priuilegiauit:qui velut christi comites indiuidui ⁊ cōmensales assidui eadem expropriationis lege cū christo viuebant.quod de alijs discipulis ab eis nō est necesse dicere:vnde ⁊ post christi ascensionem pecunia rerū venditarū ponebatur ad pedes aplorū:⁊ non ad manus eorū:q: ipsi pre ceteris a tēporalibus elōgati vsum pecunie ⁊ non solū dn̄ium aspernabātur. vnde ⁊ glos. Act.iiij. dicit destituendū probat/qd tāgere deuitat: ⁊ calcādum docet aurū quod subdit gressibus apostolorū:in quorum persona petrus ad literā dixit/Ecce nos dimisimus oia. In persona aūt aliorum discipulorū ad predicandū missorum/vtrū petrus prefata verba dixit an non/ex scriptura non habet. Ex eo aūt qd opponitur.s̄.de domo Petri ⁊ Matthei ⁊ eius cōuiuio:per qd non solum in cōmuni: sed etiam in specialitate videntur apostoli proprietarij fuisse. Nam si Mattheus post verba illa/Relictis omnib⁹ secutus est eū:nō reliquit oia quoad dn̄ium:eadē ratione sequitur q petrus et andreas Jacobus ⁊ Joannes post illa verba/relictis retib⁹ ⁊ naui/Mat.iiij non reliquerūt tunc retia ⁊ nauim quoad dn̄ium:quū illa fuerit vltima vocatio Matthei sicut ista fuit vltima vocatio istorū quatuor. Et si isti quatuor apostoli nō dimiserunt tūc quoad dn̄ium retia de quibus in speciali specificatur:multo magis non dimiserunt tunc quoad dn̄ium ad qd ibi non specificatur:⁊ p cōsequens retinuerunt sibi dn̄ium omnium. quod est contra scripture sacre literam et intentionem et sanctorū doctrinā. Contra doctrine euangelice intentionem:qm̄ nisi apostoli tunc dimisissent proprietates ⁊ dominium rerū expressarum:scriptura frustra dixisset de Mattheo Luc.v.q relictis omnibus secut⁹ est eū. Et de petro Jacobo ioanne ⁊ andrea/q relictis retib⁹ secuti sunt eū. Matth.iiij.vnde glos.sup verba predicta petri ⁊ andree Matth.iiij. dicit sic: Incessu pedū:sed magis obedientia ⁊ affectu apli⁹ ad ppria nō reuersi.⁊ sup predicta vba Jacobi et ioannis dicit glos.relictis retibus. q: etsi postea resumuntur:non tamē cupiditate ⁊ amore proprietatis. in ijs datur forma volētibus sequi.hec glos. Et ita sm̄ glos. isti quatuor apostoli tunc reliquerūt non solū proprietatem ⁊ dn̄ium retiū:sed et proprietatem omniū:q: amplius sm̄ glos.ad propria nō sunt reuersi. Et super illud Luc.v. Relictis omnibus secuti sunt eum.dicit glos.accepta ab Ambrosio sic. Reliquit propria qui rapiebat aliena.nec solum lucra vectigalium reliquit: sed etiam periculum contemnit quod poterat euenire a principibus seculi: q: vectigalium rationes incompositas reliquit. Et quia in nullo prorsus huius vite respectum vel cogitationem sibi reseruauit:dominicorum talentorū talis fidelis dispensator esse meruit.hec glos.et ita sm̄ glos. Matthe⁹ nihil tūc sibi retinuit:nec proprietatem:nec cogitatū eius. Ad hoc est Ambro.in quadā homilia in qua dicit sic: Mystica vocatio publicani quem sequi iubet nō corporis gressu: sed mentis affectu. Itaq; illa auara de mercedibus.dura de laboribus periculisq; nautarum emolumenta cōuertēs verbo vocatus ppria dereliquit qui rapiebat aliena.ac illud vile sedile destituens/toto post dominum vestigio mentis incedit.hec Ambro. Item hieronym⁹ ⁊ ponitur in glos.super illud Marci.j. Venite post me:faciā vos fieri piscatores ⁊c.dicit sic: Vocantur quatuor piscatores/Simon/Andreas/Jacob⁹/⁊ Joannes/relictis oībus sequūtur. Hac quadriga vehimur ad ethera vt Helias.his quatuor angulis cōstituitur prima ecclesia.his q̄tuor literis hebraicis tetragrammaton nomen dominii cognoscitur a nobis:quibus similiter precipitur vt audiamus dominum vocantem:⁊ obliuiscamur populum.ps̄.xliiij. vitiorum:⁊ domum paterne traditionis fugiam⁹:que est stulticia deo.⁊ rete aranearum:quos pene lapsos velut culices tenebat aer inanis qui pedet in nihil:nauem pristine conuersationis fugiamus.pellibus enim mortuis regit. de peniten.distin.j.Adam post.c.fleat. Adam pater noster sm̄ carnem ⁊ nunc deposito veteri homine cum actibus suis nouum hominem. Ephe.iiij.sequentes pellibus Salomonis.Canti.j.tegimur.quibus sponsa gloriatur se factam esse formosam. Simon autem obediens/Andreas virilis/Jacobus supplātans/Joannes gratia/in latinū sonat.quibus quatuor nominibus in imaginem dei conuertimur.obediētia vt audiamus.virilitate vt pugnem⁹ supplantatione vt perseuerem⁹.gratia vt conseruemur.q̄ quatuor virtutes cardinales dicunt.per Prudentiā enim obedim⁹. per Justitiā viriliter agimus.per Tēperantiā serpentē calcam⁹.per Fortitudinē grām dei meremur.hec Hieronym⁹. Itē Greg.sup euangelia homi.v. exponens pdicta verba Mat.iiij.de Petro ⁊ Andrea dicit sic: Audistis fratres charissimi q: ad vni⁹ iussionis vocē Petrus ⁊ Andreas relictis retib⁹ secuti sunt redēptorē. nulla vero hunc miracula adhuc facere viderāt:⁊ tn̄ ad vnū dn̄i preceptū hoc qd possidere videbant obliti sunt.⁊.j. Sed fortasse q̄s tacitis cogitationib⁹ dicit.sed q̄d qm̄ vterq; iste piscator ad vocē dn̄i dimisit q̄ pene nihil habuit? sed hac in re fratres charissimi affectū poti⁹ debem⁹ pēsare:q censum Multum reliq̄t:qui nihil sibi retinuit. Multū reliquit:q̄ quantūlibet parum totū deseruit.hec Greg. Idē no.s̄.in ar.liiij.in.§.nūc vero.iuxta prin.ibi vide. Et ita sm̄ Amb. Hiero.Greg.glos.ord.ex dictis sctorū collectā/apostoli in vltima vocatione omnia dimiserunt, nec ex tunc aliquid

quoad proprietatē ⁊ dominiū sibi retinuerunt. Et qđ dicitur de expropriatione istorū.v.apostolorū:licet specialiter de renuntiatione ipsorum in euangelio non legatur. Et hoc apparet expresse per verbum Petri loquentis in persona omniū apostolorū:quorū vna ⁊ similis fuit vocatio ⁊ professio. Ecce nos reliquimꝰ omnia. Mat.xix. Mar.x. Luc.xviij. Qđ vero legitur de Mattheo/ꝙ post ista verba/relictis omnibꝰ ⁊c.fecerit christo magnū cōuiuiū in domo sua:dicendū ꝙ illud est dictum explicando et exponendo prius dictū:nō ꝙ posterius sit factum. ẜm modū loquēdi scripture in pluribus locis:q̄ prius narrat cōclusionē facti:⁊ postea explicat ordinē ⁊ seriem rei geste. Cur autem non de oibꝰ apostolis sicut de Mattheo scriptura expresse ꝙ relictis omnibus secutus est christū? Forsassis q: solus Mattheus lucris auaritie deditus/ne vllū in se locū auaritie dereliquisse videret̄:cuncta pro dño dereliquisse describitur. Cur etiā sex apostolorū solummō scilicet Petri andree Jacobi Joannis Matthei et Philippi vocatio in euangelio nominatim ꝑsonaliter exprimit̄:aliorū vero sex apostolorū vocatio sub silentio tacite pertransitur? Arcanum mysteriū est. ⁊ literalis ratio nescio si reddi potest:nisi quia ex parte cognoscimꝰ ex parte ꝓphetamꝰ. j.Corin.xiij.vt quemadmodū in celo materiali/sic in celo spirituali militantis ecclesie sex signa nobis oriant̄:⁊ totidem nobis occultent̄ per illū qui claudit stellas sub signaculo:⁊ facit interiora haustri: expanditq̄ nubem sup faciem vniuerse terre. Job.ix. Qđ vero obijcit̄ de domo Petri.ẜ.responsum est in.lvj.ar.in.§.porro.in.R̄.nō obstat etiā.ꝙ domus illa Petri dicebat̄:non ꝙ protunc esset actu ipsius quoad dñium:sed q: prius fuerat eius ⁊ Andree q̄ad dominiū vel quoad habitationē.quō Gen.xxiiij.legit̄ ꝙ Jsaac introduxit Rebeccā in tabernaculum Sare matris sue.⁊ tamē Sara iam erat mortua.vnde ibi vocabat̄ tabernaculū Sare nūcupatiue:q: fuerat eius quoad mansionem. Quomodo etiam legitur.xxj.c.primi libri regū ꝙ Achimelech dixit ad Dauid post mortē Goliath sic. Ecce hic gladius Goliath philistei quē percussisti in valle terebinthi. Sic de virga Aaron:q̄ dicebatur eius post mortē: q: fuerat eius. Hebre.ix. Sic etiā sion post mortē Dauid: q: fuerat eius:nō ꝙ mortuus haberet dñium.j.Macha.j.c.vbi legitur ꝙ edificauerūt ciuitatem Dauid muro magno ⁊ firmo. Quō etiā Simon ille in cuius hospitio ꝓpe passionē christus hospitabat̄/dicebatur simon leprosus. Matth.xxvj. Mar.xiiij.nō ꝙ tūc esset actu leprosus:sed q: aliqñ fuerat:⁊ curatus erat. Et ꝙ tunc domus illa non esset actu Petri:ex hoc etiā patet q: vt legitur Luc.ix.quidam ait christo Sequar te:sed primū permitte mihi renūtiare ijs q̄ domi sunt.ait ad illū Jesus. Nemo mittens manum suā ad aratrū ⁊ respiciēs retro/aptus est regno dei. Ex quo sequit̄ aperte qm̄ si ille nō erat aptus regno dei/q: solū volebat renūtiare suis que erāt domi:quanto magis nō fuisset aptus regno dei Petrus:si voluisset sibi retinere domū quoad dñium?tanto vtiq̄ minus/quāto malus est retinere sibi domū q̄ renuntiare ijs que sunt domi. Quū ergo Petrus ⁊ Andreas vocati a dño non curauerint renuntiare ijs q̄ domi sunt:multo magis nō curauerunt retinere sibi ꝓprietatē ⁊ dñiū domꝰ quū magis sit signum terreni amoris retinere sibi domum:q̄ renuntiare ijs q̄ sunt domi. Jdeo vtrūq̄ propheta Dauid.ps̄.xliiij.viro spūali cōsulit. Obliuiscere populū tuū:⁊ domū patris tui. Vtrūq̄ etiam monuit cōtemnere saluator. Mat.xix. Ois qui reliquerit domū/vel fratres/vel sorores/aut patrem/aut vxorē/aut agros. Et preterea si Petrus et Andreas dimiserunt retia pro christo:quod viliꝰ et imperfectius fuit:per cōsequens non recte dimiserunt:licet recte obtulerint pro christo vilius dimittendo ⁊ pro seipsis melius retinendo.de cōdi.di.ij.si credis.qđ de tantis apostolis credere indignū est. ¶ Qđ vero posset obijci:ꝙ qñ christus misit ad predicandū apostolos:inhibuit eis ne portarent aurū ⁊ argentū peram ⁊ calciamenta ⁊ duas tunicas:ergo ante q̄ mitterentur ad predicandū:nō reliquerunt ista:nec ante ipsis fuerant interdicta:al's frustra tūc fuissent interdicta:si eis antea talia nō licebant. Dicendū ꝙ istud non valet. qm̄ sepe aliquid de nouo precipit̄:non q: illud prius preceptū non erat:sed propter specialem rationem precepti superuenientē ⁊ de nouo occurrentē:vel ad maiorem obedientie cumulū.q: opus factum ex obedientia est perfectius opere sponte facto.xj.q.iij.quid ergo.vel ad maiorē expressionem seu explicationem ⁊ cōfirmationē prioris precepti. Sicut deus precepit filijs israel in lege moysaica. Exo.xx. Non occides. Non mechaberis Non furtum facies. Non falsum testimoniū dices ⁊c. Nō quin ista ante fuerint eis iure nature prohibita:quū sint per se nota omnibus in lumine naturalis rationis.di.j.in pricipio. sed propter imediatiorē subiectionē dei/⁊ maiorem infixionem cordi. Similiter christus in cena precepit apostolis. Jo.xiij.c.dicens. Mandatū nouū do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. ⁊ tamen prius apostoli obligabantur ad illud preceptū.q: prius fuerat mandatum eis datum de dilectione dei ⁊ proximi/⁊ de dilectiōe amici ⁊ inimici:sicut patet Mat.v.⁊.xxij. Mar.xij. Luc.x. Leuitici.xix.c. Similiter christus precepit apostolis quādo misit eos ad predicandū:ne venderent gratiam curationū/⁊ doctrinam euangelij. Mat.x.quod tamen exemplo christi ⁊ documēto prophetarū eis fuerat interdictū iiij.Reg.v.de Giezi facto leproso q: Naaman gratiā vendiderat sanitatis.j.q.j.cito.⁊.c.qui studet.⁊.c.quicq̄d. Similiter christus precepit discipulis quādo misit eos ad ꝑdicādum: Manducate que apponunt̄ vobis. Luc.x.⁊ tñ prius hoc faciebant discipuli:sicut patet Luc.v. Sed propter specialē rationem precepti superuenientem:ne scilicet hoies ꝓpter eorum singularitatē retraherentur ab officio hospitalitatis ⁊ doctrina euāgelij:voluit eis de nouo iniungere. Jta similiter ante q̄ christus mitteret apostolos ad predicandū:erat eis exemplo christi quē sequebantur/interdictum ne portarent pecuniā:ne haberent duas tunicas ⁊c.sed propter specialem rationē precepti occurrentem ⁊ superuenientem/ne scilicet propter eorū questū homines a veritate euangelij retraherentur:⁊ ne temporalibus spiritualia crederemur esse venalia:ad maiorem expressionē precepti ⁊ informationē ⁊ exemplū posteris dandum/q: non solū propter illos sed etiā ꝓpter nos illa gesta ⁊ scripta sunt:voluit christus tunc actu ⁊ immediate eis precipere ne talia facerent. Et ꝙ ante predicationē fuerint apl'is talia interdicta/patet:q: nō minꝰ apl'i in vltima sua vocatione omnia reliq̄rūt:q̄ ille iuuenis cui christus dixit. Matthei.xix. Mar.x.⁊ Luc.xviij. Vende oia que habes:⁊ da pauperibꝰ ⁊ veni:sequere me.reliquisset si christi consiliū seruasset.sed ille si cōsilium christi seruasset:non debebat sibi pecuniā aliquam retinere:sed omnē pecuniam quā habebat vel habere poterat/debebat pauperibꝰ dare:ergo nec apostoli in vltima sua vocatione pecuniam aliquā sibi retinuerunt:quū vltima vocatio apostolorum non fuerit imperfectior vocatione illius iuuenis. Quibꝰ aūt non licet ꝓpriam pecuniā retinere:eisdē non licet ꝓpriam pecuniam portare:nec cōmuniter deferre.ergo apostoli ante q̄ mitterentur ad predicandū:non portabant pecuniam ꝓpriam:nec portabant pecuniā cōmunitatis:q: quod non licebat ad cōmunitatem ipsorum deferre:non licebat in eorum cōmunitate deferre: sed vocato ad cōmunitatem ipsorū non licebat aliquā pecuniā afferre. Similiter Mattheus relictis omnibus secutus est christum. Mat.ix.⁊ Luce.v.⁊ per consequens nullam pecuniam attulit eorum cōmunitati:quū vocatio omniū apostolorum par fuerit ⁊ equalis quantū ad rerum temporalium cōtemptum:ergo nec in eorum cōmunitate cōmuniter licebat pecunias deferre. Nec legitur de aliq̄ apostolo ante q̄ mitterentur ad predicandum ꝙ pecuniā aliquam attulerit eorū cōmunitati.nec etiam ꝙ pecuniam aliquam portauerit secum:⁊ ideo nō est eis imponendū.

¶ Aliud

dicis dicūt se in cōmuni ꝓprietatē ⁊ dñium retinere/⁊ suf
ficientiā possessionū in cōmuni vnde viuere possint absq̧
mendicitate: a se ex eorū statu asserunt abdicare/maxime
quū habere in aliquib⁹ rebus ꝓprietatē ⁊ dñium introdu
ctum de iure gentiū vel ciuili nō sit ad vitam humanā ne
cessarium. Nihil est em̄ ad vitam humanā necessariū con
seruandam nisi vsus rerum.Et ideo preter vsum nihil in
rebus querendum est: vt superius est probatum. Si em̄
dominiū et proprietates domorū et librorū et vestimēto
rū ⁊ pecuniarū: ex quibus huiusmodi necessaria acquirū
tur: foret necessarium ad vitā humanam conseruandam:
sicut nullus in speciali potest licite renūtiare his sine qui
bus nō cōseruatur esse nature: sic nec in speciali/nec in cō
muni posset renūtiari dñio ⁊ ꝓprietati talium rerū neces
sariarū. Retinere etiā in cōmuni dñia ⁊ ꝓprietates in re
bus/ita videt̄ inducere solicitudinē suo modo/et animū
ad auaritiam implicare: sicut retentio dominij ⁊ ꝓprieta
tis in singularib⁹ inducit. Sicut em̄ ex eo ꝙ quis dicit/hoc
meum propriū/hoc tuum ꝓprium/inducit litigium inter
seculares ꝑsonas: ita ex eo ꝙ vnum collegiū qd̄ vicem ob
tinet singularis ꝑsone: vt dictū est: hoc meū dicit/hoc tuū
insurgunt litigia ⁊ cōtentiones inter collegia ⁊ cōmunita
tes: q̄ a charitate plurimū distrahūt sicut experientia ma
nifestat. Preterea ecclesia vniuersalis frequēter determi
nauit ꝙ abdicatio ꝓprietatis ⁊ dñij omniū rerū tā in spe
ciali ꝙ̄ in cōmuni: quā fratres minores profitent̄: sub ꝑfe
ctione euangelica arctius etiā ꝯtinet̄: ⁊ damnat cōtrariū
asserentes: vt in preallegata cōstitutione dñi Alexan.iiij.
Non sine multa cordis amaritudine. cōtinet̄: quā dict⁹ do
ctor nō potuit ignorare: et ideo nullatenus est dicendū
ꝙ ꝯtra ꝯstitutionē definitionē ⁊ determinationē eccl̄ie di
cere voluerit/ꝙ abdicare ꝓprietates et dñia rerū oim tā
in speciali ꝙ̄ in cōi/nō cōtineat̄ sub ꝑfectiōe euangelica: ⁊
ꝑ ꝯsequēs a determinatiōe eccl̄ie deuiare/⁊ seipm̄ ꝓpria
voce dānare: ⁊ sibi cōtrarius esse: ⁊ ꝑ cōsequens minime
audiendus. C.de muneribus.l.ꝓfessio.li.x.lxxiiij.di.gesta.
xxiiij.q.vij.qd̄ autē.⁊ ex̄ de ap.solicitudinē. Sed et si cōtra
ecclesiā diceret stabit̄ determinationi eccl̄ie ⁊ nō sibi etsi
maior Augustino fuisset.xx.dist.c.j.Et ꝑdicta semꝑ intelli
gant̄ saluo iudicio meliori ⁊ sub correctione dñi pape/et
sedis eius.

An asserere ꝙ christ⁹ et apostoli non habuerunt aliq̄d in cōi sit hereticū.

¶Articulus.lx. A

Ex premissis patet
aliq̄liter/q̄d tenendū sit in q̄stione q̄ mo
ta fuit tp̄e dñi pape Joā.xxij. vtrū assere
re ꝙ christ⁹ ⁊ ap̄li nō habuerūt aliq̄d in
cōi sit hereticū. In qua insuꝑ questione
primo explicandus est titulus et intellectus q̄stionis. Nā
non querit̄ de christo inquātum deus: q: hoc mō/dñi est
terra ⁊ plenitudo ei⁹. vt in ps̄. dicit̄. xxiij. ⁊ lxxxviij. et ex̄ de
deci. tua nobis. §. verū. ⁊ dist. viij. quo iure. sic em̄ loquit̄
Joā.j. Joānes euangelista put exponit papa Leo in ser
mone de circūcisione dñi. In ꝓpria inquit venit: ⁊ sui eū
nō receperūt. et in ps̄. xlix. Si esuriero non dicā tibi: meus
est em̄ orbis terre et plenitudo eius. Nec etiā intelligitur
ista questio de tp̄e: put christus fuit in etate puerili seu iu
uenili. Nec de apostolis ante ꝙ̄ essent cū christo/⁊ a chri
sto vocati/⁊ ad predicandū missi. nam ante nōdum erant
ap̄li. Ap̄ls em̄ interpretat̄ missus: vt dicit Maxim⁹ in ser
mone de apostolis. ⁊ facit. xxi. dist. in nouo. Sed intelligi
tur de christo ꝑ illo ⁊ ab illo tēpore/quo ipse incepit publi
ce predicare: et ad cōtemptū mundi ⁊ penitētiā hoies in
uitare. Et ap̄los qui fuerunt ꝓpria et p̄ncipalia membra
corporis mystici catholice ecclesie christi/ad statū ꝑfectio
nis vocare. sic habetur Matth. iiij. ꝙ vocauit petrū ⁊ an
dreā fratrē eius/ Jacobū et Joannem fratrē eius: quib⁹
et dixit: Venite post me faciā vos fieri piscatores hoim. ⁊
de apostolis ꝑ illo tp̄e/quo christus eos cōstituit aposto
los illos ad predicandum mittens: ac eis formam perfe
ctionis dans/dicēs Mat. x. Nolite possidere aurum ⁊c.
Luce. x. Nolite portare sacculum neq̧ peram. ⁊ Luce. ix.
Nihil tuleritis in via. ⁊ Mar. vi. Precepit eis ne q̄d tol
lerent in via. Nec etiā pōt intelligi q̄stio de ap̄lis put fue
runt prelati ecclesie militantis cōstituti/et cura animarū
eis cōmissa: quia hmōi ꝑlatio et cura nō fuit eis cōmissa ⁊
tradita ante mortē christi: s3 post mortē et resurrectionē
christi: vt habet̄ expresse et no. l. dist. cōsiderandū. et ex̄ de
elec. significasti. ⁊ no. xxi. dist. in nouo. Sed intelligitur de
ap̄lis pro tēpore in q̄ fuerūt cū christo/⁊ ab eo missi: ⁊ eis
(vt dictū est) imposita forma ꝑfectionis ad hui⁹ seculi cu
piditatē et auaritiā extirpādā. Et ideo signāter in titulo
questionis copulatiue siue cōiunctim dicit̄. Querit̄ vtrū
asserere ꝙ christ⁹ et ap̄li ⁊c. Rursus ad intellectū dicte
questionis/attendendū est ꝙ habere aliq̄d quantum ad
ꝑsentem materiā ꝑtinet: potest intelligi dupliciter. Uno
mō iure dñij vel q̄si/seu ꝓprietatis: vt dictum est in. §. ꝓxi
me pre. Scd̄o dicit̄ q̄s habere quātum ad simplicem facti
vsum/nihil sibi ꝓprietatis vendicans: nec habens in hoc

Habere aliquid.

et hoc modo dicit̄ habere seruus et religiosus vestes et
res quib⁹ vtit̄. ⁊ tunc habere demōstrat potius factum ꝙ̄
ius. ff. de pecu. nec seruus. q: quantū ad ius ciuile attinet:
seru⁹ ꝑ nullo habet̄. ff. de reg. iur. l. qd̄ attinet. Et idem de
religiosis: q̄ quantū ad ius ciuile ꝑtinet ⁊ ad mundū pro
mortuis habent̄: vt. s̄. dixi in. §. prime pre. vel dispensatio
nē: sicut aliq̄n habet religiosus dispensator vel executor
cōstitut⁹ a testatore ad res aliq̄s vel bona vel pecunias
pauperib⁹ vel alijs dispensanda. ex̄ de testa. tua. ⁊ c. Joā
nes. ⁊ c. si religiosus. vi. li. vn̄ et tales executores possunt
agere ꝯtra heredes. C. de epis. et cleri. nulli. Et si null⁹ sit
heres: tn̄ pōt ipe executor totam hereditatē vēdicare: nec
detrahet falcidiā. C. de epis. et cleri. si q̄s. et pre. c. tua. ⁊ c.
Joānes. Si aūt ad alios vsus testator vellet expendi: sic
nullū cōmodū ad executorē ꝑtinere debet. puta/q: minis
ster tm̄ constituitur: tūc non poterit agere. ff. ad trebel. lu
cius. §. meuia. Si vero aliqd̄ cōmodum puta falcidiā. ad
eum voluit pertinere: tunc aget. ff. de le. ij. titulo. x. ꝺm In
nocē. qui sic no. in pre. c. Joānes. Uel quū quis habet res
sibi per aliquem cōmodatas seu depositas seu cōmoda
tas: et tūc in his non habet nec dñium: nec proprietatem:
nec etiam proprie possessionem iuris: quia rei commoda
te et deposite possessionem et dominium retinemus. ff.
commoda. rei commodate. ff. deposi. licet. et no. ex̄ de com
moda. c. vnico. in glos. et deposito. c. ij. in glos. j. in fi. et de
sequestra. possess. et fruc. c. j. glos. in hoc ipsum. Sed aliq̄n
quū possidere accipit̄ largo mō/ꝑ detentione facti: ⁊ hoc
modo dicunt̄ prelati ⁊ depositarij possidere seu hr̄e/put
hr̄e sumitur largo modo pro detinere: vt. s̄. notatum est.
§. proxime pre. Constat autem ex preallegatis/ꝙ questio

presens non potest intelligi de vltimis duob⁹ modis ha-
bendi. Tū q: etsi detinere res de facto: vel vti reb⁹ simpli-
cis facti vsu: aut administrare res dispensare vel ꝑ modū
depositi seu custodie tenere: possit cōpetere plurib⁹ ⁊ sin-
gularib⁹: nō pōt tñ competere collegio siue vniuersitati.
Nā q̄uis in his q̄ sunt iuris seu q̄ spectāt ad ius: heredi-
tas collegium ⁊ vniuersitas vice ꝑsone obtineant. ff. de fi
deius. l. mortuo. ⁊ institu. de stipul. seruo. in pñ. In his tñ
q̄ facti sunt: seu in quibus factū ꝑsone requirit̄: siue vbi si-
ne certa ꝑsona quid fieri nō pōt: non obtinet collegiū vi-
cem ꝑsone. ff. de acqui. re. do. l. hereditas. Tum q: questio
ꝓposita nō querit absolute vtrū asserere ꝙ christus ⁊ apo
stoli nō habuerūt aliq̄d sit hereticum: sed cū determina-
tione scʒ in cōmuni. Habere autē aliq̄d ꝓprie in cōmuni
intelligit̄ put distinguitur ab habere ius in speciali. vsus
aūt facti rerū vtibiliū: etsi sit cōmunis: vt. xij. q. j. c. ij. non
pōt tñ ꝓprie dici ꝙ habeat̄ ab aliquibus in communi. Fa
tuum etiam magis q̄ hereticum foret asserere ꝙ apli nō
habuissent vsuʒ rerū necessariarū ad vitā humanā: quūʒ
dicit sepe dicta decreta. exiit q̄ seminat. in. §. porro. nulla
prorsus possit esse ꝓfessio q̄ a se vsum necessarie sustenta
tionis excludat. Et ideo verba predicte questionis quū
dicit̄ ꝙ christus ⁊ apostoli nō habuerūt aliq̄d in cōmuni
accipienda sunt ſm illum sensum q̄ questioni de qua agit̄
aptior est. ff. de reg. iur. l. quotiens idem sermo. ⁊ prout su
mit̄ in prima significatione que est cum effectu haberi in
cōmuni quoad ꝓprietatē siue dñium vel ius agendi seu
excipiēdi: vt. l. pre. stipulatio ista. §. habere. et de ꝟ. signi. l.
habere. ⁊ l. bonorū. §. in bonis. ⁊ de acqui. re. do. l. rem in
bonis. et sic qui actionē habet: rē habere videt̄. ff. de reg.
iur. qui actionem. Sic ⁊ cui nō cōpetit actio: nec exceptio
ꝓ re petenda vel defendenda: nō dicit̄ ꝓprie ⁊ ꝑfecte ſm
iura ciuilia rem habere. ¶ Preterea quū de facto dñi pa
pe Ioā. s. ex suspensione sentētie excōmunicationis ꝓlate
in dicta decre. exiit cōtente: ⁊ ex his q̄ dicta sunt in cōsisto
rio de intentione ipsius dñi pape Ioā. qui dictam propo
suit questionē pateat videlicet ꝙ intentionis ei⁹ est ⁊ fuit
querere vtrū asserere ꝙ christus ⁊ apostoli nō habuerūt
aliq̄d in cōmuni ꝑ modū dñij et ꝓprietatis sine iure sit he
reticū. Et intentio ꝓponentis sit spectanda. ff. de ꝟ. signi.
ne pos. ex̄ de preben. c. si. ⁊ ex̄ de ꝟ. signi. intelligentia. seq̄
tur ꝙ sub huiusmodi intellectu ꝟba dicte questionis sunt
accipiēda. ¶ His premissis circa dicte questionis euiden
tiā ad ipsam questionem cum correctione ecclesie Roma
ne et capitis eius domini pape ⁊c.

B

Asserere ꝙ christus et apli non habuerīt aliq̄d in speciali vel i cōi ꝑ modū dñij vel ꝓprietatis non est hereticum.

Respondeo ꝙ nō est hereticum asserere ꝙ christus ⁊ apli nō ha
buerūt aliq̄d in speciali vel in cōmuni per
modum dñij vel ꝓprietatis: vt superius de-
claraui. qḋ euidenter ꝓbatur rationib⁹ ⁊ iurib⁹. j. scriptis.
¶ Prima ratio est: certū est ꝙ asserere de vita christi ⁊ do
ctrina qḋ scā Romana catholica ⁊ aplica asserit definit
et sentit eccla: nō est hereticū: sʒ catholicū et fidele. hoc
ꝓbatur. xxiiij. q. j. hec est fides. c. alienus. c. omnis qui rece
dit. ⁊ c. qm̄ vetus. ⁊ xx. dist. de libellis. ad fi. xix. dist. nulli
fas est. c. ita dñs. xj. dist. nolite. lxxxj. dist. si qui sunt. in fi. ex̄
de heretic̄. ad abolendā. in textu ⁊ in glos. ord. ⁊ Ostie. in
apparatu. ex̄ de heretic̄. c. firmissime. ⁊ in summa. e. ti. ple-
ne no. et ex̄ de sum. tri. c. j. ⁊ c. ij. cum fi. Et hoc ideo: q: eccle
sia romana a tramite traditionis aplice veritatis nūq̄ er
rauit nec errare pōt. xxiiij. q. j. a recta. ⁊ c. pudenda. in fi. et
pre. c. hoc est. Nā christus in euāgelio Luc. xxij. dixit petro
in ꝑsona ecclesie: Ego aūt rogaui ꝓ te vt nō deficiat fides
tua. xxj. dist. §. j. et peni. dist. ij. si ein. vltra duas colum. ꝟ. et
ipse dñs. cuius orationē cōstat esse exauditā. ad Heb. v. ⁊
Ioan. xj. Et qui aliter scripturam sacram intelligit q̄ do
cet Romana ecclesia que a spū sancto regitur: et nemo ex
tra eam spiritūsanctum recipit. xxiiij. q. j. audiuimus. here
ticus appellari potest etiam si in ecclesia sit corpore. xxiiij.

q. iij. heresis. immo in his maioris authoritatis est deter-
minatio ecclesie q̄ cuiuslibet alterius sancti. vnde Aug⁹
contra epistolam Fortunati circa principium dicit. Ego
euangelio non crederem: nisi me ad hoc authoritas eccle
sie cōmoueret. Immo cōcesso pro impossibili ꝙ ecclesia
romana semel in fide errauerit: siue falsum dixerit: sequi-
tur ꝙ in ea nulla remanet authoritas. ix. dist. si ad scriptu-
ras. Non enim dei vicarius destruet: sed cōstruet que sui
predecessores sancte et consulte fecerant: et in quibus le-
ges ecclesiasticas ediderunt. Regnum enim ecclesie diui
sum nō est: q: ipm nūq̄ in veritate desolari cōtinget. xxv.
q. ij. si ea. magna maturitate digesta circa fidei declaratio
nē aut euangelij ꝑ successorem retractāda non sunt. xxxv.
q. ix. sententiam. ibi Non quādo ipsa que bene sunt defini
ta retractare voluerit. et. xv. dist. sicut. vbi de hoc. xxv. q. j.
confidimus. c. que ad perpetuam. vbi de hoc. ⁊ c. sunt qui
dam. c. contra statuta. c. omne. ⁊ c. prima salus. c. generali
ter. c. ideo. c. iustitie. ⁊ q. ij. cum pie. c. quod vero. c. amputa
to. c. ecclesiastice. xix. dist. si romanorū. in prin. c. sic omnes.
c. enimuero. ¶ Item diuersitas personarū romanorum
pōtificū et cardinaliū nō facit ecclesie diuersitatē: q: vna
est ecclesia vetus et noua: q: rota in rota. et succedit eccle-
sia synagoge. xxv. q. j. c. j. al. est. §. hac itaq̄. et turbe q̄ pre-
cedebant ⁊ que sequebant̄ clamabant osanna. Mat. xxj.
Mar. xj. ergo vna sanctio: vnum dogma in sensu et sentē
tia et ratione: etsi aliquando fiat mutatio circa facta mu-
tabilia. ad hec. xvj. dist. habeo. vij. q. j. denique. et in glos. ar.
quod. xxiiij. q. j. loquitur. maxime ibi Episcopatum quoq̄
et ipsum vnum probemus ⁊c. ⁊ j. Episcopatus vnus est.
et c. pudenda. Nam si ea que vnus vel plures papa deter
minat de fide vel fidei adiacentibus vel de declaratione
euangelij: alter reuocat: iā ecclesia nutat: et dubia est cir-
ca fidem ⁊ adiacētia ad fidē: sed hoc dicere error est. xxiij.
dist. in nomine. ar. iiij. q. iij. §. Item in criminali. ꝟ. Item in
testibus. Fides enim et que circa fidem sunt certa sunt et
non dubia. ex̄ de heretic̄. dubius. ⁊ xxiiij. q. j. aperte. ⁊ ar. ff.
de fal. cos. ⁊ ff. de questio. de minore. ⁊ l. ex libero. ex̄ vt ec-
clesiasti. bene. c. vnico. de sum. trini. firmiter. nam si fidei
declaratio variatur: et fides variabitur: et multiplex erit
fides: quod est error: quia vnus deus: vna fides. Ephe.
iiij. xxiiij. q. j. loquitur. ex̄ de sen. excōmunica. c. j. in Clemē.
vna ecclesia vnam fidem declarans. Item si ad articu-
lum fidei pertinet si christus et apostoli habuerunt domi-
nium et proprietatem in rebus an non: ergo semper fue-
rit articulus declaratus: quia non potest fieri nouus arti
culus per papam. vide quod no. s. in prima parte in. §. ad
quē autē. in pñ. in ar. xlv. sed iste articulus declaratus est a
predecessoribus dñi pape Ioā. xxij. maxime a Nicolao. iij.
in decre. exiit. ex̄ de ꝟ. signi. ergo circa eum non videtur ꝙ
alius papa possit contrariū declarare per ea que no. xxv.
q. j. que ad perpetuam. in glos. ex hoc patet. Item si cir-
ca hoc esset dubium resuscitatum: et inter se discordent ro
mani pontifices: videtur ꝙ stari debeat sentētie plurimo
rū. ad hec. xix. dist. in canonicis. xx. dist. de quibus. l. dist. do
mino sancto. in fi. vbi est expressum. lxv. dist. c. j. ex̄ de tem-
po. or. nec episcopi. ex̄ de his que fi. a ma. par. ca. c. vltimo.
Ecclesia autem sacrosancta clare et aperte definit asserit
atq̄ docet ꝙ christus et apostoli non habuerunt aliquid
in communi proprium nec in speciali. Et in contrariū pu-
blice et ex certa sententia docentes seu scripturas aut li-
bellos facientes excommunicationis sententiam ꝓmul-
gauit: que hodie per dominū papā Ioā. predictum est su
spensa: ergo habet̄ ꝓpositum. Itē fere oēs romani ponti
fices q̄ fuerūt a tpe beati Francisci tam de cōsilio ⁊ colle-
gio dñorum cardinalium q̄ illo tēpore fuerūt q̄ etiam in cō-
cilijs generalib⁹ factis postmodum approbauerunt ⁊ cō
firmauerūt regulā et vitam beati Frācisci q̄ est sicut in ea
ꝯtinet̄: scīm euāgeliū obseruare in altissima paupertate.
scʒ nō habēdo aliq̄d ꝓpriū in speciali nec in cōmuni tāq̄
regulā et vitā euāgelicā a christo datā: sicut patʒ in appro

dationibus et confirmationibus dicte regule et vite bea-
ti Francisci/ ꝛ alijs ordinationibus super statum ordinis
fratrū minorꝫ factis ꝑ dños Inno.iij.Honoriū.iij.Greg.
ix.Innoc.iiij.Alexandrū.iiij.Clementem.iiij.Grego.x.in
cōcilio lugdunē̄.Nicolaū.iij.Clementem.v.Et vltimo ꝑ
papā Ioā.xxij.Nicolai declaratio sup statū eorꝫ laudata ꝛ
approbata q̄ incipit/Quorūdam.ꝛ canonizationib⁹ sctōꝝ
francisci/antonij ꝛ lodoici: q̄ huiusmodi vitā ꝛ pauperta
tē tāq̄ a christo ꝛ aplis eos doctā: ꝛ ab ecclesia (vt dictuꝫ
est) tam multipliciter approbatā vouerūt ꝛ seruauerūt.
quē etiam statū altissime paupertatis tāq̄ statum quē ipse-
met tenuit christus ꝛ seruauit miraculose ꝯfirmauit: quū
ipsum beatū Franciscum tāq̄ suum specialē sectatorem
sacrorū vulnerū stigmatib⁹ insigniuit: put ex plurib⁹ cō-
stitutionib⁹ ꝛ statutis ꝑ romanā ecclesiā factis sup predi-
ctis colligitur euidēter. In quib⁹ etiā districte oībus fide
libus christianis p̄cipit̃ et mandat̃/ ꝙ ipsa sacra stigmata
tāq̄ veraciter ipi sancto Frācisco a christo mirabiliter im-
pressa ꝛ ꝓbata per ipsam romanā ecclesiā veneretur.Et si
dicat̃ ꝙ non sequit̃ ꝓ eoipso ꝙ ecclesia romana approba
uit ꝛ cōfirmauit regulā ꝛ vitā bti Frācisci/ꝛ ipsum ꝛ alios
sanctos dicti ordinis canonizauit: ꝙ ꝓpter hoc christ⁹ nō
habuerit aliq̄d in cōmuni et in speciali. Nec ꝙ christus do
cuerit hmōi vitā ꝛ regulā. Respōdet̃ ꝙ immo sequit̃.nam
quū definitio dicte regule ꝑ dictos romanos pōtifices/et
cōcilia gn̄alia (vt dictū est) approbate sit talis/Vita fra-
trū minorū hec est: dñi nostri iesu christi sanctū euangeliū
obseruare/viuēdo in obediētia sine ꝓprio ꝛ in castitate.ꝛ
j.Fratres nihil sibi appropriēt: nec domū: nec locum: nec
aliquā rem. ꝛ in fine dicit̃/sanctū euangelium qd̄ firmiter
ꝓmisimus obseruem⁹.sicq̄ ꝑ dictos dños Greg. ix.q̄ se in
tentionē beati Frācisci in cōdendo regulā cognouisse te-
stat̃: ꝛ Innoc.iiij. ꝛ Alexandrū.iiij. expressissime declara-
tū/ꝙ hmōi expropriatio quā beatus Franciscus promisit
et vouerit ꝓmittēdo euangeliū/viuēdo sine ꝓprio/debet
intelligi ꝛ seruari tā in speciali/q̄ in cōmuni: ꝛ in dicta re
gula hmōi expropriatio vocet̃ celsitudo altissime pauper
tatis.Et quū quis ꝓmittit altissimā paupertatē: illam in-
telligat̃ ꝓmittere q̄ principaleꝫ habet gradū altitudinis.
ita ꝙ nulla altior valeat reperiri.ff.de v.obli.l.vbi aūt nō
apparet.j.respō.Et christus in euangelio docuerit paup-
tatē vt regula et mensura nō possit excedi ab aliquo/cui⁹
ipse christus seu doctrina ei⁹ sit regula: q: si excederet re-
gulam euangelij siue christi: potius esset regula ipsius q̄
ecōuerso: sequit̃ ꝙ si beat⁹ Franciscus vouit ꝛ ꝓmisit euā
gelium viuendo sine ꝓprio in speciali ꝛ in cōmuni: ꝙ ta-
lis fuit doctrina et regula euangelij: ꝛ ꝑ cōsequēs ꝙ chri-
stus nō habuit aliq̄d in speciali nec in cōmuni ꝓprium: q:
qd̄ christus docuit ꝑmo facit. Act.j.facit Mat.v.ibi: Qui
sic fecerit et docuerit. Preterea saltē absq̄ dubio aliq̄ se-
quit̃ ex predictis cōfirmationib⁹ ꝛ canonizationib⁹ sctōꝝ
et cōfirmationib⁹ ꝛ declarationib⁹ regule sancti Frācisci/
ꝙ asserere ꝙ christus et apostoli nō habuerūt aliq̄d in cō
muni/nō est hereticū: quū manifestissimū sit ex dictis ꝛ fa
ctis sanctoꝝ dictorū ꝛ ex eorū legēdis/ꝙ ipsi sancti dictaꝫ
expropriationē in speciali et in cōmuni vouerunt et serua
uerūt tāq̄ expropriationē a christo ꝛ aplis doctā et serua
tam: et ꝙ ipsi sancti hoc asseruerūt. Non autē fuissent san
cti: nec ecclesia eos canonizare debuisset/si hereticum fuis
set/asserere ꝙ christus ꝛ apostoli nō habuerūt aliq̄d in cō
muni.imo si hoc esset hereticū ecclesia errasset eos cano-
nizando qd̄ est erroneuꝫ dicere. Secūdo ꝓbat̃ dicta ꝓpo
sitio euidētissime ꝑ sepe dictā decre. Nico.iij.exiit.ꝑ boni
faciū ei⁹ successorē corpore iure clausaꝫ in titu.de v.signi.
et ꝑ Clemētem.v.approbatā in cōcilio vien̄.in alia cōstitu
tione q̄ incipit/Exiui de paradiso.in ti.de v.signi.ꝛ ꝑ dñm
papā Ioā.xxij.in sua cōstitutione q̄ incipit/Quorūdam.
vt dictū est. In p̄dicta aūt cōstitutione/Exijt.in.§.porro
dicit̃ sic/Porro quū regula ipsa cōtineat/ꝙ fratres nihil
sibi appropriēt: nec domū: nec locū: nec aliquē rem: sicq̄

declaratum per eundē predecessorem nostrum Grego.ix.
et nonnullos alios hoc obseruari debere tam in speciali
q̄ etiam in cōmuni.quā si arctam expropriationem abdi-
cationē venenosis obtrectationib⁹ aliquorum insensata
damnauit astutia: ne fratrum eorūdem perfectionis clari
tas talium imperitis sermonibus laceretur: dicimus ꝙ
abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum tam
in speciali q̄ in cōmuni propter deum meritoria est ꝛ san-
cta: quam et christus viam ꝑfectionis ostendens/verbo
docuit et exēplo firmauit.quamq̄ primi fundatores mili-
tantis ecclesie ꝓut ab ipso fonte hauserant: in volentes
perfecte viuere/per doctrine ac vite ipsorum alueos deri
uarunt. Ex quibus verbis cōstat manifeste/ꝙ christus et
apostoli non habuerunt proprietatem vel dominium ali-
quarum rerum in speciali vel in cōmuni. Alij in eadē de-
cre.demonstrant/ꝙ professio hui⁹ regule et vite fuit a chri
sto et apostolis verbo et exemplo docta et firmata: quum
circa initium ipsius decre.dicitur sic. Hi sunt illius sancte
regule professores: et euangelico fundatur eloquio vite
christi roboratur exemplo: fundatorum militantis eccle-
sie apostolorum eius sermonibus actibusq̄ firmatur. hec
est apud deum et patrem munda et immaculata religio.
Iacobi.j.que descendens a patre luminum per eius filiū
exemplariter et verbaliter apostolis tradita est: et deinū
scilicet per spiritumsanctum beato Francisco et eum se-
quentibus inspirata.hoc est cui attestante Paulo/nemo
debet esse.Gala.vltimo.molestus.quē christus passionis
sue stigmatibus confirmauit/volens institutore ipsi⁹ pas
sionis sue signis notabiliter insigniri. ¶ Deinde in eadē
decretali respondet̃ tribus obiectionibus principalibus
que aduersus dictam conclusionem et determinationem
fieri ab aliquibus potuissent. ¶ Prima talis est: Posset
aliquis dicere domino pape: vos determinando conclu-
ditis ꝙ dicta abdicatio omnium rerum in speciali et in cō
muni est meritoria et sancta.Et pro ratione p̄ncipali hui⁹
conclusionis adducitis ꝙ christus et apostoli eius eam
exemplo et verbo docuerunt: quia non habuerunt aliq̄d
proprij in speciali nec in communi. Et dicitis ꝙ dicte re-
gule professio euangelico fundatur eloquio: vite christi
roboratur exemplo et apostolorum: eius sermonib⁹ acti-
busq̄ firmatur. Sed huic conclusioni et rationi obstare
videtur/ꝙ interdum christus dicitur loculos habuisse: in
quibus pecunia et ea que mittebantur pro victu portabā
tur: et de quibus cibaria emebantur. Ex quo videtur ꝙ
huiusmodi abdicatio et professio non fuerit a christo et
eius apostolis verbo docta: nec exemplo firmata: sed po-
tius eius actio que debet esse. Ioan.xiij.ex̄ de sepul.c.j.no
stra imitatio: fuerit in contrarium. Ad que respondetur
dicto.§.porro.in hec verba: Nec his quisquā putet obsiste
re/ꝙ interdum dicitur christuꝫ loculos habuisse. nam sic-
ut ipse christus cuius perfecta sunt opera. Deutero.xxxij.
in suis actibus viam perfectionis exercuit: ꝙ interduꝫ in-
firmorum imperfectionibus condescendens: et viam ꝑfe
ctionis extolleret: et imperfectorum infirmas semitas nō
dānaret: sic infirmoꝝ personas suscepit in loculis: sicut in
nonnullis alijs infirma humane carnis assumens: pro-
ut euangelica testatur historia: ꝙ non tm̄ carne: sed et mē
te condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam
assumpsit/ꝙ in suis operibus perfectus existens/in no-
stris factus humilis/in proprijs permansit excelsus: sic ꝛ
summe charitatis dignatione ad actus quosdam nostre
imperfectioni conformes inducitur: ꝙ a summe perfectio
nis rectitudine non curuatur.Egit nāq̄ christus ꝛ docuit
perfectionis opera.egit etiam infirma: sicut interdum in
fuga patet: et loculis: sed vtrumq̄ perfecte perfectus exi-
stens/vt perfectis et imperfectis se viam salutis osten-
deret: qui vtrosq̄ saluare venerat: qui tandem mori vo-
luit pro vtrisq̄.hec ibi. ¶ Ex predicta autem determina-
tione et definitione ecclesie eliciuntur tres conclusiones.
¶ Prima ꝙ apostoli huiusmodi abdicationem omnium

rerū tam in speciali ꝙ̄ in cōmuni vouerūt. Quod sic ꝓba-
tur ſm definitionē dicte decre. talem abdicationē oīm re-
rū tam in speciali ꝙ̄ in cōmuni oportet cōcedere fuisse in
apostolis ſm rationē ⁊ cōditionē potissimam ipsius abdi-
cationis, qualē ponimus fuisse in beato frācisco. qḋ patet
quū ipsa decre. expresse dicat, ꝙ abdicationē illā quā ha-
buit beatꝰ frācis̄cus: apostoli hauserāt a christo ⁊ in alios
deriuarūt. Cōstat autē ꝙ in abdicatione oīm rerū in spe-
ciali et in cōmuni: quā fecit beatus franciscus vna cōditio
et potior fuit votum ⁊ ꝓmissio illius abdicationis. qḋ cō-
firmatur: quia cōditio potior abdicationis temporalium
non attendit̄ ſm actum exteriorē: qui est relinquere siue
abiicere de facto res tēporales: ſʒ ꝑncipaliter attēdit̄ ſm
actū interiorē, qui est nolle habere res tꝑales: ⁊ eis velle
carere ꝓpter deum. Et isto actu ꝑncipaliter censet̄ abdi-
catio meritoria. abdicare aūt tꝑalia ⁊ eis velle carere sic,
ꝙ in potestate sua sit licite velle ⁊ posse habere res tꝑales
quū sibi placuerit: est alterꝰ rationis, ꝙ̄ abdicare ꝓpter
votum ⁊ ꝓmissionē sic, ꝙ nunꝙ̄ eas liceat habere nec vel-
le habere: q: illa que fit ex voto est maioris meriti, ꝙ̄ illa
que fit ex simplici proposito: vt supra longe probaui in. §.
Item ꝙ simplex facti vsus. ꝟ. qḋ etiam sic ꝓbat̄. in ar. lvi.
ergo si apostoli habuerunt illam abdicationē quā habuit
beatus Franciscus: quā innuit decre. ⁊ beatus Frāciscus
habuit eā ex voto: sequit̄ ꝙ ⁊ apostoli eā habuerūt ex vo-
to: alias apl̄i nō deriuassent illam abdicationē in beatum
Fran. seu alios volentes perfecte viuere: nec ipse beatus
Franciscus talem abdicationē ex voto habuisset ab apo-
stolis deriuatam. cuiꝰ oppositū asserit decre. Qꝛ aūt apo-
stoli habuerūt illā abdicationē ex voto: ꝓbatur ꝑ Augu-
stinū in li. de mirabilibus scripture in fine. iii. libri vbi lo-
quēs de verbo qḋ dixit petrus Act. iii. paralytico: dicit sic.
In eleemosyne inq̄t excusatione ⁊ paupertatis ꝓfessione,
dixit paralytico, surge ⁊ ambula. magistri preceptū ser-
uās dicentis Mat. x. Nolite possidere aurū ⁊c. Nota ꝙ
dixit paupertatis professio. Nouerāt eñ apostoli, ꝙ ea que
ex voto fiunt: sunt maioris meriti: ꝙ̄ ea q̄ fiunt ex simplici
ꝓposito seu ꝓpria voluntate. et Aug. vii. li. de ciui. dei. c.
x. loquēs de apl̄is dicit sic Mat. xix. Mar. x. Luce. xviii. di-
xerūt inquit illi potētes. Ecce nos dimisimus oīa ⁊ secuti
sumus te. Hoc votum potentissime vouerant. Sed vnde
hoc votum illis: nisi ab illo de quo dictum est dans votū
vouenti. Nō eñ posset quisꝙ̄ domino vouere: nisi ab illo
acciperet ꝙ voueret. hec Augꝰ. Item glos. sup illud quod
dicitur in ps. lxxv. vouete et reddite. primū ad consilium:
scḋm ad imperiū refertur. sed sacra scriptura nunꝙ̄ dat cō-
silium nisi de meliori bono. xiiii. q. i. quisquis. ergo melius
est bonum quod fit ex voto ꝙ̄ sine voto: quia bonum addi-
tum bono est maius bonum ꝙ̄ alterum tm̄: sed votum est
bonum vnde consulitur: ergo melius et magis merito-
rium est facere bonum ex voto ꝙ̄ sine voto. vnde Augꝰ.
super illud ps. lxxxi. votum vouit deo Jacob. Nihil in-
quam deo gratius offerre possumus ꝙ̄ vouere quod est
firme promittere. hec Augꝰ. Et idem Augustinus in epi-
stola ad Armentarium, qui votum fecerat continentie.
Si fidem deo fregeris (quod absit) tanto miserior eris
quāto beatior si persolueris. Ex quo sequitur ꝙ peior est
operatio mali que fit cōtra votum: ꝙ̄ illa que non fit cō-
tra votum. op. ar. xii. q. i. nolo. ⁊. c. scimus. Sic ⁊ melior est
operatio boni cum voto ꝙ̄ sine voto. quod latius ꝑ An-
sel. supra longe probaui in. §. Item ꝙ simplex facti vsus.
ꝟ. quod etiam sic probat̄. in arti. lvi. Vera est ergo dicta
conclusio, ꝙ apostoli dictam expropriationem omnium
rerum in speciali et in commum habuerunt ex voto. Et
quod ex dicte decreta. extit, ⁊ aliis predictis auctoritati-
bus cōprobatur. ¶ Secunda conclusio que ex definitio-
ne dicte decreta. elicitur, est ꝙ christus et apostoli postꝙ̄
statum perfectionis et paupertatis euangelice assumpse-
runt: nusꝙ̄ habuerunt proprietatem et dominium alicuiꝰ
rei tēporalis: nec aliquā rem tāꝙ̄ domini et proprietarii

possederunt. Et ꝙ loculos quos interdum habuisse infir-
mis condescendo dicuntur: habuerunt solum vt dispen-
satores et administratores pauperum: non vt proprieta-
rii seu dn̄i. qḋ ex verbis dicte decre. ⁊ multis auctoritatibꝰ
rōnibꝰ et iuribꝰ cōprobat̄. Ex decre. ꝓbat̄ q: cōclusio ꝑnci-
palis ⁊ ꝑncipaliter intēta in dicta definitiōe i dicta decre.
est, ꝙ abdicatio omnium rerū tam in speciali ꝙ̄ in cōmu-
ni: quam vouit beatus Frāciscus: est meritoria et sancta:
quam christus ⁊ apostoli verbo docuerunt et exemplo fir-
marunt: et in volentes perfecte viuere: deriuarunt. Dein-
de ab ipsa conclusione remouet siue excludit instantiam
que fiebat de loculis dicens. Nec his quispiam putet ob-
sistere, ꝙ interdum dicitur christum loculos habuisse. ex-
dicte autem obiectionis siue instantie solutio non infrin-
git in aliquo principalem conclusionem. ex̄ de transla. epi-
scopi. inter corporalia. vbi ponitur cōclusio principalis, ꝙ
electus et confirmatus non potest sine romanorū ponti-
ficum licentia ecclesiam derelinquere: quia post electio-
nem et confirmationem canonicam inter personas eligē-
tium et electi cōiugium est spirituale contractum. Deinde
opponitur instantia que ponitur cōtra dictam cōclusio-
nem de canone, in quo legitur, ꝙ si vltra sex menses per
suam negligentiam tenuerit ecclesiam viduatam: nec ibi
nec alibi donum cōsecrationis accipiat: imo metropolita-
ni sui cedat iudicio. et dicit ꝙ hec obiectio siue instantia
dictam conclusionem non infringit etiam per illud quod
in dicto canone dicitur: vt non intelligatur ecclesia vidua-
ta tāꝙ̄ sponsum non habens: licet quoad quedam quasi
viri maneat solatio destituta. vnde ipsa conclusio in sua
primitate persistit: Sic ⁊ in proposito licet dicatur aliquā-
do christum loculos habuisse: non propter hoc infringit̄
dicta cōclusio supradicte abdicationis omnium rerum in
speciali ⁊ in cōmuni: sed in sua firmitate persistit. quod cō-
firmatur per illud quod subiicitur: quum dicitur ꝙ sic ha-
buit loculos: sicut aliqñ fugit, infirmorum scʒ imperfectio-
nibus condescendens: et tamen semper perfecte perfectꝰ
existens, perfectis et imperfectis se viam salutis ostēdit.
Ad quorū verborū intelligentiam attendendum est, ꝙ
sicut in fuga infirmorum duo actus considerantur scilicet
actus exterior: idest recessus a persequentibꝰ: ⁊ actus in-
terior: qui est timor: sic ⁊ in loculis infirmorū: siue in his ꝙ̄
ab infirmis habentur in cōmuni, duo actus considerātur.
vnus est exterior: scilicet loculos portare: et res que habē-
tur in loculis siue in cōmuni dispensare siue contrectare.
Alius est actꝰ interior: scʒ velle habere ea in dominio spe-
ciali vel cum suo speciali collegio participato: et eas iure
talis dominii possidere et contrectare. igitur sicut manife-
stum est christum non ꝯdescendisse infirmis in fuga quo-
ad actum interiorem, scilicet quantum ad timorem. scie-
bat eñ vt dicit euangelista Joan. vii. viii. ⁊. x. quando fu-
git: ꝙ nondum venerat hora eius. Oppositum docuit di-
cens, Nolite timere eos qui occidunt corpus. Matth. x.
Luce. xii. xi. q. iii. nolite. vnde in eodem. c. Matth. x. super
verbo, fugite in aliam, ait Hierony. Hoc ad illud tempus
referendum est quum apostoli ad predicationem mitte-
bantur: quibus proprie dictum est Matth. x. In viam gē-
tium ne abieritis. ꝙ persecutionem timere non debeant:
sed declinare. quod quidem videmus in principio fecisse
credentes quādo orta hierosolymis ꝑsecutione, dispersi
sunt in vniuersam iudeam: vt tribulationis occasio fieret
euangelii seminarium. Item ibi Augustinus contra Fau-
stum: Nec tamen saluator non potuit tueri discipulos
suos quibus fugere precepit: et huius rei exemplum pre-
buit: sed instruebat hominis infirmitatem: ne deum tēta-
re audeat, quādo habet quid faciat. vt quod cauere opor-
tet: euadat. Et ad hoc est optimum ar. de Paulo: qui de-
poni se fecit in sporta per murum damasci. ii. Cor. xi. qui
non ex timore mortis fugit. qui paratus erat pro christo
mori: sed vt alibi maiorem fructum faceret: vt dicit Greg.
in dialogo. et trāsfertur. vii. q. i. c. vltimo. Petiit enī Pau-
lus milites a

lus milites a tribuno. Actuū.xxiij.nō timore mortis: nec sue voluntati: sed omnium vtilitati victurus. xxiij.q.iij.§. Item ab aliis cū.c.seq. christus autē si timuisset: tunc imperfectus fuisset. perfecta enim charitas foras mittit timorem. j.Jo.iiij. ⁊.xxiij.q.vj.§.ex his. Pauorem aūt ⁊ timorē mortis naturalem habuit: vn̄ incepit tedere ⁊ pauere. Marci.xiiij. vbi Theophilus. Quia enim totū assumpserat hominē: assumpsit ⁊ naturales hoīs proprietates/ pauere et tedere ⁊ contristari naturaliter. Nam hoīes naturaliter inuiti tendunt ad mortē. ⁊ Beda ibi. Qui corpus suscepit: oīa debuit suscipere que corporis sunt/ vt esuriret sitiret angeretur cōtristaretur. diuinitas enim per hos conmutari nescit affectus. Et de hoc etiam no.xj.q.iij.nō solum.in glos.nō remouet. Cōcedit ergo christus fugam infirmis quātum ad actum exteriorē scz a persequentibus recedendo: non perfectis interius corde timendo. Sic ⁊ in loculis dicendū est/ q̄ licet christus quātum ad actum exteriorez in loculis deferendis cōtrectandis ⁊ dispensandis his q̄ ibidem reponebantur: cōdescenderet infirmis: vt.xij.q.j. habebat. nō tamen quātum ad volendum sibi vel collegio apostolorū appropriare seu appropriando dn̄iū loculorum vel eorum que in loculis portabantur. nā hoc nō fuit cōgruū sue potestati nec bonitati: quia quū de iure naturali ⁊ diuino omniū rerum spectantium ad vitam humanā cōmunis vsus esse debeat oībus hoībus. ⁊ per iniquitatem factum sit vt dicam hoc meū hoc tuū: vt habet.xij.q.j.c.ij. ⁊.viij.di.§.j.cum.c.seq. et ipse christus venerit ad docendum perfectissime omniū terrenorum contēptum. Mat.xix. ⁊ vitam quietissimā. Matth.xj. ⁊.v. ⁊ ad omnem materiam solicitudinis temporaliū perfecte euangeliū sequi volentibus amputandam. Matth.vj. ⁊ ad statū innocētie reuocandum. ps.xxiiij. Innocentes ⁊ recti adheserūt mihi ⁊c. Si christus sibi aut suo collegio speciali apostolorum dn̄io ⁊ possessiōes temporaliū rerū appropriasset: sequeretur q̄ nec terrenorum contemptum: nec vitam quietissimā: q̄ tollit materiā litigādi: q̄ surgit ex rerū appropriatione perfectissime docuisset. nec omnē materiā solicitudinis a suis aplīs ⁊ discipulis spālibus sectatorib9 amputasset: nec statū innocentie renouasset. Preterea si christ9 dn̄ium ⁊ proprietatē loculorum/ ⁊ eorum que in loculis ferebantur/ habuisset: nō dixisset nec dicere potuisset dicta decre. Nec his quisq̄ putat obsistere/ q̄ interdū dicit christū loculos habuisse. quia exceptio que veritatis fit a regula: qm̄ ad ipsam exceptionē viciat siue falsificat ipsam regulam: ⁊ per cōsequēs in hoc ipsi regule obuiat. ff.de reg.iur. l.j. Preterea. vt.s.ꝶ. ex predicta.cum sꝗ. se. probatum est: apostoli de ista expropriatione in speciali votū fecerunt. vn̄ postmoduz nullo tēpore fuerunt capaces alicui9 dn̄ij siue proprietatis: q2 votū expropriationis hmōi/ qđ est nec habere: nec velle dn̄ium in cōmuni vel in speciali: quū sit negatiuū: obligat semper ⁊ ad semper sm̄ theologos. ⁊ si sibi in proprio vel cōmuni post emissuz votū/ appropriassent inde aliquid/ mortaliter peccasset. ex̄ de sta.mona.c.ij.§.q̄ꝺo. ⁊.c.sup quodam. Et sic patet primū videlicet q̄ ex diffinitione ⁊ verbis dicte decre. christus ⁊ apostoli non habuerunt aliquid in loculis nec in aliis aliquibus reb9 dominiū in speciali nec etiam in cōmuni. Per authoritates etiam sanctorum hoc probatur: vt etiam dixi supra longe in §.porro. ⁊ in primis chartis. in ar.lv. vn̄ super illud Mat.xvij.c. vade ad mare ⁊c. dicit glos. Domin9 tante paupertatis fuit: vt vnde tributa solueret nō haberet. Judas quidem in loculis cōmunia habebat: sed res pauperum in vsus suos cōuertere nefas duxit. idipm̄ dans nobis exēplum. Et Chrysostomus super Joānem homil.lxxj. super illud Jo.xiij. Aut egenis aliquid daret. dicit sic: Qualiter inquit nō peram: non virgam: non es iubens deferre marsupiū habebat. Et respondens subdit: ad inopū ministerium: vt discas quoniā valde pauperem ⁊ crucifixū huius oportet perfectionis multam facere procurationem. multa enim ad nostram dispensans doctrinam hec agebat. Ad idem.xij.q.j.habebat. Habebat domin9 loculos ⁊ a fidelibus oblata conseruans: ⁊ suorum necessitatibus: ⁊ aliis indigentibus tribuebat. tunc primū ecclesiastice pecunie forma est instituta. hec ibi. Forma aūt ecclesiastice pecunie instituta in loculis est: quā ponit Prosper i libro de vita contemplatiua/ sic dicens: Scientes viri sancti nihil aliud esse omnes res ecclesie: nisi vota fideliū/ ⁊ precia peccatorum/ ⁊ patrimonia pauperum: non eas vendicauerūt in vsus suos: vt proprias/ sed vt cōmendatas pauperibus erogauerunt. Et idem dicit Aug. in authoritate superius circa questionis articulum allegata: posita.xxiij.q.vij. q̄ autem. ⁊ in aliis iuribus ibidē allegatis. Ex quibus ⁊ aliis causa breuitatis omissis clare patet q̄ christ9 ⁊ apostoli nō habuerunt dominiū nec proprietatē loculorum nec eorum que a fidelibus offerebantur: sed solum dispensationem/ administrationē/ ⁊ procurationem pro necessitatibus suis ⁊ aliorum indigentiū. ⁊ hoc idem expresse asserit Aug. sup ps.ciij. qui incipit. Benedic anima mea dn̄o. in verbis illis/ Producēs fenū iumentis. sic dicēs. Habuit dn̄s loculos in vsus eorū qui cum eo erant ⁊ suos: ⁊ religiosas mulieres in comitatu que ministrabant ei de substantia sua: in his personam infirmorum magis suscipiēs. preuidit enim multos futuros ⁊ ista quesituros. Futurus erat Paulus nihil tale aliquādo querens: ⁊ omnia prouincialibus donans: qui etiaz mori optat Actuū.xxij. pro christo. Sed quia multi infirmi ista quesituri erant: magis infirmorum personam suscepit. sublimius tamen egit christus: quia misericordius. hec ibi. Item idem Augu. de opere monachorum aliquātulum post principium dicit sic. Dn̄s more misericordie sue infirmitatibus compatiens/ quum ei possent angeli ministrare: loculos habebat in quib9 mitteretur pecunia que offerebatur vtiq̄ a bonis fidelibus eorum victui necessaria: quos loculos Jude cōmendauit. hec ibi. Ex quib9 patet clarissime q̄ nec christus nec apostoli habuerunt loculos/ nisi quātum ad dispensationem ⁊ administrationē condescendendo infirmis: ⁊ nō quantum ad dominiū nec proprietatem. Et vocant infirmi: qui timore erūnē talia requirunt: ⁊ sibi appropriant. vt.s. q̄bus licet condescenderit quātum ad actum exteriorē: scz habendo loculos: vt dictum est supra. ꝶ. ad quorum non tn̄ quātum ad actum interiorem: scz timorē ⁊ appropriationem. Quod autem christus ⁊ apostoli postq̄ dictum statum perfectionis ⁊ paupertatis assumpserunt: nusq̄ aliquas in speciali nec in cōmuni per modum proprietatis ⁊ dn̄ij res possederunt: patet ex dictis euangelij ⁊ sanctorum exponentium ea. Nam Matth.x. post vocationem apostolorum eis vitam perfectionis tradēs sic dicit. Nolite possidere aurum/ neq̄ argentuz/ neq̄ pecuniā in zonis/ neq̄ peram in via ⁊c. quod exponens Rabanus in originali dicit sic. Consequenter hoc precepit euangelizatoribus veritatis: quibus ante dixerat/ Gratis accepistis: gratis date. si enim sic predicant vt precium nō accipiant: superflua est auri ⁊ argenti nummorumq̄ possessio. Nam si habuissent aurum ⁊ argentum: viderentur non tam salutis hominū q̄ lucri causa predicare. Ideoq̄ subiūgit. Quia diuitias detrūcauerat: propemodum vite necessaria amputat. vt apostoli vere doctores religiōis/ qui docebāt oīa gubernari dei prouidentia: seipsos ostenderent nihil cogitare de crastino. ⁊ parum post. Hec loquebatur apostolis: vt securi non possiderent: neq̄ portarent huic vite necessaria nec magna nec minima. hec Raba. Alia multa originalia sanctorum loquentia de hoc.s.in.§.porro. in ar.lv. in isto tractatu posui que nō repeto hic. Ex quibus patet q̄ apostoli fuerūt pauperes in summa ⁊ altissima paupertate: qua/ vt dictum est/ altior dari nō potest: que est/ nec habere in proprio nec in cōmuni. Certum enim est q̄ si potuissent in cōmuni suo collegio dominia ⁊ possessiones rerum appropriare: potuissent etiam per consequens aurum ⁊ argentum in cōmuni possidere. ⁊ si in cōmuni eorum collegio potuissent hec recipere ⁊ possidere:

frustra dixissent sancti ꝙ christus eis prohibuit ista possidere: ne viderentur causa lucri predicare. quū ita posset cogitari ꝙ predicarent ⁊ questum facerent ꝓpter diuitias acquirendas eoꝝ collegio: sicut pro lucro singularis ꝑsone ⁊ frustra dicerēt sancti ꝙ per hoc christus apostolos exuit ab omni vite huius solicitudine. quū ita posset esse materia solicitudinis pro acquirendo singulari collegio: sicut ꝓ singulari persona. Et irrationabiliter fuisset eis interdictū ne quid in via tollerent: ⁊ ne sacculū neqꝫ peram nec es in zonis portarent: ⁊ per cōsequens ne reciperent aurum ⁊ argentum ⁊ pecunias: immo potius debuisset eis concedi vt ista reciperent ⁊ portarent ad seruanda ⁊ possidenda ⁊ in cōmuni dominio habēda. Preterea si habere potuissent dñia ⁊ possessiones in cōmuni nō distingueret abdicatio apostolorum ab abdicatione quā faciebat turba q̄ sequebatur apostolos: nec ab abdicatione cenobitarum habentium dñia ⁊ possessiones in cōmuni: quā tamen distinctionē sancti faciūt. vnde glos. Bede super illud Actuū. iiij. Multitudinis credentium ⁊c. dicit sic. Discernit ordinem doctorum ⁊ auditoꝝ. Nā multitudo rebus scriptis copula charitatis inuicē iungebatur. apostoli vero virtute fulgentes mysteria christi pandebant. hec ibi. Ex quo patet ꝙ illa rerum cōmunitas erat turbe: non apostoloꝝ. Nec huic repugnat ꝙ statim sequitur: ante pedes ipsoꝝ pecuniam fuisse positam. quia hoc fiebat vt docerent pecunias esse calcandas. vt dicit Hieronym⁹ ad Demetriadem. Hec etiam forma tradita fuit monastice seu cenobite vite. vnde glos. Bede super illud Actuū. iiij. Multitudinis credentiuꝫ, dicit sic. Qui sic viuūt vt sint cōmunia omnia, cenobite vocant. que vita tanto est felicior: quāto statum futuri seculi imitatur: vbi omnia cōmunia. Vel certe vt se ⁊ sua apostolice dispositioni cōmitterent sicut docet Ambro. super epistolam ad Coꝝ. Hanc tamen rerum dispositionē maluerunt cōmittere alijs: sicut in actibus legitur. Actuum. vi. consequēter. Non est bonū nos derelinquere verbū dei: ⁊ ministrare mensis. Quod quidem dixerunt vt ministerij refugerēt distractionē: non quia per illud aliquid possederunt: vt patet in authoritatibus supra allegatis. Ex quibus constat ꝙ sancti doctores ecclesie distinguunt inter abdicationem apostolorum, ⁊ eorū qui conuertebantur per eos cenobitarum. que quidem distinctio nulla esset: si concessum fuisset apostolis aurum ⁊ argentū in cōmuni habere. Et ideo preceptum datum apostolis de non possidendo aurum nec argētum nec pecunias, intelligi debet prout stare potest pro suis suppositis distributiue et etiam collectiue: interdicendo nō solum cuilibet singulari, sed etiam toti collegio apostolorum possessionem huiusmodi. Et ideo dicit Petrus vice omniū apostolorum, Ecce nos reliquimus omnia. Matth. xix. ⁊ qui dixit oia nihil excepit. ex de maio. ⁊ obedi. solite. i. Coꝝ. xv. Heb. ij. ff. de auro ⁊ argen. leg. l. plancius. ⁊ sic omnia tam in speciali q̄ in cōmuni conclusit. Quod autem christus hanc paupertatis formam in seipso seruauerit quā apostolis seruandam mandauit: probatum est longe. s. in. §. porro. in ar. lv. per authoritates Chrysosto. super Matth. homil. xxij. ⁊ per glos. super illud. Vulpes foueas habent, ⁊ alias. Quod si forte dicat quis christum habuisse hospitiū non cōmune: obuiat illud Chrysosto. in sermone de proditione Jude vbi dicit. Quos preciosorum delectat pompa marmorum cognoscant christum dominū omniū ⁊ locū in quo caput reclinaret non habuisse. Et ideo discipuli ipsum interrogant et dicunt: Ubi vis paremus tibi comedere pascha? Matth. xxvi. Marci. xiiij. Luce. xxij. Sed si christ⁹ habuisset cōmune hospitium: illud discipuli non ignorassent: nec ipse caruisset loco in quo caput inclinaret ⁊ pascha comederet. Item Anselmus in libro de sacramentis dicit sic. Pauper ita fuit christus: vt veniens in mundum nō sua sed aliena domo nasceretur: natus propter inopiam loci in presepi brutorum animalium poneretur: et viuens in mūdo non haberet vbi caput reclinaret: nec moriens vnde nuditatem suaꝫ tegeret: nec mortuus vbi inuolueretur: nec sepulcrum aut locum vbi corpus mortuū locaretur. hec Anselmus. Item Beda super illud Mar. xi. Circūspectis omnibus, in originali dicit sic. Intelligēdum ꝙ domin⁹ tante paupertatis fuerit: vt in vrbe maxima nullum hospitem nullāqꝫ mansionem, sed in agro paruulo apud Lazarum sororesqꝫ eius habitaret. Constans igitur est ꝙ non hospitio solum sed ⁊ precio quo id cōduceret caruerit: dum necessitate compulsus de vrbe exijt. Hoc etiam ex ratione probatur: nam si filius dei ad hoc assumpsit naturam humanam vt genus humanum qd̓ ꝑ peccatum a statu innocentie conciderat, repararet: non perfecte reparasset nisi assumpsisset naturam: ergo talem assumpsit. vnde Augu. super illud Jo. i. Ecce agnus dei. Si agnus: ergo innocens. ⁊ si assumpsit naturam innocētem: assumpsit eam s̄m omnem perfectionem anime quā habuisset aliquis in statu innocentie. Sed in statu innocentie fuissent homines sine dominijs distinctis: sicut pꝫ dis. viij. §. i. ⁊ c. i. ⁊ s. in. §. porro in. lv. ar. Dixi igitur si christus tenuit statum innocentie: nō habuit dominiū distinctum in speciali vel in cōmuni alicuius rei: sed solum simplicem facti vsum licitum ⁊ concessuꝫ. Ex quibus omnibus ⁊ alijs pluribus iuribus et rationibus ꝓpter breuitatem omissis, ⁊ ex his que plenius inserūtur in libro de perfectione euangelica: quē composuit frater Joānes de ordine minoꝝ archiepiscopus Cantuariensis ⁊ solēnissimus magister in sacra pagina: ⁊ Apologia fratris Bonauenture cardinalis episcopi Albanēsis magistri de solemnioribus mūdi tempore suo de ordine fratrum minoꝝ, liquet manifeste ꝙ christus ⁊ apostoli nō habuerunt aliquid ꝓprium nec in speciali nec in cōmuni. Et ꝙ ecclesia romana que in doctrina christi ⁊ apostolorum errare nō potest. xxiiij. q. i. a recta. rectissime definiuit: dicendo ꝙ huiusmodi abdicationem omniū rerum tam in speciali q̄ in cōmuni christus ⁊ apostoli verbo docuerunt ⁊ exēplo firmauerūt. Et siquis dictas authoritates scripture sancte vel sanctorum aliter intelligeret vel exponeret q̄ ecclesia que spiritusancto regitur, intelligit ⁊ exponit: hereticus foret censendus. vt. xxiiij. q. iij. heresis. Quinimo si quis etiam ex sanctis doctoribus ecclesie aliter sentiret: diceret, vel doceret: pot⁹ authoritati ⁊ definitioni ecclesie standum esset: q̄ illius sancti doctoris. xxiiij. q. i. hec est ⁊. xx. di. §. i.

Christus fuit hoīs pauperrimus.

¶ Tertia conclusio que elicitur ex dicta determinatione decre. exijt. est, ꝙ christus nō habuit regulariter loculos: sed solum aliquādo siue in casu: scꝫ infirmis condescendendo. qd̓ demonstratur ex verbis dicte decre. quū dicit: interduꝫ loculos dicitur habuisse. ⁊ quū postea subijcit ꝙ christus sic in suis actibus perfectionem exercuit: ꝙ interdum infirmorū imperfectionibus condescendit. ⁊. i. sicut in fuga patet ⁊ loculis. Ex quibus verbis et sententia siue intellectu ex ipsis verbis sumptis demonstratur ꝙ christus regulariter loculos nō habuit: sed in casu: immo regulam siue legem dedit Matth. x. apostolis suis de loculis non habendis: vt supra probatum est. quā regulam ⁊ ipse quasi semper in seipso seruauit. sꝫ interdum habuit ⁊ in casu: sicut aliquando fugit persecutores: sed vt plurimū non fugit. Jo. xviij. sed eis se opposuit: ⁊ legem de nō timendo persecutores ⁊ eos qui corp⁹ occidunt eis dedit. Matth. x. Luce. xij. xi. q. iij. nolite. vt superius dictum est. vnde glos. super illud Matth. xxvi. Et orauit tertio ⁊c. dicit ꝙ christus trina oratione docuit timorem triplicem superare: scꝫ timorem mortis, timorem vilitatis, ⁊ timorem doloris. sic ⁊ lex dicit ꝙ illud qd̓ dicitur interdum concedi qd̓ cōceditur in aliquo casu regulariter prohibetur. vnde posita regula qua dicitur nouo iudicio agendum esse, vt tollatur opus quod post litem contestatam factum est: tollitur in casu. scꝫ si illud qd̓ antecessit, tolli sine eo nō potest. ff. de aqua plu. ar. l. ac eius. in si. ⁊. l. sequēti. que incipit, sed interdum. ⁊ s̄m Papiam

Christ⁹ nō semꝑ loculos habuit

Interdum tm̄ prestat sicut Aliquádo. Attendendū igi
tur est ꝙ in euangelio aut in aliqua parte noui testamen
ti nihil plus legitur de loculis: nisi qđ legitur Joan.xij.⁊
xiij.⁊.iiij.ideo dicitur in p̄e.decre.exiit.interdum. Naꝫ in
pcedenti serie euangelica legitur ꝙ sancte mulieres que
comitabantur dominū cum discipulis:ministrabāt ei de
facultatibus suis.⁊ Luce.v.⁊.viij.⁊.xiiij. Jo.xij.⁊.ij. Legi/
tur etiam in alienis mensis de cibo alieno assidue mādu
casse.quia nūquā habuit hospitium nec mēsam nec can/
delabrum nec aliquid talium. vnde super Luce.ix.c.dicit
Chrysostom⁹. Aspice qualiter paupertateꝫ quā domin⁹
docuerat:per opera demonstrat. Non em̄ ei erat mensa/
nec candelabrum/nec domus/nec quicq̄ aliquid taliuꝫ.
Et Hieronymus ad Nepotianū dicit. Turpe est antefo
res sacerdotis dn̄i crucifixi ⁊ pauperis q̄ cibo alieno ve/
scebatur/lictores cōsulum ⁊ milites excubare. Ecce chri
stus pro nobis seruus factus in domibus alienis hospi/
tabatur:⁊ cibis alienis vescebatur. hec Hieronymus. Et
Bern̄. super illud Luce.ij. Cum esset factus iesus.xij.an/
norum.dicit ꝙ christus quasi vnus in turba pauperum
stipem per ostia mendicabat. ¶ Ex ijs igitur ⁊ alijs mul
tis supra allegatis euidēter ostenditur ꝙ christus regu/
lariter loculos nō habuit:sed interdum.sed quia necessi
tas legem nō habet.de conse.dist.v.discipulos.passionis
tempore de his loculis dispensauit.vnde Luce.xxij.dixit.
Quádo misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamentis:nū/
quid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt ei. Nihil. dixit
ergo eis. Sed nūc qui habet sacculum/tollat:similiter ⁊
peram. In quibus verbis dicit glos. Bede/nō eadem vi
uendi regula persecutionis qua pacis tempore discipu/
los informat. Missis em̄ ad predicandum discipulis ne
quid tollerent in via precepit:ordinans vt qui euágeliū
annūtiat de euangelio viuat. Instante vero mortis arti
culo/⁊ tota illa gente pastorē simul ⁊ gregem persequē/
te/congruā regulam tempori decreuit:permittēs vt tol/
lant necessaria victui donec sopita persecutorum insania
tempus euāgelizandi redeat. Adde hic que scripsi.s.in
§.porro.in ar.lv. Quia igitur lex quātum ad exteriorem
actum illum quātum ad opus exterius aliquádo nō po/
test seruari:ideo in casu ⁊ ex causa aliquádo solet inter/
mitti.⁊ sic christus aliquando ⁊ dispensatiue loculos ha
buit:sciens non omnes posse semper in pdicte districtio/
nis semita ambulare.quia illa ꝓpositio censetur vera/q̄
regulariter est vera:etiam si aliquando fallat: vt dictum
est.⁊ ar.ad hoc.ff.de aq̄ quoti.⁊ esti.l.j.§.j.⁊.l.seq.cū si.

SEcunda obiectio pncipalis que fiebat
tuum proprium.xiij.q.j.in prin.dist.viij.§.j.ꝛ.c.j.xij.q.j.di-
lectissimis.ꝛ de hoc statu perfectionis Petrus in perso-
na omnium apostoloꝝ dixit Mat.xix.Mar.x.Luc.xviij.
Ecce nos reliquimus omnia.Et christus ostendēs ex hoc
eos in regno celorum excellentem gloriam promereri:di-
xit ibi/Uos qui secuti estis me:quum se.fi.hominis ꝛc.Ex
hoc etiam iure ꝓhibetur viris iter perfectionis arripien-
tibus in iudicio cōtendere:dicēte christo.Siquis volue-
rit tunicā tuā tollere:ꝛ ī iudicio tecū cōtēdere:dimitte ei ꝛ
palliū.vt habet Matth.v.ꝛ.xiiij.q.j.in ꝑn.ꝛ.c.j.ꝛ.xxiij.q.
iij.§.j.Ex hoc etiam iure diuino apostolis ꝛ eorū vitā pro-
fessis cōpetijt et cōpetit tempore necessitatis emere et vē-
dere.vñ dicitur Joan.iiij.Discipuli eius ierant in ciuita-
tem vt cibos emerent.Ut autē hoc fecerint/tempore scilʒ
quū eis aliter per auxilium humanum non fuisset prouis-
sum.de victualibus patet in eodem euangelio Joan.qꝛ
samaritani nō coutebantur iudeis.ꝛ Luce.ix.dicitur/In-
trauerunt ciuitatem samaritanorū vt pararent illi:et non
receperunt illum.vnde glos.Bede ibi.Nō enim coutunt
iudei samaritanis:vt Joan.ostendit.Ex quo patet/ꝙ sa-
maritani erant inhospitales iudeis.vnde apostolis per
humanū auxiliū nō fuisset ꝓuisuz:nisi emissent.¶ Quar-
to modo dicitur quis habere dominium et proprietatem
de iure scilʒ positiuo.de iure ſʒ imperatorū:quod ꝑ iniqui-
tatem extitit introductuz:ſʒ vt homines dicāt/hoc meū/
hoc tuum proprium.et in iudicio cōtendant:vt dicitur in
pre.c.quo iure.ꝛ.c.dilectissimis.et de hoc modo habendi
iure proprietatis et dominij loquit lex.ff.de v̄.signi.l.ha-
bere duob⁹ modis dicitur.ꝛ.ff.de v̄.obli.l.stipulatio ista.
§.habere.ꝛ no.xxiij.q.vij.qđ autē.in glos.non intelligas.
Et ex hoc iure habendi datur et cōpetit in iudicio actio et
exceptio.ff.de acqui.re.do.l.rem in bonis.et inde litigia
proueniunt:et huiusmodi dominium et proprietatez ab-
dicare sicut vna persona priuata potest:et ad perfectionē
ptinet:sic et vnum collegium singulare hominum qđ ob-
tinet vicem singularis persone.ff.de fideius.l.mortuo.pōt
a suo toto collegio abdicare:et ad culmen perfectionis
pertinet.Et de tali abdicatione in speciali ꝛ in communi/
ꝙ sit meritoria et sancta/et etiam a christo apostolis tra-
dita/loquitur decreta.pre.exiij.§.porro.et alie constitutio-
nes a Romanis pontificibus super regulam et statū fra-
trum minoruʒ edite/dominio aut iure et cōmunitati ema-
nantibus a iure diuino:per quod est veritas in colum-
ba.xxiiij.q.j.loquitur.i.in vniuersali ecclesia non est salu-
bre nec licitum renūtiare.Ex quibus patet ꝙ error est di-
cere simpliciter et absolute siue indefinite/ꝙ christus et
apostoli non habuerunt aliqua in speciali nec etiam in cō-
muni.et sic omnem modum habendi excludere/et per cō-
sequens includere/ꝙ ipsi non habuerūt res aliquas quā-
tum ad vsum facti nec in speciali nec in cōmuni.Et ꝙ in-
quantum prelati ecclesie militantis/et administratores
siue dispensatores/non habuerunt ius vtendi et admini-
strādi in rebus oblatis siue concessis eis/et vendendi et
donandi eas:prout sacri canones dicūt:quū hoc contra-
dicat sacre scripture et sacris canonib⁹ ꝛ dicte decre.exiij.
dicenti ꝙ christ⁹ loculos habuit:ꝛ cōsequēter in dicta ꝯsti-
tutiōe/Cū inter nōnullos.dicit ſʒ ꝙ h̄ ꝑtinaciter affirma-
re hereticū sit censendū.Dicere autē cū dicta determina-
tione ecclesie posita ī decre.exiij.§.porro.ſʒ ꝙ abdicatio
ꝓprietatis oīm rerū tā in speciali ꝙ in cōmuni ꝓpter deū
sit meritoria et sancta;quam et christus viam perfectio

nis ostendens/verbo docuit et exẽplo firmauit: quã quia apostoli inquãtum fuerũt ꝓfessores paupertatis excelse/et de qua dicit Mat. xix. Ecce nos reliquimus oĩa ꝛc. in vos lentes ꝑfecte viuere ꝑ doctrine ac vite ipsoꝝ alueos deriuarũt. Et ꝙ ꝛ christus interdũ loculos habuit cõdescendẽs infirmis/ac ꝑ cõsequẽs ꝙ christus ꝛ eius apl̃i viã ꝑfectionis ostẽdẽtes/nõ habuerũt ꝓprietates rerũ ꝛ dñium in speciali: vel ipsorũ apostolorũ priuato collegio appropriatũ: qḋ est ex iure imperatorꝝ: et implicat ad litigandũ: et per iniquitatẽ introductuꝫ: vt dictũ est: nõ est hereticũ nec erroneũ. nec hoc dicere videt̃ dicta ꝯstitutio/Cũ inter nonnullos. cũ dicta decre. Extra. nullã prorsus faciat mentionẽ: nec eã tollit: nec ei in aliq̃ derogare videt̃: imo quũ idẽ sctissimus pr̃ ꝛ dñs dñs Joã. papa. xxij. ꝓnuntiauerit de cõsilio ꝛ assensu dñoꝝ Cardinaliũ decre. Extra. salubriter editã solidã clarã et lucidã multaq̃ȝ maturitate digestã: put in sua ꝯstitutione q̃ incipit/Quorũdam/expresse cõtinet̃: ac etiam viennẽse cõciliũ in ꝯstitutione illa/Exiui de paradiso. posita in titulo de ꝟ. signi. ipsam determinationẽ factã in illa/Extra q̃ terminat. contradictorio iudicio approbauerit in hac parte: nullo modo dicendũ/nec credendũ/ꝙ ꝑ verba aliqua generalia posita in dicta cõstitutione vltima/Cũ inter. noluerit subuertere ꝑ suos p̃decessores ꝛ seipm cũ multa maturitate definita. ex̃ de elec. ecclesia nr̃a. ij. sed promptũ debet esse iura iurib⁹ cõcordare C. de inof. testa. l. si qñ. de elec. cum expediat. li. vj. cõstitutio em̃ sequẽs ẽm precedentem est intelligenda. extra de of. dele. sup questionẽ. in prin. nec ꝯstitutioni p̃cedenti ꝑ subsequentẽ derogat̃: nisi inquãtũ inuenit̃ expressum. C. de edifi. p̃ua. l. vltimo. ff. de adimẽ. l. alumne. §. qui filias. in autẽ. de adminis. offi. in fi. appel. ad fi. Et qḋ nõ mutatur quare stare ꝓhibet̃. C. de testa. l. sancimus. ꝛ C. de ap. l. p̃cipim⁹. vide qḋ legit̃ ꝛ no. ex̃ de cõstitu. licet. li. vj. in glo. est cõtra. Preterea post publicationẽ dicte cõstitutionis/Cũ inter nõnullos. Idem dñs papa Joã. de cõsilio sacri collegij dñoꝝ Cardinaliũ in condemnatione quã fecit iuxta supplicationẽ sibi factã ꝓ parte ordinis fratrũ minoꝝ/de postilla quã frater Petrus ioannis sup Apocal. ꝯscripsit: habuit cõsilium magistrorũ in sacra pagina: q̃b⁹ examinationẽ cõmisit apostille: inter q̃s magistros fuerũt fratres Grego. de laudunio archieps vienñ. ꝛ Petrus de palude ordinis p̃dicatorũ: et multi alij magistri ordinũ ꝛ statuũ: in q̃ cõcilio ꝑ ipos magistros scripto sub eorũ sigillis i forma publica instrumẽti prefato dño pape tradito de articulo/quẽ dictus petr⁹ Joã. scripsit in dicta apostilla. Cui⁹ articuli tenor de verbo ad verbũ talis est: cõtinet̃. Ex quo ꝑ Romane ecclesie authẽticã testificationẽ cõstat regulã minorũ ꝑ beatũ Franciscum editã esse vere ꝛ ꝓprie illam euangelicam: quã christus in seipso seruauit: et apostolis imposuit et in euãgelijs cõscribi fecit. Et nihilominus cõstet hoc ꝑ irrefragabilia testimonia librorũ euãgeliorũ/ꝛ ceterarũ scripturarũ sanctarũ/ꝛ ꝑ sctõs expositores earũ: put alibi est supabunde mõstratũ: dicti magistri in sacra pagina de hoc articulo suũ dant iudiciũ in hec verba. Si dictus Petrus ioã. hec verba accepit ẽm intellectũ et declarationẽ decre. Extra. verũ dicit. Si aũt intelligit sicut ipse alibi declarat: ꝛ sui seq̃ces asserũt: ꝙ regula bti Francisci sit vere ꝛ ꝓprie idẽ ꝛ ipsum euãgeliũ qḋ christi: et ecõuerso: ꝛ ꝙ dñs papa non habet potestatẽ sup eã sicut nec sup euangeliũ: vel q̇cq̇d est in regula bti Francisci: totum christus ad literã seruauerit: ꝛ aplis imposuerit obseruandũ. hoc totũ simpliciter reputam⁹ hereticũ ridiculũ ꝛ insanũ. nec istud ꝓbat̃ ꝑ aliqḋ testimoniũ quod inducat. Hec verba dicti cõcilij siue iudicij magistrorũ/p̃fatus dñs papa Joã. recepit. Ex q̃bus patere põt cuilibet intelligenti/ꝙ ipse dñs papa ꝑ p̃dictã cõstitutionẽ/Cũ inter nõnullos non intelligit dictã determinationẽ in sepe dicta decreta. Extra. positã in hac parte aliqualiter tollere vel limitare. Idẽ etiã dñs papa Joã. qñ in cõsilio suo legebat̃ dicta ꝯstitutio/Cum inter nonnullos. ad dictum cuiusdam Card. dicentis eidem dño pape/ꝙ in ipsa cõstitutione exprimeret hereticũ fore ꝑtinaciter affirmare christũ ꝛ aplos non habuisse ꝓprietatẽ ꝛ dñium rerũ in speciali nec etiã in cõmuni. Rñdit nõ faciem⁹. Preterea nouissime p̃fatus dñs papa venerabilẽ doctorẽ fratrẽ Thomã de aquino catalogo sctõrũ adscripsit. q̃ doctor in libello quẽ edidit contra damnantẽ statum non habentiũ in cõmuni possessiones ꝛ dominia rerũ: sed per mendicitatem victum sibi querentiũ: qui libellus incipit. Ecce inimici tui sonuerunt. v. c. expresse determinat atq̃ȝ ꝓbat ꝑ authoritates euãgelij et sctõꝝ doctoꝝ ecclesie/ꝙ possessiões ꝛ dñia tam in speciali q̃ȝ in cõmuni/et diuitias relinquere: est quidã gradus altior cõtentus sub perfectione euangelica. Et in respõsionib⁹ q̃s facit ad argumẽta in oppositũ/dicit sic de verbo ad verbũ Ad. xvij. ar. dicẽdũ est/ꝙ ecclia: q: multos infirmos sustinet: qui non de facili sine tẽporalium possessionũ solatio ecclesiasticã vitã ducere sustineret: expedit facultates cõmunes in ecclesia possidere/dimissis ꝓprijs/ꝛ p̃cipue propter pauperes sustẽtandos: nõ tñ ꝓpter hoc sequit̃/ꝙ nõ sit expediens a predictis viris qui ꝓpria dimiserũt: vitaȝ religiosam agere sine cõmunib⁹ possessionib⁹. Et q̃uis perfectio euangelica et apostolica nõ annullet̃ in illis q̃ possessiones cõmunes habẽt: tñ expressius seruat̃ in illis qui ꝓprijs dimissis etiã cõmunibus carẽt. hec ibi. Et ad illud qḋ obijcit̃ ꝑ aduersarios paupertatis in speciali ꝛ in cõmuni: ꝙ christus loculos habuit. in eodẽ libello respõdet in hec ꝟba. Ad illud aũt quod. viij. dr̃ dicẽdũ. ꝙ q̃uis nõ sit preceptũ/ꝙ nihil pecunie ad vsus necessarios reseruet̃ a sanctis: est tñ ꝯsilium. nec dñs habuit loculos quasi alias ei ꝓuidere nõ potuisset: sȝ vt in se gerẽs infirmorũ ꝑsonã: vt sibi licitum crederent qḋ a christo obseruari viderent. hec ibi. que ꝓbat ꝑ authoritates sctõꝝ doctorum ecclesie. Et. j. in eodẽ libello dicit sic et in eodem. c. Ad. xiiij. dicendum est/ꝙ sicut supra dictũ est: dñs pecuniã seruari fecit in loculis in necessarios vsus: vt infirmis cõdescenderet: et ideo nõ est reputandum ꝓ superstitione si aliqui perfecti viri nolunt pecunias reseruare. Et q̃uis christus pecuniam reseruari fecerit: nec eam habuerit et aliquib⁹ possessionibus: sed magis ei a fidelib⁹ ꝑ modũ eleemosyne ministrabantur. hec ibi. Et. j. in e. c. dicit sic. Ad. xxij. dicendum est/ꝙ q̃uis sancti patres modũ illum habendi possessiones in cõmuni approbauerũt: nõ tamẽ hunc modũ abdicationis in communi reprobauerunt. et ideo non est p̃sumptuosum hunc modum sequi. alr̃s nihil de nouo posset institui quod non fuerit antiquitus obseruatum: nihilominus tamẽ iste modus viuendi a multis sanctis patribus fuit antiquitus obseruatus: et etiam in ecclesia primitiua. hec dictus doctor. Si autem huiusmodi doctrina dicti doctoris fuisset contra fidem euangelij: aut scripture diuine aduersa/ac per consequens erronea et heretica: non est verisimile nec credendum/ꝙ prefatus sanctissimus papa Joan. ipsum sanctorꝫ catalogo adscripsisset. Nec his obsistit ꝙ p̃fatus venerabilis doctor in sua summa secũda secũde dicit ꝙ habere aliquid in cõmuni non diminuit de perfectione religionis: inducens ad. hoc. xij. q. j. expedit. quia sicut colligi potest per rationes per eum ad hoc probandum adductas/intelligit ꝙ habere in communi non diminuit aliquid de illa perfectione que essentialiter est annexa religioni: que in abdicatione proprietatis et dominij omnium rerũ in speciali siue in singulari consistit: de qua loquitur ex̃ de statu. mona. cũ ad monasterium. in fi. et dictum. c. expedit. quam sancti Hilari⁹/Augustinus/Benedictus/et plures alij habentes in cõmuni possessiones et rerum dominia ad sufficientiam professi sunt. non autẽ intelligit/ꝙ non diminuat aliquid de illa ꝑfectione q̃ est supererogationis et culminis apostolici: ꝑ quã abdicant̃ possessiones in proprio et in cõi: et status mendicitatis eligit̃. alioq̇n si de tali intellexisset (qḋ absit) incurrisset sententiam quam felicis recordationis dominus Alexander. iiij. de cõsilio dñorum Card. protulit

in oēs asserētes hmōi abdicationē ꝓprietatis et dñij oīm rerū tam in speciali ꝙ̄ in cōmuni/non esse de perfectione euangelica: ⁊ in eterna retributione precellentem gloriā nō mereri: put in duabus cōstitutionibus ꝑ ipsum pōtificem super hoc editis: quarū vna incipit/Romanus pontifex. et alia/Nō sine multa cordis amaritudine. plenius cōtinet. Et fuisset ꝯtrarius sibi ⁊ ordini suo et precedēti determinationi sue: quā in p̄dicto libello ꝯscripsit: qđ de tāto doctore credendū non est. Nec obs. qđ dicit ꝙ licet dictus doctor in dicto opusculo/Ecce inimici. dixerit ꝙ non hr̄e possessiones in cōmuni et ꝑ mendicitatē victū querere/cōtineat sub ꝑfectione euāgelica: nō tm̄ dixit: nec intellexit/ꝙ prorsus abdicare ꝓprietatē ⁊ dñium oīm rerū in speciali et in cōmuni/cōtineatur sub ꝑfectione euāgelica. quū habere dñium et ꝓprietates aliquaꝝ rerum necessariarū in cōmuni ad vitā nō inducāt vt dicūt solicitudinē charitatis impeditiuā. Et vere nō obs. Nā oēs rationes ⁊ authoritates quas inducit ad ꝓbandū statū mendicitatis esse licitū et sub ꝑfectione euangelica contineri: ita arguunt statum abdicantium ꝓprietatem et dñium rerum oīm in speciali et in cōmuni/cōtineri sub ꝑfectione euangelica et eminentius/sicut statū illorū qui in aliquib⁹ modicis dicūt se in cōmuni ꝓprietatē ⁊ dñium retinere/⁊ sufficientiā possessionū in cōmuni vnde viuere possint absq̄ mendicitate: a se ex eorū statu asserunt abdicare/maxime quū habere in aliquib⁹ rebus ꝓprietatē ⁊ dñium introductum de iure gentiū vel ciuili nō sit ad vitam humanā necessarium. Nihil est em̄ ad vitam humanā necessariū conseruandam nisi vsus rerum. Et ideo preter vsum nihil in rebus querendum est: vt superius est probatum. Si em̄ dominiū et proprietates domorū et librorū et vestimētorū ⁊ pecuniarū: ex quibus huiusmodi necessaria acquirūtur: foret necessarium ad vitā humanam conseruandam: sicut nullus in speciali potest licite renūtiare his sine quibus nō cōseruatur esse nature: sic nec in speciali/nec in cōmuni posset renūtiari dñio ⁊ ꝓprietati talium rerū necessariarū. Retinere etiā in cōmuni dñia ⁊ ꝓprietates in rebus/ita videt̄ inducere solicitudinē suo modo/et animū ad auaritiam implicare: sicut retentio dominij ⁊ ꝓprietatis in singularib⁹ inducit. Sicut em̄ ex eo ꝙ quis dicit/hoc meum propriū/hoc tuum ꝓprium/inducit̄ litigium inter seculares ꝑsonas: ita ex eo ꝙ vnum collegiū qđ dicam obtinet singularis ꝑsone: vt dictū est: hoc meū dicit/hoc tuū insurgunt litigia ⁊ cōtentiones inter collegia ⁊ cōmunitates: q a charitate plurimū distrahūt sicut experientia manifestat. Preterea ecclesia vniuersalis frequēter determinauit ꝙ abdicatio ꝓprietatis ⁊ dñij omniū rerū tā in speciali ꝙ̄ in cōmuni: quā fratres minores profitent̄: sub ꝑfectione euangelica arctius etiā ꝯtinet̄: ⁊ damnat cōtrariū asserentes: vt in preallegata cōstitutione dñi Alexan. iiij. Non sine multa cordis amaritudine. cōtinet̄: quā dict⁹ doctor nō potuit ignorare: et ideo nullatenus est dicenduꝫ/ꝙ ꝯtra ꝯstitutionē definitionē ⁊ determinationē eccl̄ie dicere voluerit/ꝙ abdicare ꝓprietates et dñia rerū oīm tā in speciali ꝙ̄ in cōi/nō cōtineat̄ sub ꝑfectiōe euangelica: ⁊ ꝑ ꝯsequēs a determinatiōe eccl̄ie deuiare/⁊ seipm̄ ꝓpria voce dānare: ⁊ sibi cōtrarius esse: ⁊ ꝑ cōsequens minime audiendus. C. de muneribus. l. ꝓfessio. li. x. lxxiiij. di. gesta. xxiij. q. vij. qđ autē. ⁊ ex̄ de ap. solicitudinē. Sed et si cōtra ecclesiā diceret stabit̄ determinationi eccl̄ie ⁊ nō sibi etsi maior Augustino fuisset. ix. dist. c. j. Et p̄dicta semꝑ intelligant̄ saluo iudicio meliori ⁊ sub correctione dñi pape/et sedis eius.

An asserere ꝙ christ⁹ et apostoli non habuerunt aliqđ in cōi sit hereticū.

Articulus.lx. A

Ex premissis patet

aliq̄liter/qđ tenendū sit in q̄stione q̄ mota fuit tp̄e dñi pape Joā. xxij. vtrū asserere ꝙ christ⁹ ⁊ apl̄i nō habuerūt aliq̄d in cōi sit hereticū. In qua insuꝑ questione primo explicandus est titulus et intellectus q̄stionis. Nā non querit̄ de christo inquātum deus: q: hoc mō/dñi est terra ⁊ plenitudo ei⁹. vt in ps̄. dicit̄. xxiij. ⁊ lxxxviij. et ex̄ de deci. tua nobis. §. verū. ⁊ dist. viij. quo iure. sic em̄ loquit̄ Joā. j. Joānes euangelista put exponit papa Leo in sermone de circūcisione dñi. In ꝓpria inquit venit: ⁊ sui eū nō receperūt. et in ps̄. xlix. Si esuriero non dicā tibi: meus est em̄ orbis terre et plenitudo eius. Nec etiā intelligitur ista questio de tp̄e: put christus fuit in etate puerili seu iuuenili. Nec de apostolis ante ꝙ̄ essent cū christo/⁊ a christo vocati/⁊ ad predicandū missi. nam ante nōdum erant apl̄i. Apl̄s em̄ interpretat̄ missus: vt dicit Maxim⁹ in sermone de apostolis. ⁊ facit. xxi. dist. in nouo. Sed intelligitur de christo ꝑ illo ⁊ ab illo tēpore/quo ipse incepit publice predicare: et ad cōtemptū mundi ⁊ penitētiā hoies inuitare. Et apl̄os qui fuerunt ꝓpria et pncipalia membra corporis mystici catholice ecclesie christi/ad statū ꝑfectionis vocare. sic habetur Matth. iiij. ꝙ vocauit petrū ⁊ andreā fratrē eius/Jacobū et Joannem fratrē eius: quib⁹ et dixit: Venite post me faciā vos fieri piscatores hoim. ⁊ de apostolis ꝑ illo tp̄e/quo christus eos cōstituit apostolos illos ad predicandum mittens: ac eis formam perfectionis dans/dicēs Mat. x. Nolite possidere aurum ⁊c. Luce. x. Nolite portare sacculum neq̄ peram. ⁊ Luce. ix. Nihil tuleritis in via. ⁊ Mar. vj. Precepit eis ne q̄d tollerent in via. Nec etiā pōt intelligi q̄stio de apl̄is put fuerunt prelati ecclesie militantis cōstituti/et cura animarū eis cōmissa: quia hmōi p̄latio et cura nō fuit eis cōmissa ⁊ tradita ante mortē christi: sꝫ post mortē et resurrectioneꝫ christi: vt habet̄ expresse et no. l. dist. cōsiderandū. et ex̄ de elec. significasti. ⁊ no. xxi. dist. in nouo. Sed intelligitur de apl̄is pro tēpore in q̄ fuerūt cū christo/⁊ ab eo missi: ⁊ eis (vt dictū est) imposita forma ꝑfectionis ad hui⁹ seculi cupiditatē et auaritiā extirpādā. Et ideo signāter in titulo questionis copulatiue siue cōiunctim dicit̄. Querit̄ vtrū asserere ꝙ christ⁹ et apl̄i ⁊c. Rursus ad intellectuꝫ dicte questionis/attendendū est ꝙ habere aliq̄d quantum ad p̄sentem materiā ꝑtinet: potest intelligi dupliciter. Vno mō iure dñij vel q̄si/seu ꝓprietatis: vt dictum est in. §. proxime pre. Scđo dicit̄ q̄s habere quātum ad simplicem facti vsum/nihil sibi ꝓprietatis vendicans: nec habens in hoc et hoc modo dicit̄ habere seruus et religiosus vestes et res quib⁹ vtit̄. ⁊ tunc habere demōstrat potius factum ꝙ̄ ius. ff. de pecu. nec seruus. q: quantū ad ius ciuile attinet: seru⁹ ꝓ nullo habet̄. ff. de reg. iur̄. l. qđ attinet. Et idem de religiosis: q̄ quantū ad ius ciuile ꝑtinet ⁊ ad mundū/pro mortuis habent̄: vt. s̄. dixi in. §. prime pre. vel dispensatione: sicut aliq̄n habet religiosus dispensator vel executor cōstitut⁹ a testatore ad res aliq̄s vel bona vel pecunias pauperib⁹ vel alijs dispensanda. ex̄ de testa. tua. ⁊ c. Joānes. ⁊ c. si religiosus. vj. li. vñ et tales executores possunt agere ꝯtra heredes. C. de epis. et cleri. nulli. Et si null⁹ sit heres: tm̄ pōt ipe executor totam hereditatē vēdicare: nec detrahet falcidiā. C. de epis. et cleri. siq̄s. et pre. c. tua. ⁊ c. Joānes. Si aūt ad alios vsus testator vellet expendi: sic nullū cōmodū ad executorē ꝑtinere debet. puta/q: ministe tm̄ constituitur: tūc non poterit agere. ff. ad trebel. l. lucius. §. meuia. Si vero aliqđ cōmodum puta falcidiā/ad eum voluit pertinere: tunc aget. ff. de le. ij. titulo. x. ſm̄ Innocē. qui sic no. in pre. c. Joānes. Vel quū quis habet res sibi per aliquem cōmodatas seu depositas seu cōmodatas: et tūc in his non habet nec dñium: nec proprietatem: nec etiam proprie possessionem iuris: quia rei commodate et deposite possessionem et dominium retinemus. ff. commoda. rei commodate. ff. depos. licet. et no. ex̄ de commoda. c. vnico. in glos. et deposito. c. ij. in glos. j. in fi. et de sequestra. posses. et fruc. c. j. glos. in hoc ipsum. Sed aliq̄n quū possidere accipit̄ largo mō/ꝓ detentione facti: ⁊ hoc modo dicunt̄ prelati ⁊ depositarij possidere seu hr̄e/put hr̄e sumitur largo modo pro detinere: vt. s̄. notatum est. §. proxime pre. Constat autem ex preallegatis/ꝙ questio

Habere aliquid.

rationibus et confirmationibus dicte regule et vite bea-
ti Francisci/ ⁊ alijs ordinationibus super statum ordinis
fratrū minoꝝ factis ꝑ dños Inno.iiij.Honoriū.iij.Greg.
ix.Innoc.iiij.Alexandrū.iiij.Clementem.iiij.Grego.x.in
cōcilio lugduneñ.Nicolaū.iij.Clementem.v.Et vltimo ꝑ
papā Joā.xxij.Nicolai declaratio sup statū eoꝝ laudata ⁊
approbata q̄ incipit/Quorūdam.⁊ canonizationib⁹ scōꝝ
francisci/antonij ⁊ lodoici: q̄ huiusmodi vitā ⁊ pauperta-
tē tāq̄ a christo ⁊ aplīs eos doctā: ⁊ ab ecclesia (vt dictuꝫ
est) tam multipliciter approbatā vouerūt ⁊ seruauerūt.
quē etiam statū altissime paupꝫtatis tāq̄ statum quē ipse-
met tenuit christus ⁊ seruauit miraculose ꝯfirmauit: quū
ipsum beatū Franciscum tāq̄ suum specialē sectatorem
sacrorū vulnerū stigmatib⁹ insigniuit: put ex plurib⁹ cō-
stitutionib⁹ ⁊ statutis ꝑ romanā ecclesiā factis sup predi-
ctis colligitur euidēter. In quib⁹ etiā districte oībus fide-
libus christianis p̄cipit et mandat/ꝙ ipsa sacra stigmata
tāq̄ veraciter ipi sancto Frācisco a christo mirabiliter im-
pressa ⁊ pbata per ipsam romanā ecclesiā veneretur. Et si
dicat ꝙ non sequit ꝑ eoipso ꝙ ecclesia romana approba-
uit ⁊ cōfirmauit regulā ⁊ vitā bti Frācisci/⁊ ipsum ⁊ alios
sanctos dicti ordinis canonizauit: ꝙ ꝑpter hoc christ⁹ nō
habuerit aliq̄d in cōmuni et in speciali. Nec ꝙ christus do-
cuerit hmōi vitā ⁊ regulā. Respōdet ꝙ immo sequit. nam
quū definitio dicte regule ꝑ dictos romanos pōtifices/et
cōcilia gñalia (vt dictū est) approbate sit talis/Uita fra-
trū minorū hec est: dñi nostri iesu christi sanctū euangeliū
obseruare/viuēdo in obediētia sine ꝑprio ⁊ in castitate. ⁊
j. Fratres nihil sibi appropriēt: nec domū: nec locum: nec
aliquā rem. ⁊ in fine dicit/sanctū euangelium qd̄ firmiter
ꝓmisimus obseruem⁹. sicq̄ ꝑ dictos dños Greg. ix. q̄ se in-
tentionē beati Frācisci in cōdendo regulā cognouisse te-
stat: ⁊ Innocē.iiij. ⁊ Alexandrū.iiij. expressissime declara-
tū/ꝙ hmōi expropriatio quā beatus Franciscus promisit
et vouerit ꝓmittēdo euangeliū/viuēdo sine ꝑprio/debet
intelligi ⁊ seruari tā in speciali/q̄ in cōmuni: ⁊ in dicta re-
gula hmōi expropriatio vocet celsitudo altissime pauper-
tatis. Et quū quis ꝓmittit altissimā paupertatē: illam in-
telligat ꝓmittere q̄ principaleꝫ habet gradū altitudinis.
ita ꝙ nulla altior valeat reperiri. ff. de ꝟ. obli. l. vbi aūt nō
apparet. §. respō. Et christus in euangelio docuerit paup-
tatē vt regula et mensura nō possit excedi ab aliquo/cui⁹
ipse christus seu doctrina ei⁹ sit regula: q: si excederet re-
gulam euangelij siue christi: potius esset regula ipsius q̄
ecōuerso: sequit ꝙ si beat⁹ Franciscus vouit ⁊ ꝓmisit euā-
gelium viuendo sine ꝑprio in speciali ⁊ in cōmuni: ꝙ ta-
lis fuit doctrina et regula euangelij: ⁊ ꝑ cōsequēs ꝙ chri-
stus nō habuit aliq̄d in speciali nec in cōmuni ꝑprium: q:
qd̄ christus docuit pmo facit. Act. j. facit Mat. v. ibi: Qui
sic fecerit et docuerit. Preterea saltē absq̄ dubio aliq̄ se-
quit ex predictis cōfirmationib⁹ ⁊ canonizationib⁹ scōꝝ
et cōfirmationib⁹ ⁊ declarationib⁹ regule sancti Frācisci/
ꝙ asserere ꝙ christus et apostoli nō habuerūt aliq̄d in cō-
muni/nō est hereticū: quū manifestissimū sit ex dictis ⁊ fa-
ctis sanctoꝝ dictorū ⁊ ex eorū legēdis/ꝙ ipsi sancti dictaꝫ
expropriationē in speciali et in cōmuni vouerunt et serua-
uerūt tāq̄ expropriationē a christo ⁊ aplīs doctā et serua-
tam: et ꝙ ipsi sancti hoc asseruerūt. Non autē fuissent san-
cti: nec ecclesia eos canonizare debuisset/si hereticum fuis-
set/asserere ꝙ christus ⁊ apostoli nō habuerūt aliq̄d in cō-
muni. imo si hoc esset hereticū ecclesia errasset eos cano-
nizando qd̄ est erroneuꝫ dicere. Secūdo ꝓbat dicta ꝓpo-
sitio euidētissime ꝑ sepe dictā decre. Nico.iij. exijt. ꝑ boni-
faciū ei⁹ successorē corpore iure clausaꝫ in titu. de ꝟ. signi.
et ꝑ Clemētem.v. approbatā in cōcilio vieñ. in alia cōstitu-
tione q̄ incipit/Exiui de paradiso. in ti. de ꝟ. signi. ⁊ ꝑ dñm
papā Joā.xxij. in sua cōstitutione q̄ incipit/Quorūdam.
vt dictū est. In p̄dicta aūt cōstitutione/Exijt. in. §. porro
dicit sic/Porro quū regula ipsa cōtineat/ꝙ fratres nihil
sibi approprient; nec domū; nec locū; nec aliquē rem; sicq̄

declaratum per eundē predecessorem nostrum Grego. ix.
et nonnullos alios hoc obseruari debere tam in speciali
q̄ etiam in cōmuni. quā si arctam expropriationem abdi-
cationē venenosis obtrectationib⁹ aliquorum insensata
damnauit astutia: ne fratrum eorūdem perfectionis clari-
tas talium imperitis sermonibus laceretur: dicimus ꝙ
abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum tam
in speciali q̄ in cōmuni propter deum meritoria est ⁊ san-
cta: quam et christus viam ꝑfectionis ostendens/verbo
docuit et exēplo firmauit. quamq̄ primi fundatores mili-
tantis ecclesie put ab ipso fonte hauserant: in volentes
perfecte viuere/per doctrine ac vite ipsorum alueos deri-
uarunt. Ex quibus verbis cōstat manifeste/ꝙ christus et
apostoli non habuerunt proprietatem vel dominium ali-
quarum rerum in speciali vel in cōmuni. Alij in eadē de-
cre. demonstrant/ꝙ professio hui⁹ regule et vite fuit a chri-
sto et apostolis verbo et exemplo docta et firmata: quum
circa initium ipsius decre. dicitur sic: Hi sunt illius sancte
regule professores: et euangelico fundatur eloquio vite
christi roboratur exemplo: fundatorum militantis eccle-
sie apostolorum eius sermonibus actibusq̄ firmatur. hec
est apud deum et patrem munda et immaculata religio.
Jacobi. j. que descendens a patre luminum per eius filiū
exemplariter et verbaliter apostolis tradita est: et demū
scilicet per spiritumsanctum beato Francisco et eum se-
quentibus inspirata. hoc est cui attestante Paulo/nemo
debet esse. Gala. vltimo. molestus. quē christus passionis
sue stigmatibus confirmauit/volens institutore ipsi⁹ pas-
sionis sue signis notabiliter insigniri. ¶ Deinde in eadē
decretali respondet tribus obiectionibus principalibus
que aduersus dictam conclusionem et determinationem
fieri ab aliquibus potuissent. ¶ Prima talis est: Posset
aliquis dicere domino pape: vos determinando conclu-
ditis ꝙ dicta abdicatio omnium rerum in speciali et in cō-
muni est meritoria et sancta. Et pro ratione p̄ncipali hui⁹
conclusionis adducitis ꝙ christus et apostoli eius eam
exemplo et verbo docuerunt: quia non habuerunt aliq̄d
proprij in speciali nec in communi. Et dicitis ꝙ dicte re-
gule professio euangelico fundatur eloquio: vite christi
roboratur exemplo et apostolorum: eius sermonib⁹ acti-
busq̄ firmatur. Sed huic conclusioni et rationi obstare
videtur/ꝙ interdum christus dicitur loculos habuisse: in
quibus pecunia et ea que mittebantur pro victu portabā-
tur: et de quibus cibaria emebantur. Ex quo videtur ꝙ
huiusmodi abdicatio et professio non fuerit a christo et
eius apostolis verbo docta: nec exemplo firmata: sed po-
tius eius actio que debet esse. Joan. xij. ex̄ de sepul. c. j. no-
stra imitatio: fuerit in contrarium. Ad que respondetur
dicto. §. porro. in hec verba: Nec his quisquā putet obsiste-
re/ꝙ interdum dicitur christuꝫ loculos habuisse. nam sic-
ut ipse christus cuius perfecta sunt opera. Deutero. xxxij.
in suis actibus viam perfectionis exercuit: ꝙ interduꝫ in-
firmorum imperfectionibus condescendens: et viam ꝑfe-
ctionis extolleret: et imperfectorum infirmas semitas nō
dānaret: sic infirmoꝝ personas suscepit in loculis: sicut in
nonnullis alijs infirma humane carnis adsumens: pro-
ut euangelica testatur historia: ꝙ non tm̄ carne: sed et mē-
te condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam
assumpsit/ꝙ in suis operibus perfectus existens/in no-
stris factus humilis/in proprijs permansit excelsus: sic ⁊
summe charitatis dignatione ad actus quosdam nostre
imperfectioni conformes inducitur: ꝙ a summe perfectio-
nis rectitudine non curuatur. Egit nāq̄ christus ⁊ docuit
perfectionis opera. egit etiam infirma: sicut interdum in
fuga patet: et loculis: sed vtrumq̄ perfecte perfectus exi-
stens/vt perfectis et imperfectis se viam salutis osten-
deret: qui vtrosq̄ saluare venerat: qui tandem mori vo-
luit pro vtrisq̄. hec ibi. ¶ Ex predicta autem determina-
tione et definitione ecclesie eliciuntur tres conclusiones.
¶ Prima ꝙ apostoli huiusmodi abdicationem omnium

rerū tam in speciali ꝙ in cōmuni vouerūt. Quod sic ꝓba-
tur ſm definitionē dicte decre. talem abdicationē oim re-
rū tam in speciali ꝙ in cōmuni oportet cōcedere fuisse in
apostolis ſm rationē ⁊ cōditionē potissimam ipsius abdi
cationis/qualē ponimus fuisse in beato frācisco. qđ patet
quū ipsa decre. expresse dicat/ꝙ abdicationē illā quā ha-
buit beat⁹ frāciscus: apostoli hauserāt a christo ⁊ in alios
deriuarūt. Cōstat autē ꝙ in abdicatione oim rerū in spe-
ciali et in cōmuni: quā fecit beatus franciscus vna cōditio
et potior fuit votum ⁊ ꝓmissio illius abdicationis. qđ cō-
firmatur: quia cōditio potior abdicationis temporalium
non attendit̄ ſm actum exteriorē: qui est relinquere siue
abijcere de facto res tēporales: ſʒ p̄ncipaliter attēdit̄ ſm
actū interiorē/qui est nolle habere res tꝑales: ⁊ eis velle
carere ꝓpter deum. Ex isto actu p̄ncipaliter censet̄ abdi-
catio meritoria. abdicare aūt tꝑalia ⁊ eis velle carere sic/
ꝙ in potestate sua sit licite velle ⁊ posse habere res tꝑales
quū sibi placuerit: est alteri⁹ rationis/ꝙ abdicare ꝓpter
votum ⁊ ꝓmissionē sic/ꝙ nunꝗ eas liceat habere nec vel
le habere: q: illa que fit ex voto est maioris meriti/ꝙ illa
que fit ex simplici proposito: vt supra longe probaui in. §.
Item ꝙ simplex facti vsus. ℞. qđ etiam sic ꝓbat̄. in ar. lvj.
ergo si apostoli habuerunt illam abdicationē quā habuit
beatus Franciscus: quā innuit decre. ⁊ beatus Frāciscus
habuit eā ex voto: sequit̄ ꝙ ⁊ apostoli eā habuerūt ex vo-
to: alias apl̄i nō deriuassent illam abdicationē in beatum
Fran. seu alios volentes perfecte viuere: nec ipse beatus
Franciscus talem abdicationē ex voto habuisset ab apo-
stolis deriuatam. cui⁹ oppositū asserit decre. Qr aūt apo-
stoli habuerūt illā abdicationē ex voto: ꝓbatur ꝑ Augu-
stinū in li. de mirabilibus scripture in fine. iij. libri vbi lo-
quēs de verbo qđ dixit petrus Act. iij. paralytico: dicit sic.
In eleemosyne inq̄t excusatione ⁊ paupertatis ꝓfessione/
dixit paralytico/surge ⁊ ambula. magistri preceptū ser-
uās dicentis Mat. x. Nolite possidere aurū ⁊c. Nota ꝙ
dixit paupertatis professio. Nouerāt em̄ apostoli/ꝙ ea que
ex voto fiunt: sunt maioris meriti: ꝙ ea q̄ fiunt ex simplici
ꝓposito seu ꝓpria voluntate. et Aug. vij. li. de ciui. dei. c.
x. loquēs de apl̄is dicit sic Mat. xix. Mar. x. Luce. xviij. di-
xerūt inquit illi potēres. Ecce nos dimisimus oia ⁊ secuti
sumus te. Hoc votum potentissime vouerant. Sed vnde
hoc votum illis: nisi ab illo de quo dictum est dans votū
voventi. Nō em̄ posset quisꝗ domino vouere: nisi ab illo
acciperet ꝙ voueret. hec Aug⁹. Item glos. sup illud quod
dicitur in ps. lxxv. vouete et reddite. primū ad consilium:
scđm ad imperiū refertur. sed sacra scriptura nunꝗ dat cō-
silium nisi de meliori bono. xiiij. q. j. quisquis. ergo melius
est bonum quod fit ex voto ꝙ sine voto: quia bonum addi-
tum bono est maius bonum ꝙ alterum tm̄: sed votum est
bonum vnde consulitur: ergo melius et magis merito-
rium est facere bonum ex voto ꝙ sine voto. vnde Aug⁹.
super illud ps. cxxxj. votum vouit deo Jacob. Nihil in-
quam deo gratius offerre possumus ꝙ vouere quod est
firme promittere. hec Aug⁹. Et idem Augustinus in epi-
stola ad Armentarium/qui votum fecerat continentie.
Si fidem deo fregeris (quod absit) tanto miserior eris
quāto beatior si persolueris. Ex quo sequitur ꝙ peior est
operatio mali que fit cōtra votum: ꝙ illa que non fit cō-
tra votum. op. ar. xij. q. j. nolo. ⁊. c. scimus. Sic ⁊ melior est
operatio boni cum voto ꝙ sine voto. quod latius ꝑ An-
sel. supra longe probaui in. §. Item ꝙ simplex facti vsus.
℞. quod etiam sic probat̄. in arti. lvj. Vera est ergo dicta
conclusio/ꝙ apostoli dictam exꝓpriationem omnium
rerum in speciali et in communi habuerunt ex voto. Et
quod ex dicte decreta. extit/⁊ alijs predictis authorita-
tibus cōprobatur. ¶ Secunda conclusio que ex definitio-
ne dicte decreta. elicitur/est ꝙ christus et apostoli postꝙ
statum perfectionis et paupertatis euangelice assumpse-
runt: nusꝗ habuerunt proprietatem et dominium alicui⁹
rei tēporalis: nec aliquā rem tāꝗ domini et proprietarij
possederunt. Et ꝙ loculos quos interdum habuisse infir
mis condescendo dicuntur: habuerunt solum vt dispen-
satores et administratores pauperum: non vt proprieta-
rij seu dn̄i. qđ ex verbis dicte decre. ⁊ multis authoritatib⁹
rōnib⁹ et iurib⁹ cōprobat̄. Ex decre. ꝓbat̄ q: cōclusio p̄nci-
palis ⁊ p̄ncipaliter intēta in dicta definitiōe i dicta decre.
est/ꝙ abdicatio omnium rerū tam in speciali ꝙ in cōmu-
ni: quam vouit beatus Frāciscus: est meritoria et sancta:
quam christus ⁊ apostoli verbo docuerunt et exemplo fir
marunt: et in volentes perfecte viuere: deriuarunt. Dein-
de ab ipsa conclusione remouet siue excludit instantiam
que fiebat de loculis dicens. Nec his quispiam putet ob-
sistere. ꝙ interdum dicitur christum loculos habuisse. ex-
clusio autem obiectionis siue instantie solutio non infrin
git in aliquo principalem conclusionem. ex̄ de transla. epi
scopi. inter corporalia. vbi ponitur cōclusio principalis/ꝙ
electus et confirmatus non potest sine romanorū ponti-
ficum licentia ecclesiam derelinquere: quia post electio-
nem et confirmationem canonicam inter personas eligē-
tium et electi coniugium est spirituale contractum. Deinde
opponitur instantia que ponitur cōtra dictam cōclusio-
nem de canone/in quo legitur/ꝙ si vltra sex menses per
suam negligentiam tenuerit ecclesiam viduatam: nec ibi
nec alibi donum cōsecrationis accipiat: imo metropolita
ni sui cedat iudicio. et dicit ꝙ hec obiectio siue instantia
dictam conclusionem non infringit etiam per illud quod
in dicto canone dicitur: vt non intelligatur ecclesia vidua
ta tāꝗ sponsum non habens: licet quoad quedam quasi
viri maneat solatio destituta. vnde ipsa conclusio in sua
primitate persistit. Sic ⁊ in proposito licet dicatur aliquā
do christum loculos habuisse: non propter hoc infringit̄
dicta cōclusio supradicte abdicationis omnium rerum in
speciali ⁊ in cōmuni: sed in sua firmitate persistit. quod cō
firmatur per illud quod subijcitur: quum dicitur ꝙ sic ha-
buit loculos: sicut aliqñ fugit/infirmorum scʒ imperfectio
nibus condescendens: et tamen semper perfecte perfect⁹
existens/perfectis et imperfectis se viam salutis ostēdit.
Ad quorū verborū intelligentiam attendendum est/ꝙ
sicut in fuga infirmorum duo actus considerantur scilicet
actus exterior: idest recessus a persequentib⁹: ⁊ actus in-
terior: qui est timor: sic ⁊ in loculis infirmorū: siue in his q̄
ab infirmis habentur in cōmuni/duo actus considerātur.
vnus est exterior scilicet loculos portare: et res que habē-
tur in loculis siue in cōmuni dispensare siue contrectare.
Alius est act⁹ interior. scʒ velle habere ea in dominio spe-
ciali vel cum suo speciali collegio participato: et eas iure
talis dominij possidere et contrectare. igitur sicut manife
stum est christum non ꝯdescendisse infirmis in fuga quo-
ad actum interiorem/scilicet quantum ad timorem. scie-
bat em̄ vt dicit euangelista Joan. vij. viij. ⁊. x. quando fu-
git: ꝙ nondum venerat hora eius. Oppositum docuit di-
cens/Nolite timere eos qui occidunt corpus. Matth. x.
Luce. xij. xi. q. iij. nolite. vnde in eodem. c. Matth. x. super
verbo/fugite in aliam/ait Hierony. Hoc ad illud tempus
referendum est quum apostoli ad predicationem mitte-
bantur: quibus proprie dictum est Matth. x. In viam gē-
tium ne abieritis. ꝙ persecutionem timere non debeant:
sed declinare. quod quidem videmus in principio fecisse
credentes quādo orta hierosolymis ꝑsecutione/dispersi
sunt in vniuersam iudeam: vt tribulationis occasio fieret
euangelij seminarium. Item ibi Augustinus contra Fau
stum: Nec tamen saluator non potuit tueri discipulos
suos quibus fugere precepit: et huius rei exemplum pre-
buit: sed instruebat hominis infirmitatem: ne deum tēta
re audeat/quādo habet quid faciat. vt quod cauere opor
tet: euadat. Et ad hoc est optimum ar. de Paulo: qui de-
poni se fecit in sporta per murum damasci. ij. Cor. xi. quē
non ex timore mortis fugit: qui paratus erat pro christo
mori: sed vt alibi maiorem fructum faceret: vt dicit Greg.
in dialogo. et trāsfertur. vij. q. j. c. vltimo. Perijt enī Pau

lus milites a

tus milites a tribuno. Actuū.xxiij.nō timore mortis:nec
sue voluntati:sed omnium vtilitati victurus. xxiij.q.iij.§.
Item ab aliq̄ cū.c.seq.christus autē si timuisset:tunc imp
fectus fuisset. pfecta em̄ charitas foras mittit timorem.
j.Jo.iiij.⁊.xxiij.q.vj.§.ex his. Pauorem aūt ⁊ timorē mor
tis naturalem habuit:vñ incepit tedere ⁊ pauere. Mar
ci.xiiij. vbi Theophilus. Quia em̄ totū assumpserat ho
minē: assumpsit ⁊ naturales hoīs ppꝛietates/pauere et
tedere ⁊ contristari naturaliter. Nam hoīes naturaliter
inuiti tendunt ad mortē.⁊ Beda ibi. Qui corpus susce
pit:oīa debuit suscipere que corporis sunt/vt esuriret siti
ret angeretur cōtristaretur.diuinitas em̄ p hos cōmuta
ri nescit affectus. Et de hoc etiam no.xj.q.iij.nō solum.in
glos.nō remouet. Cōcedit ergo christus fugam infirmis
quātum ad actum exteriorē scꝫ a persequētibus receden
do:non pfectis interius corde timendo. Sic ⁊ in loculis
dicendū est/q̄ licet christus quātum ad actum exteriorē
in loculis deferendis cōtrectandis ⁊ dispensandis his q̄
ibidem reponebantur:cōdescenderet infirmis:vt.xij.q.j.
habebat.nō tamen quātum ad volendum sibi vel colle
gio apostolorū appropriare seu appropriando dñiū locu
loꝝ vel eoꝝ que in loculis portabantur.nā hoc nō fuit cō
gruū sue potestati nec bonitati:quia quū de iure natura
li ⁊ diuino omniū rerum spectantium ad vitam humanā
cōmunis vsus esse debeat oībus hoībus.⁊ per iniquita
tem factum sit vt dicam hoc meū hoc tuū: vt habet.xj.q.
j.c.ij.⁊.viij.di.§.j.cum.c.seq.et ipse christus venerit ad do
cendum pfectissime omniū terrenoꝝ contēptum. Mat.
xix.⁊ vitam quietissimā. Math.xj.⁊.v. ⁊ ad omnem ma
teriam sollicitudinis temporaliū perfecte euangeliū seq̄
volentibus amputandam. Math.vj.⁊ ad statū innocē
tie reuocandum.ps.xxiiij. Innocentes ⁊ recti adheserūt
mihi ⁊c. Si christus sibi aut suo collegio speciali aposto
loꝝ dñio ⁊ possessiōes temporaliū rerū appropriasset: se
queretur q̄ nec terrenoꝝ contemptum:nec vitam quietissi
mā:q̄ tollit materiā litigādi:q̄ surgit ex rerū appropria
tione pfectissime docuisset.nec omnē materiā sollicitudi
nis a suis aplīs ⁊ discipulis spālibus sectatorib⁹ ampu
tasset:nec statū innocentie renouasset. Preterea si christ⁹
dñium ⁊ ppꝛietatē loculoꝝ/⁊ eoꝝ que in loculis fereban
tur/habuisset:nō dixisset nec dicere potuisset dicta decre.
Nec his quisq̄ putat obsistere/q̄ interdū dicitur christū lo
culos habuisse. quia exceptio que veritatis sit a regula:
q̄m ad ipsam exceptionē vitiat siue falsificat ipsam regu
lam:⁊ p cōsequēs in hoc ipsi regule obuiat.ff.de reg.iur.
l.j. Preterea. vt.s.R. ex predicta.cum R̄si. se. pbatum est:
apostoli de ista expropriatione in speciali votū fecerunt.
vñ postmoduꝫ nullo tēpore fuerunt capaces alicui⁹ dñij
siue ppꝛietatis:q: votū expropriationis hmōi/qd̄ est nec
habere:nec velle dñium in cōmuni vel in speciali: quū sit
negatiuū:obligat semp ⁊ ad semp ſm theologos.⁊ si si
bi in ppꝛio vel cōmuni post emissuꝫ votū/appropriassent
inde aliquid/mortaliter peccasset.ex de sta.mona.c.ij.§.q̄
R̄o.⁊.c.sup quodam. Et sic patet primū videlicet q̄ ex dif
finitione ⁊ verbis dicte decre.christus ⁊ apostoli non ha
buerunt aliquid in loculis nec in alijs aliquibus reb⁹ do
miniū in speciali nec etiam in cōmuni. Per authoritates
etiam sanctoꝝ hoc probatur:vt etiam dixi supra longe in
§.porro.⁊ in pīmis chartis.in ar.lv.vñ super illud Mat.
xvij.c.vade ad mare ⁊c.dicit glos. Domin⁹ tante pauper
tatis fuit:vt vnde tributa solueret nō haberet. Judas q̄
dem in loculis cōmunia habebat: sed res pauperum in
vsus suos cōuertere nefas duxit. idipm dans nobis exē
plum. Et Chrysostomus super Joānem homil.lxxj.super
illud Joā.xiij. Aut egenis aliquid daret. dicit sic. Quali
ter inquit nō peram:non virgam:non es iubens deferre
marsupiū habebat. Et respondens subdit:ad inopū mi
nisterium:vt discas quoniā valde pauperem ⁊ crucifixū
huius oportet pfectionis multam facere pcurationem.
multa enim ad nostram dispensans doctrinam hec age
bat. Ad idem.xij.q.j.habebat. Habebat domin⁹ loculos
⁊ a fidelibus oblata conseruans:⁊ suoꝝ necessitatibus:⁊
alijs indigentibus tribuebat.tunc primū ecclesiastice pe
cunie forma est instituta.hec ibi. Forma aūt ecclesiastice
pecunie instituta in loculis est:quā ponit Prosper i libro
de vita contemplatiua/sic dicens: Scientes viri sancti
nihil aliud esse omnes res ecclesie:nisi vota fideliū/⁊ pre
cia peccatoꝝ/⁊ patrimonia pauperum:non eas vendica
uerūt in vsus suos: vt ppꝛias/sed vt cōmendatas paupe
ribus erogauerunt. Et idem dicit Aug.in authoritate su
perius circa questionis articulum allegata:posita.xxiiij.
q.vij.q̄ autem.⁊ in alijs iuribus ibidē allegatis. Ex qui
bus ⁊ alijs causa breuitatis omissis clare patet q̄ christ⁹
⁊ apostoli nō habuerunt dominiū nec ppꝛietatē loculoꝝ
nec eoꝝ que a fidelibus offerebantur:sed solum dispensa
tionem/administrationē/⁊ pcurationem pro necessitati
bus suis ⁊ alioꝝ indigentiū. ⁊ hoc idem expresse asserit
Aug.sup ps.ciij.qui incipit. Benedic anima mea dño.in
verbis illis/ Producēs fenū iumentis. sic dicēs. Habuit
dñs loculos in vsus eorū qui cum eo erant ⁊ suos: ⁊ reli
giosas mulieres in comitatu que ministrabant ei de sub
stantia sua:in his psonam infirmoꝝ magis suscipiēs. pre
uidit em̄ multos futuros ⁊ ista quesituros. Futurus erat
Paulus nihil tale aliquādo querens:⁊ omnia puinciali
bus donans:qui etiaꝫ mori optat Actuū.xxij.pro christo.
Sed quia multi infirmi ista quesituri erant:magis infir
moꝝ personam suscepit. sublimius tamen egit christus:
quia misericordius.hec ibi. Item idem Augu. de opere
monachoꝝ aliquātulum post pncipium dicit sic. Dñs mo
re misericordie sue infirmitatibus compatiens/quum ei
possent angeli ministrare:loculos habebat in quib⁹ mit
teretur pecunia que offerebatur vtiq̄ a bonis fidelibus
eoꝝ victui necessaria: quos loculos Jude cōmendauit.
hec ibi. Ex quib⁹ patet clarissime q̄ nec christus nec apo
stoli habuerunt loculos/nisi quātum ad dispensationem
⁊ administrationē condescendendo infirmis:⁊ nō quan
tum ad dominiū nec ppꝛietatem. Et vocantur infirmi:qui
timore eriūt talia requirunt: ⁊ sibi appropriant. vt.s.q̄
bus licet condescenderit quātum ad actum exteriorē:scꝫ
habendo loculos:vt dictum est supra. R. ad quoꝝ non tñ
quātum ad actum interiorem: scꝫ timorē ⁊ appropriatio
nem. Quare autem christus ⁊ apostoli postq̄ dictum statum
perfectionis ⁊ paupertatis assumpserunt:nusq̄ aliquas
in speciali nec in cōmuni per modum proprietatis ⁊ dñij
res possederunt:patet ex dictis euangelij ⁊ sanctorum ex
ponentium ea. Nam Math.x.post vocationem aposto
lorum eis vitam perfectionis tradēs sic dicit. Nolite pos
sidere aurum/neq̄ argentuꝫ/neq̄ pecuniā in zonis/neq̄
peram in via ⁊c. quod exponens Rabanus in originali
dicit sic. Consequenter hoc precepit euangelizatoribus
veritatis:quibus ante dixerat/Gratis accepistis:gratis
date.si em̄ sic predicant vt pcium nō accipiant: superflua
est auri ⁊ argenti nummorūq̄ possessio. Nam si habuis
sent aurum ⁊ argentum:viderentur non tam salutis ho
minū q̄ lucri causa predicare. Ideoq̄ subiūgit. Quia di
uitias detrūcauerat:ppemodum vite necessaria ampu
tat. vt apostoli vere doctores religiōis/qui docebāt oīa
gubernari dei prouidentia:seipsos ostenderent nihil co
gitare de crastino. ⁊ parum post. Hec loquebatur apo
stolis:vt securi non possiderent:neq̄ portarent huic vite
necessaria nec magna nec minima.hec Raba. Alia mul
ta originalia sanctorum loquentia de hoc.s.in.§.porro.
in ar.lv.in isto tractatu posui que nō repeto hic. Ex qui
bus patet q̄ apostoli fuerūt pauperes in summa ⁊ altis
sima paupertate:qua/vt dictum est/altior dari nō potest:
que est/nec habere in ppꝛio nec in cōmuni. Certum em̄
est q̄ si potuissent in cōmuni suo collegio dominia ⁊ pos
sessiones rerum appropriare:potuissent etiam per conse
quens aurum ⁊ argentum in cōmuni possidere. ⁊ si in cō
muni eoruꝫ collegio potuissent hec recipere ⁊ possidere:

frustra dixissent sancti ꝙ christus eis prohibuit ista possi
dere: ne viderentur causa lucri predicare. quū ita posset
cogitari ꝙ predicarent ⁊ questum facerent ꝓpter diuiti-
as acquirendas eoꝝ collegio: sicut pro lucro singularis
ꝑsone ⁊ frustra dicerēt sancti ꝙ per hoc christus aposto-
los exuit ab omni vite huius solicitudine. quū ita posset
esse materia solicitudinis pro acquirendo singulari colle
gio: sicut ꝑ singulari persona. Et irrationabiliter fuisset
eis interdictū ne quid in via tollerent: ⁊ ne sacculū neq̧
peram nec es in zonis portarent: ⁊ per cōsequens ne reci
perent aurum ⁊ argentum ⁊ pecunias: immo potius de-
buisset eis concedi vt ista reciperent ⁊ portarent ad ser-
uanda ⁊ possidenda ⁊ in cōmuni dominio habēda. Pre
terea si habere potuissent dn̄ia ⁊ possessiones in cōmuni
nō distingueret abdicatio apostolorum ab abdicatione
quā faciebat turba q̄ sequebatur apostolos: nec ab abdi
catione cenobitarum habentium dn̄ia ⁊ possessiones in
cōmuni: quā tamen distinctionē sancti faciūt. vnde glos.
Bede super illud Actuū. iiij. Multitudinis credentium
⁊c. dicit sic. Discernit ordinem doctorum ⁊ auditoꝝ. Nā
multitudo rebus scriptis copula charitatis inuicē iun-
gebatur. apostoli vero virtute fulgentes mysteria christi
pandebant. hec ibi. Ex quo patet ꝙ illa rerum cōmuni-
tas erat turbe: non apostoloꝝ. Nec huic repugnat ꝙ sta-
tim sequitur: ante pedes ipsoꝝ pecuniam fuisse positam.
quia hoc fiebat vt docerent pecunias esse calcandas. vt
dicit Hieronym⁹ ad Demetriadem. Hec etiam forma tra
dita fuit monastice seu cenobite vite. vnde glos. Bede su
per illud Actuū. iiij. Multitudinis credentiū, dicit sic.
Qui sic viuūt vt sint cōmunia omnia, cenobite vocant.
que vita tanto est felicior: quāto statum futuri seculi imi
tatur: vbi omnia cōmunia. Uel certe vt se ⁊ sua apostolis
te dispositioni cōmitterent sicut docet Ambro. super epi-
stolam ad Coꝝ. Hanc tamen rerum dispositionē malue-
runt cōmittere alijs: sicut in actibus legitur. Actuum. vj.
consequēter. Non est bonū nos derelinquere verbū dei:
⁊ ministrare mensis. Qd̄ quidem dixerunt vt ministerij
refugerēt distractionē: non quia per illud aliquid posse-
derunt: vt patet in authoritatibus supra allegatis. Ex q̄-
bus constat ꝙ sancti doctores ecclesie distinguunt inter
abdicationem apostolorum, ⁊ eoꝝ qui conuertebantur
per eos cenobitarum. que quidem distinctio nulla esset: si
concessum fuisset apostolis aurum ⁊ argentū in cōmuni
habere. Et ideo preceptum datum apostolis de non pos-
sidendo aurum nec argētum nec pecunias, intelligi de-
bet prout stare potest pro [illegible] suppositis distributiue et
etiam collectiue: interdicendo nō solum cuilibet singula
ri, sed etiam toti collegio apostolorum possessionem hu-
iusmodi. Et ideo dicit Petrus vice omniū apostolorum,
Ecce nos reliquimus omnia. Matth. xix. ⁊ qui dixit oia
nihil excepit. ex de maio. ⁊ obedi. solite. j. Coꝝ. xv. Heb. ij.
ff. de auro ⁊ argen. leg. l. plancius. ⁊ sic omnia tam in spe
ciali q̄ in cōmuni conclusit. Qr autem christus hanc pau
pertatis formam in seipso seruauerit quā apostolis ser-
uandam mandauit: probatum est longe. s. in. §. porro. in
ar. lv. per authoritates Chrysosto. super Matth. homil.
xxij. ⁊ per glos. super illud. Uulpes foueas habent, ⁊ ali-
as. Qr si forte dicat quis christum habuisse hospitiū non
cōmune: obuiat illud Chrysosto. in sermone de proditio
ne Jude vbi dicit. Quos preciosorum delectat pompa
marmorum cognoscant christum dominū omniū ⁊ loci
in quo caput reclinaret non habuisse. Et iō discipuli ipm
interrogant et dicunt: Ubi vis paremus tibi comedere
pascha? Matth. xxvj. Marci. xiiij. Luce. xxij. Sed si christ⁹
habuisset cōmune hospitium: illud discipuli non ignoras
sent: nec ipse caruisset loco in quo caput inclinaret ⁊ pa
scha comederet. Item Anselmus in libro de sacramentis
dicit sic. Pauper ita fuit christus: vt veniens in mundum
nō sua sed aliena domo nasceretur: natus propter inopi-
am loci in presepi brutorum animalium poneretur: et vi-
uens in mūdo non haberet vbi caput reclinaret: nec mo
riens vnde nuditatem suā tegeret: nec mortuus vbi in-
uolueretur: nec sepulcrum aut locum vbi corpus mortuū
locaretur. hec Anselmus. Item Beda super illud Mar.
xj. Circūspectis omnibus, in originali dicit sic. Intelligē
dum ꝙ domin⁹ tante paupertatis fuerit: vt in vrbe maxi
ma nullum hospitem nullāq̧ mānsionem, sed in agro par
uulo apud Lazarum sororesq̧ eius habitaret. Constans
igitur est ꝙ non hospitio solum sed ⁊ precio quo id cōdu
ceret caruerit: dum necessitate compulsus de vrbe exijt.
Hoc etiam ex ratione probatur: nam si filius dei ad hoc
assumpsit naturam humanam vt genus humanum qd̄ ꝑ
peccatum a statu innocentie conciderat, repararet: non
perfecte reparasset nisi assumpsisset naturam: ergo talē
assumpsit. vnde Augu. super illud Jo. j. Ecce agnus dei.
Si agnus: ergo innocens. ⁊ si assumpsit naturam innocē
tem: assumpsit eam s̄m omnem perfectionē anime quā
habuisset aliquis in statu innocentie. Sed in statu inno
centie fuissent homines sine dominijs distinctis: sicut pꝫ
dis. viij. §. j. ⁊ c. j. ⁊. s. in. §. porro in. lv. ar. Dixi igitur si chri-
stus tenuit statum innocentie: nō habuit dominiū distin
ctum in speciali vel in cōmuni alicuius rei: sed solum sim
plicem facti vsum licitum ⁊ concessū. Ex quibus omni-
bus ⁊ alijs pluribus iuribus et rationibus ꝓpter breui-
tatem omissis, ⁊ ex hijs que plenius inserūtur in libro de
perfectione euangelica: quē composuit frater Joānes de
ordine minoꝝ archiepiscopus Cantuariensis ⁊ solēnissi
mus magister in sacra pagina: ⁊ Apologia fratris Bo-
nauenture cardinalis episcopi Albanēsis magistri de so
lēnioribus mūdi tempore suo de ordine fratrum minoꝝ,
liquet manifeste ꝙ christus ⁊ apostoli nō habuerunt ali-
quid ꝓprium nec in speciali nec in cōmuni. Et ꝙ ecclesia
romana que in doctrina christi ⁊ apostolorum errare nō
potest. xxiiij. q. j. a recta. rectissime definiuit: dicendo ꝙ hu
iusmodi abdicationem omniū rerum tam in speciali q̄
in cōmuni christus ⁊ apostoli verbo docuerunt ⁊ exēplo
firmauerūt. Et siquis dictas authoritates scripture san
cte vel sanctorum aliter intelligeret vel exponeret q̄ ec-
clesia que spiritusancto regitur, intelligit ⁊ exponit: here
ticus foret censendus. vt. xxiiij. q. iij. heresis. Quinimo si
quis etiam ex sanctis doctoribus ecclesie aliter sentiret:
prohibebat tam in ꝓprio ꝙ in cōmuni: ⁊ eadem ratione de auro ⁊ argento: quū vnum fuerit preceptum vel consiliū. Tum quia sicut pera erat interdicta in ꝓprio: ita ⁊ in cōmuni. quū circa istud instrumentum cōuenienus non fit distinctio. Tum quia apostoli calciamenta in cōmuni eadem ratione portare potuissent: ⁊ tūc simpliciter calciati euangelizassent. quod est contra textum qui dicit. Prohibuit eis calciamēta: ⁊ concessit sandalia tantū. Mar. vi. Tum quia eodē modo diceretur de virga: quia portabāt virgam: sed non in ꝓprio. quod est cōtra doctrinam Aug. de cōcor. euan. qui dicit ꝙ non fuit eis concessa virga nisi spiritualis authoritas. ⁊ dictum Mat. exponit ad literā. ¶ Septimū fundamentū est. quia Luc. ix. in quo christus tradidit apostolorū regulā ſm beatū Amb. dicens. Nihil tuleritis in via: nec virgā, nec peram, nec panem, nec pecuniam, nec duas tunicas habueritis. voluit eos spoliare omnibus tēporalibus. quū ſm beatum Amb. ibidem, per ista intelligat omnia tēporalia. Sed si dicatur ꝙ ista spoliatio est intelligenda in ꝓprio ⁊ non in cōmuni. istud stare non potest. tum quia in seque. c. postꝙ christus dederat. xii. apostolis regulam: dedit. lxxii. discipulis. quibus licet prohibuerit sacculum, peram, ⁊ calciamenta: non tamen pecuniam, sicut apostolis aurū ⁊ argentū: vt ostenderetur ꝙ maior erat abnegatio apostolorū rerum tēporalium ꝙ discipulorū. Adde hic quod scripsi supra in. §. ad illud. iiii. scdo respōdeo. in ar. lvi. ⁊ in. §. sed contra hoc. in prin. in ar. lviii. Et tamē omnes credūt. xii. q. i. c. ii. ꝙ abdicauerūt omnia in speciali. Tū quia Mat. x. dans eādem regulam apostolis, interdixit eis es portare i zonis suis. ⁊ istud non potest glossari ſm cōmune ⁊ proprium. Tum quia in eodē precepto concessit eis virgam. id est authoritatem apostolicam ſm Aug. Et ita non solum in cōmuni sed etiam in speciali cuilibet. Tum quia sandaliorū vsum cōcessit: non solum in communi sed etiam in speciali. quū quilibet ipsis vteretur. ⁊ etiam eadem ratione de oibus aliis. ¶ Octauū fundamentū est. Matth. xix. quia dicente ibi Petro christo, Ecce nos reliquimus omnia: ⁊ secuti sumus te: qd ergo erit nobis: respondit christus. Amen dico vobis: ꝙ vos qui reliquistis omnia ⁊ secuti estis me. ⁊c. Et sequitur. Omnis qui re. do. aut fra. aut sor. propter me ⁊ euangeliū: centuplū accipiet: ⁊ vitam eternā possidebit. Ex quo loco aperte declaratur ꝙ cunctorū abnegatio pertinet ad euangelicam perfectionē. Sed ꝙ ista abnegatio fit non solū in ꝓprio: sed etiam in cōmuni: declarat quadrupliciter. Primo qr aplus Petrus q̄ ista dicebat, oia reliquerat: nihil retinēdo in ꝓprio vel in communi de iis que habebat. vt pꝫ in euangelio Mat. iiii. relictis inquit retibus ⁊ naui secuti sunt eū. Secūdo qr beatus Hiero. dicit in eodē loco ꝙ istam abnegationem fecit Socrates phs: cuius discipulus fuit Craton in hoc. ⁊ tamē cōstat ꝙ illi oia abiiciebant in cōmuni ⁊ in ꝓprio: non solū dimittēdo, sed etiam destruendo qd malū erat. vt in gestis beati Jo. euangeliste. Tertio qr in ista abnegatione continent duo bonorū genera: scꝫ bona naturalia, vt parētes. vt pꝫ in Jacobo ⁊ Joanne. Mat. iiii. ⁊ bona fortuita, vt possessiones: q̄ magis distant a spūalibus bonis: ⁊ maiorē nexū habemus ſm virtutē ⁊ naturā. sed illa bona oportet totaliter dimittere a viris perfectis tam in ꝓprio ꝙ in cōmuni declinando ab eorū comunitate in mūdi politia non solū in proprio ab eorū dominio. ergo multo magis cetera bona. Quarto qr magis meruerūt Jacobus ⁊ Joannes dimittētes patrem cuius erant nauis ⁊ retia: ꝙ Petrus ⁊ Andreas dimittentes tantū secūda que erant sua: quāto malus est bonū naturale ꝙ fortuitū. sed illi duo dimiserūt patrem non solū in proprio quoad dominiū: sed etiam in cōmuni quoad ciuitatem ⁊ mūdum: ergo multo fortius illi relinquere habuerūt bona fortuita tam in ꝓprio ꝙ in cōmuni. ¶ Nonū fundamentū est. quia Luce. xiiii. indicens modū sui discipulatus christus dixit. Omnis ex vobis q̄ non renuntiat omnibus que possidet: non potest meus esse

Apostolica tpalium abnegatio fuit et in ꝓprio et in cōi.

discipulus. Dicūt autem textum euangelii palliantes, ꝙ ista renūtiatio debet intelligi in ꝓprio: non in communi. sed ista expositio nō potest stare quadruplici ratione. Primo quia nō dat eius sensum perfectū. omne eīn quod verificatur ſm quid, diminute verificatur. Iste q̄ renuntiat tēporalibus bonis in singulari ⁊ non in communi non renūtiat eis simpliciter: quū habens in cōmuni habet simpliciter: sicut dans in communi dat simpliciter: aut emēs vel vendens. ergo ⁊c. Secundo quia ista glos. corrumpit textū in quo dicitur. Nisi quis renūtiauerit omnibus que possidet: nō potest meus esse discipulus. Ille autem q̄ rei habitē vno modo renuntiat: ⁊ ipsam alio modo habet: nō renuntiat rei: sed modo habendi ipsam rem: quū solū modum dimittat. vt patuit. Tertio quia ista expositio est contra legislatoris intentionē. dicit enim Greg. in homil. sup Matth. ꝙ istud nouū preceptum fuit a christo datum cōtra concupiscentiā alienorum. Unde sicut in vita veteri ⁊ carnali aliena concupiscūtur: ita in spirituali vita ⁊ noua propria donantur. sed in illa vita contingit concupiscere non solū in proprio: sed in cōmuni. vt patet de ciuitatibus, de terminis, ⁊ aliis rebus cōmunibus altercantibus ac de nobiis. ergo in vita noua ⁊ spūali sunt largienda: dimittendo non solū propriū sed cōmune. Quarto qr ista glos. detrahit a saluatoris documēto. qui alibi dicit Mat. xvi. Qui vult venire post me: abneget semetipsū. Et fortasse inquit Greg. laboriosum non est homini relinquere sua: sed valde laboriosum est homini relinquere semetipsum. sed quicūꝗ accedit ad perfectionem euangelicam relinquēdo seipsum: non solū relinquit se in proprio, vt sibi nō viuat: sed etiam in cōmuni, vt moriatur mundo. vt docet Paulus. Uos inquit existimate mortuos super terrā. ad Rom. vi. ergo multo magis relinquēs faciliora debet ea abiicere tam in ꝓprio ꝙ in cōmuni. Sed occurrit dubium quia Beda in glos. sua super illo verbo, dicit ꝙ abnegare omnia sicut hic christus dicit: non est omniū sed paucorū ⁊ perfectorū. sed illa glos. potius est ad propositū. ¶ Decimū fundamentū: qr ipse dicit Luc. vi. Ue vobis diuitibus qui habetis hic consolationē vestram. qd vtiꝗ non dicit diuitias simpliciter dānans. xxx. dist. ⁊ hec scripsimus. xii. q. i. duo. sed imperfectionē eis annexam. Quū autem consolationes corporales de q̄bus loquitur: ita ex diuitiis cōmunibus sicut ex propriis cōtingat haberi: sicut patet in monasteriis diuitibus, vbi monachi delicatius ⁊ pinguius viuūt: vtrobiꝗ imperfectio videtur annexa. Istud autē edictum dominicū ad propositū pertinere declarat ex duplici parabola in euangelio scripta. quarū prima est de illo diuite cuius ager attulit vberes fructus. Lu. xii. cui fuit dictū, Stulte hac nocte animā tuam repetam. quū in futurum cogitaret. ⁊ sequitur. Sic est qui sibi thesaurizat: ⁊ non est in deū diues. In quo monet nos dominus circa diuitias nos habere ac si statim deberemus spiritū reddere. Et tamen constat ꝙ talis nullū cōmune vel propriū, nisi forte alicuius rei necessariū vsum, sicut morientes nō quereret. Scda parabola est de semine qd cecidit inter spinas: ⁊ simul exorte spine suffocauerunt illud. Mat. xiii. ⁊ Luc. viii. quas spinas dixit dominus esse diuitias que in anima suffocant verbū dei. Diuitie autem in communi sunt vere diuitie distrahentes ⁊ solicitantes animum multipliciter possidentium scꝫ vt patet ad sensum. ¶ Undecimum fundamentū est. quia Luce. xii. exhortans christus suos discipulos ad euangelizandum paupertatem, dicit. Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Uendite que possidetis ⁊ date eleemosynā. Qr autem istud consilium saluatoris non intelligatur de abrenūtiatione temporaliū in speciali tantū, declaratur. Tum quia illos qui retinent bona in cōmuni: nō oportet possessiones vēdere: sed tantū cōmunitati dare. ⁊ tū datio ⁊ vēditio in cōsilio sunt expresse. Tum quia assignat dñs istius rationē. Facite vobis sacculos q̄ non veterascūt ⁊c. que omnia ita sunt contra tēporalia in communi. sicut in

speciali.quũ fur ⁊ tinea ista auferant/vt patuit/cõmunia sicut specialia. ¶ Duodecimũ fundamẽtum est q: Mat. viij.⁊.ix.ipse redemptor dixit cuidam ipsum volẽti sequi. Vulpes foueas habent ⁊ vo.ce.ni.si.autem ho.nõ habet vbi ca.su.re. Et ꝙ istud verbũ faciat ad propositũ declaratur.quia ipse dñs voluit in hoc verbo ostẽdere ꝙ ipse magis expropriatus esset ꝗ̃ bestie:vt pz ex ipsorũ verborum contextu.⁊ tamen constat ꝙ bruta nullũ habent in cõmuni dominiũ nec in speciali:nisi tantũ in eorũ foueis vsum determinatũ.quem tamẽ christus non habebat in domibus:quũ esset vagans: sicut de ipso fuerat prophetatum Hiere.xiiij. Quare quasi colonus futurus es in terra: et quasi viator: declinans ad manendũ: Quare futurus es velut vir vagus ⁊ fortis q̃ non potest saluare:que omnia sunt officia solũ in rebus vsum habentia. ¶ Ista aũt veritas cõfirmatur primo:quia christus fuit ita pauper in suo ortu/vt virgo mater ipsum pariens in diuersorio reclinaret:⁊ pãnis inuolueret in presepio. Lu.ij. Ecce quãta paupertas in rebus/in loco/in seruientib⁹. Unde Hiero.contra Eluidiũ. Nulla autem ibi obstetrix:nulla mulicularum sedulitas intercessit. Ipsa pãnis inuoluit infantem. ipsa mater ⁊ obstetrix fuit. Unde sequitur. Et pãnis eum inuoluit. Itẽ Beda. Qui totum mundũ nouo vestiuit ornatu:pãnis vilibus inuoluitur:vt nos stolam primã recipere valeamus iustitiã ⁊ innocẽtiam. Luc.xv. de peni.di. ij.§.romanos.ꝟ.quõ renouari.al's est.c.ibi. stola illa pma ⁊ ipsa iustitia est.⁊ ꝟ.sed nec adam.al's est.c. Itẽ grecus ibi. O admirabilem peregrinationem ⁊ coarctationem quã subijt qui continet orbem.ab initio captat penuriã:⁊ eam in se decorat. Nimirũ si voluisset:venire poterat mouendo celũ/concutiendo terrã/emittẽs fulmina. non autem sic processit.nõ enim hominẽ perdere sed saluare volebat:⁊ ab ipsis primordijs humanã conculcare superbiã atq3 ideo non tantũ homo fit:sed etiam homo pauper.et pauperem matrẽ elegit:que caret cunis quibus natũ infantẽ reclinet.sequitur em̃. Et reclinauit in presepio. Itẽ Ambro. Propter te ergo infirmitas in se firmitas.postea ꝓpter te inopia in se opulentia. Noli hoc estimare quod cernis:sed ꝙ redimeris agnosce. Plus dñe Iesu iniurijs tuis debeo ꝙ redẽptus sum:ꝗ̃ operibus ꝙ creatus. Non prodesset nasci:nisi redimi profuisset. ¶ Secundo q: ipse pauper fuit in suo progressu: vt de elemosynis acceptis de facultatibus ipsum sequentiũ sustẽtaretur. vt habetur Luc. viij. vbi dicitur ꝙ quũ Iesus iter faceret predicans per ciuitates ⁊ castella:mulieres que ipsum sequebantur ministrabant ei de facultatibus suis. qd̃ tamen necessariũ non fuisset:si aliquas facultates cõmunes cum apostolis ipse dñs habuisset.immo fuisset superfluũ ⁊ peccatum. q: habere ⁊ aliena accipere auaritia ⁊ rapina est.xlij.distin.§.j. ¶ Tertio q: ipe pauper fuit in sua passione:vt etiã oĩbus vestimentis spoliatus nudus in cruce penderet. Ioã.xix. Et ipsa tunica inconsutilis super quã sors missa est/vilis erat. Unde.ibi.desuper cõtexta per totum. Chry. Quia em̃ in Palestina duos pannos cõnectentes subtexunt indumẽta:ostendit Ioãnes ꝙ talis erat tunica Iesu:occulte vilitatem vestimentorũ insinuans. ¶ Quarto q: pauper post mortem alienis funeralibus ⁊ sepulcro sepult⁹. Matth.xxij. Et ideo quũ christus ita intense exẽpla summe paupertatis nobis ostenderet in seipso:nullus euangelicam veritatem diligens debet ambigere ipsum nihil in communi vel proprio habuisse. b

Christi paupertas multifariã ostenditur.

AD partem cõtrariam introducuntur.xij. noui testamenti conclusiones siue instãtie:que premissis obuiare videtur. ¶ Quarum prima est que scribitur Io.iiij. ꝙ discipuli christi id est apostoli ipso relicto iuxta puteum/ fuerunt in ciuitatem Samarie vt cibos emerent. Ex quo colligitur ꝙ apostoli habebãt pecuniam vnde emebãt cibos. Ad quod respõdetur ꝙ ipsi nec propriam pecuniam nec eis comunem habebant:que ipsorũ esset:sed erat sanctarum mulierũ christo ministrãtium. vt legitur Luc. viij. ⁊ ipsam pecuniam vel aliorũ apostoli dispensabant: non sicut suã/sed sicut alienam:donec cõmutaretur in victum necessariũ christo ⁊ apostolis eius. quẽadmodum seruus alicui⁹ patrisfamilias dispensat pecuniã eius in qua nihil dominij vel iuris habet: sicut precipitur vel innuitur vel nouit placitũ esse domino suo. Hec solutio probatur ꝑ parabolam de seruo dispensante pecuniã domini/⁊ cum eo lucrãte:⁊ de alio de mna dñi sui lucrante.⁊ de alio eam in sudario reponente.ad hec Matth.xxv.⁊ Luc.xix. ⁊ vtrobiq3 vocatur pecunia ⁊ mna dñi/⁊ non serui. ¶ Secũda instantia est:quia Luc.ix.dicente dño apostolis vt darent mãducare turbis:dixerunt. Non sunt nobis plus ꝗ̃ q̇nq3 panes:nisi eamus ⁊ emamus. Unde constat ꝙ pecuniam habebant vnde tante turbe poterãt emere cibos. Respõdetur ꝙ sicut apostoli potuerũt de pecunia mulierum vel aliorũ christo ⁊ sibiipsis prouidere tãꝗ̃ executores eã administrantes:in qua nihil habebant dominij: ita de eorũ voluntate toti turbe christum sequẽti potuerunt prouidere:quãdiu ille durabãt pecunie. Probatur hec solutio.q: pecunie quas dispensant executores/non sunt eorum.ex de testa.tua.⁊.c.penul.facit.xij.q.j.habebat. ¶ Tertia instantia est:quia christus soluit didrachmã ad vitandũ scandalum. Mat.xvij.xxviij.q.j.iam nunc. Unde videtur ꝙ saltem habuit illum staterem inuentum in ore piscis per Petrum quem soluit. Didrachmã continet duas drachmas. Drachma valet duos denarios vsuales. Stater duas didrachmas.⁊ sic stater valet octo denarios. Istum staterẽ inuenit Petrus de mãdato christi in ore piscis:quem soluit pro tributo pro se ⁊ christo.de hoc.xxiij.q.j.est aliud.⁊ xxiij.q.viij.tributum.xj.q.j.magnum. adde hic quod scripsi supra.§.item istam questionẽ.ꝟ.item Hieronymus.in arti.lvij. Sed ibi glos.Hieronymi soluit ad oppositũ:que dicit sic. Dñs tante paupertatis fuit: vt vnde daret tributum non haberet. Iudas enim in loculis habebat cõmunia:sed res pauperũ in suos vsus conuertere nefas duxit. Unde colligitur ꝙ christus fuit pauper. non solũ in proprio:sed etiã in cõmuni.quũ quilibet habens in cõmuni de ipso cõmuni possit tributa prestare. Sed occurrit obiectio quomodo potest aliquis soluere aliquod tributũ nil omnino habẽs. Respondetur ꝙ sicut seruus portans res domini sui soluit vectigal de eius ⁊ nõ de sua pecunia:vel ali⁹ alicui⁹ domini negotiorũ gestor: Ita potuit christus vel beatus Petrus de nõ sua pecunia soluere didrachmã. Probatur hec solutio. quia seruus non possidet ea q̃ sunt in peculio:sed dominus.ff.de acqui.pos.ꝙ seruus.⁊ no.xij. q.j.non dicatis.glos. Sed tunc occurrit secũda dubitatio cui⁹ erat stater ante ꝗ̃ solueretur.quũ a nullo domino Petrus ipsum sumpsisset. Respondetur ꝙ ille stater nullius fuit illo tẽpore:quia nullus potest volens alicui⁹ rei accipere dominiũ.ff.de acqui.pos.si de eo.§.j. Et ideo sic erat stater ille in manu Petri sicut in ore piscis quoad dominiũ. Sed si dicatur:quomodo potuit soluere id quod suũ non erat? Respõdetur ꝙ ad soluendũ obligatus nõ erat. vt dominus ibi dicit.sed sufficiebat ꝙ sedaret scandalum iudeorum ⁊ ꝙ nulli preiudiciũ fiebat:quia vt dictum est:stater in nullius dñio erat. Probatur hec solutio. q: neq3 maris neq3 piscium ante capturam aliquis dominus est:nisi creator eorũ deus.dist.viij.quo iure.pñ.lxxj. Et dominabitur a mari vsq3 ad mare. ¶ Quarta instãtia est:quia Io. xij.scribitur ꝙ Iudas dicebat. Quare vnguentum istud non ve.⁊c.non quia de egenis pertinebat ad eũ:sed quia fur erat:⁊ loculos habens ea que mittebantur portabat. Ex quo habetur ꝙ christus habuit loculos in q̇bus portabantur ea que mittebantur:⁊ sic habuit in cõmuni. Respondetur ꝙ habuit loculos dñs ꝫm Aug.q: ecclesia erat habitura loculos.xij.q.j.habebat.⁊.c.exemplum. Ex quo colligitur ꝙ christus loculos nõ habuit nisi quia ecclesia erat habitura.⁊ sic non pro se:sed vt ecclesie esse licitũ demonstraret:⁊ in personam infirmorum.vt in decre.exijt.⁊

[Contra] argumẽtis pñt iprobari q de apostolorum paupertate dicta sunt.

supra sepe

s.sepe dictum est. Sicut et dicitur de fuga quã christus fecit ad condescendendum infirmis. vt dicit Augu. super illud Jo.vij. Ambulabat Jesus in galileam. ¶ Quinta instãtia est: quia Jo.xiij. quum dixisset dñs Jude. Quod facis fac citius. quidam putabãt quia loculos habebat Judas: vt diceret ei dñs. Eme ea q̃ necessaria sunt nobis ad diem festũ: aut egenis aliquid daret. Ex quo loco colligũt quidam ꝙ aliquid tenuerit Judas in cõmuni. sed iam ad hoc facta est responsio fm Augu.xij. q.j. habebat. in figuram ecclesie loculos habiture. Unde non habuit christus loculos ad pecuniam possidẽdam. quum hoc vt.s. patuit apostolis prohibuerit. sed tm̃ ad pecuniam seruãdam ad indigentiam egenorum. Pecunie autem seruatio pro necessitatibus ingruentibus nullam in seruante arguit possessionem: quũ alienum cõtingat in omni deposito: cuius apud deponentem dominium et possessio retinetur. ff. depositi. licet. §.j. ¶ Sexta instantia est: quia Luc.xxij. videtur dñs reuocasse regulam quam dederit apostolis: quando inquit. Quando misi vos sine sacculo et pera: nũquid aliquid defuit vobis? Quib' respondentibus, Nihil. dñs subiungit. Et nunc qui habet sacculũ tollat: similiter et peram. ꝛ qui non habet gladiũ: vendat tunicam suã et emat gladiũ. Respondetur ꝙ non reuocauit: sed in illo tp̃e id qd̓ pacis tempore instituerat dispensauit. Unde glos. ibi. Nõ eadem inquit forma viuẽdi vel regula persecutionis: que pacis tempore discipulos informat. et cetera quã.s. posui. Et per istum modum etiam credunt aliqui doctores christum habuisse loculos: q: non legimus christum habuisse loculos nisi tempore passionis in textu diuine scripture. ¶ Septima instãtia est: quia christus in morte habuit vestimẽta que erant sua. Jo.xix. Partiti sunt vestimẽta mea: et super vestẽ meã miserunt sortem. Sed instantia arguit de proprio in speciali. Sed respondetur ꝙ erant sua quantum ad vsum: et proprietas illorum qui dederant. sicut vestimẽta filijfamilias ꝛ serui sunt patris. et dic sicut lati'.s. dixi in.§. istam questionem. ver. ꝙ non obijcitur. in ar. lvij. ¶ Octaua instantia est: ꝙ Jo.xxj. dicitur ꝙ Petrus post christi resurrectionem redijt ad piscãdum. vbi dicit Augu. ꝙ lictum fuit ei seruata perfectione apostolica victũ per piscationẽ acquirere. Et beatus Grego. ibidẽ dicit. Negotium qd̓ ante conuersionem sine culpa extitit: post conuersionem repetere culpa non fuit. de peni. dist. v. negotium. Et tunc videtur ꝙ licuit beato Petro pisces suos vendere ad victum habendum: quod non potuit fieri nisi in eis habuisset aliquod dominium. Respondetur ꝙ nũꝗ Petrus pisces suos vendidisset: sed dedisset: aut potius dimisisset eos pro victu sibi necessario dãs laborem solum. Et si queratur cuius fuerunt illi capti pisces ante aliorum acceptionẽ. Respondet ꝙ nullius fm dominiũ: sicut nec in mari. quum nullus acquirat ius in re inuitus: sicut maria et flumina et litora in nullius bonis sunt hominis specialis. insti. de rerũ diui. §. litor. vbi no. et dixi.s. Et hoc ecclesia determinat in regula beati Francisci: quã ex certa sciẽtia approbauit ꝛ toties confirmauit. in. c. fratres. Illi quibus gratiam dedit dñs laborandi: laborent fideliter ꝛ deuote ꝛc. Et infra. De mercede vero laboris ꝓ se ꝛ suis fratribus corporis necessaria recipiant: p̄ter denarios vel pecuniã. Uera regula ista apostolica digito dei viui scripta soluẽs dubia et abnegãs propria. ¶ Nona instãtia: quia j. ad Timo. vj. dicitur. ꝙ habentes alimenta et quibus tegamur, his cõtenti simus. x. q. ij. episcopus. Ex quo habetur ꝙ ad minus oportet victũ et vestitum habere: que cõmode haberi non possunt sine aliqua pecunia. Sed respõdetur ꝙ ista authoritas est magis ad oppositum: q: nummis erat contentus apostolus ad vitam trãsitoriam. Alimentorum autem et vestimentorum vsus sufficit sine dominio: vt patet in seruis et filijs. vnde plus in istis non requirebat apostolus: vt ibidem dicit. Q: autem apostolus idem nõ habuit nisi vsum solum: ipse expresse testificatur ad Phil. iiij. vbi gratias agit quia ei miserant bis alimoniam. bis in vsum inquit: et non in dominium. ¶ Decima instantia est: quia ipse Paulus fuit scenofactorie artis: id est pelliparius. sicut dicit Chrys. de laudibus Pauli. et de ministerio suo lucrabatur victum suum. Act. xviij. et sic lucrum illud erat ad minus suum. Unde dicit ad Ephe. iiij. Unusquisq; magis laboret manibus suis: qd̓ bonum est. vnde operabatur ad lucrum vt non grauaret ecclesiam. j. q. ij. sacerdos. Sed respondetur ꝙ illi apud quos manebat: vt dicitur in preallé. c. Actu. xviij. accipiebant lucrum: et prouidebant ei de victu: sicut faciunt magistri principales in mechanicis de scholaribus quasi suis. At si ipse reciperet pro necessitatibus suis ad seruandum: tunc remansisset dominium apud dantem: et authoritas donec pecunia fuisset expensa. vel hic dicendum est sicut de Petro.s. in. viij. instantia. ¶ Undecima instantia est: quia Act. xx. dicitur. Beati' est dare ꝙ accipere. ex. de cele. mis. cũ marthe. §. j. Et ideo ille religiones que habent aliquid in communi videntur beatiores: et sic perfectiores: quia possunt dare: ꝙ ille que semper habent recipere. Respondetur ꝙ ista ratio probat ꝙ quanto est ditior status: tãto est perfectior: immo ꝙ perfectius est habere in proprio, ꝙ in communi solũ. quum res que proprius possidentur, liberius possint dari. Sed dicendum est ꝙ quo modo pauperes euangelici possunt recipere, eo modo possunt dare de licentia dominorum: sicut et vti. et sic faciebat sanctus Frãciscus. et est expressum ex de verbo. signi. exijt. lib. vj. de ministris qui de licẽtia pape possunt dare in ordine et extra ordinẽ, excepta pecunia: quam etiam de voluntate illorum quorum est nõ possunt cõtrectare aut dispensare. vt in decre. exijt. de verbo. signi. lib. vj. ꝛ in decre. exiui. de verbo. signi. in clemen. §. cupientes. Et sic dantes pauperes beatiores sunt, ꝙ alij pauperes non euangelici recipientes: quia cũ paupertate et de paupertate sua faciunt misericordiam. et sic intelligit istud verbum, Beatius est dare. Jo. cassi. in. xij. libell. in. x. libello de spiritu acidie. Unde christus non solum recipiebat: sed et dabat pauperibus. et facit quod legitur ꝛ no. lxxxvj. dist. non satis. in glos. ar. ꝙ pauper vsum habet in rebus quas recepit: nõ dominiũ. Et hic adde qd̓ longe.s. notaui de isto ar. in. §. ex quo sponsa. ver. item ad Ephes. iiij. in arti. lj. et. j. in. §. hoc autem preceptum. ver. super illud. in arti. lxv. ¶ Duodecima instantia est de. c. sepe dicto. xij. q. j. dilectissimis. ꝙ apostoli viuebant in illa communitate ecclesie primitiue. Respõdetur per doctores ꝙ illa fuit regula discipulorum et non apostolorum christi. ¶ Ista solutio declaratur quadrupliciter ex ipso textu sacre scripture. Primo quia ipse dominus dedit aliam regulam quoad aliqua apostolis et aliam discipulis. vt patet Luce. ix. expresse. Et ideo. c. preallé. dilectissimis. loquitur de discipulis qui non fuerunt ita perfecti. nihil est ad oppositum. ¶ Secundo quia ibi dicit tex. Act. iiij. Multitudinis inquit credentium ꝛc. erant illis omnia communia. Illius autem multitudinis in communitate non nominabantur apostoli: sed nominabantur conuersi ad fidẽ. Unde sequitur ꝙ nemo ceterorum audebat se iũgere apostolis: sed magnificabat eos populus. Ex quo patet ꝙ populus et multitudo erant ab apostolis sequestrati. ¶ Tertio quia fideles vendebant agros: et ponebant precia ante pedes apostolorum: et illi non detinebant sibi: sed diuidebant prout vnicuiq; opus erat. vnde nõ erant ipsi possessores: sz tm̃ distributores. quod officium in re dominiũ non requirit. vel sicut testamentorum executores. vt.s. dixi. ¶ Quarto quia Actu. iij. quum ille claudus speraret a Petro eleemosynam: dixit ei Petrus. Argentum et aurũ non est mihi ꝛc. Si autem aurum et argentum in communi habuisset: de illo sibi communi eleemosynam sibi facere potuisset: maxime quia caput erat totius ecclesie principale. Adde hic quod scripsi.s. in. §. sed cõtra hec dicendũ. satis in prin. in ar. lviij. ¶ Intelligendum est tamen ꝙ habere aliquid in communi potest intelligi quatuor modis. Aut haberi per modũ vniuersaliter aut naturaliter dominantis. sicut communi.

Non eadem fuit aplor et discipulorum regula.

Quadrifariã potest ꝗ̃d habere in

in communi omnia bona regni sunt regis. dist.viij.quo iu
re.sicut dicebat Abneger ad Dauid.Cuius erūt queq; bo
na israel:ij. Reg.iij.in tex.Cui⁹ est terra:Unde reges non
sunt domini proprietarij rerum singularū regni:sed quan
tum ad defensionem et gubernationem.legitur et no.C.
de quadri.prescrip.bñ a zenone.facit ex de sup.ne.pre. grā
di.lib.vi.ex de iureiurā.intellecto. xxiij.q.viij.§.ecce. super
verbo/aneret.et in glos.super hoc verbo/posita.que inci/
pit/et ita. Aut per modum particulariter possidētis. sicut
Saul preter regnum possessiones quas reddidit Dauid
Miphiboseth.ij.Reg.ix.Aut per modum fideliter distri/
buentis.vt Joiada sacerdos distribuebat pecuniam ope
rarijs domus domini quam populus offerebat.iiij.Reg.
xij. Aut per modum sumentis vtiliter.i.ad solum vsum si/
bi necessarium: sicut vidue et pupilli sumebāt sibi victum
de ijs que conseruabat Onias.ij.Macha.xij. Nunc autē
christus habuit omnia in ratione vniuersaliter vel natu/
raliter dominātis:quia iure naturali:quum ipse esset prin
ceps omnium spiritualium ſm humanitatem habuit sub
se principatum temporalium.Sed non habuit in commu
ni in ratione possidētis particulariter: quia oppositū pre/
cepit apostolis:vt nihil possiderent. Tertio habuit in cō/
muni ad distribuendum: ex quo ad necessitatem suam su/
mebat ex premissis. ¶ Intelligendum est vlterius q̄ chri

Qua/
tuor ob
causas
christ⁹lo
culis vte
batur.

stus vtebat loculis quadruplici ex causa. Primo quoad
necessitatem suam sumendo.Et ideo dicitur Jo.xij q̄ qui
dam putauerūt quādo dixit Jude.Quod facis facitius:
q̄ diceret ei/Eme ea que nobis sunt necessaria ad diem fe
stum.quod non cogitassent:nisi alias vidissent simile. Se
cundo vtebatur ad pauperum indigentiam releuandam.
quia ibidem dicitur q̄ aliqui putauerūt q̄ ei quia loculos
habebat mandaret q̄ egenis aliquid daret. Unde habet
q̄ de illis loculis cōsueuerat egenis aliquid prouidere.et
est expressum.xij.q.j.habebat.Tertio vtebatur loculis ad
dandum exemplum infirmis.vt.s̄.sepe dictum est.Quar/
to vtebatur ad dandum exemplum perfectis: vt pro tem/
pore tribulatiōis loculos habere possent. vt.s̄. patuit ſm
Bedam. et bursarios quum per loca inhospitalia transi/
rēt. Et nulla istarum causarum arguit ipsum habuisse do/
minium aliquod in pecunia: quia de alieno potest quis su
stentari et aliena distribuere.sicut de omnibus istis.s̄.lon
gius copiosissime dictū est in.§.q̄ simplex facti vsus.in ar.
lvi.cū quinq;.§.subsequentib⁹ positis sub suis ar.⁊.j.in.§.
hoc autem preceptum.ver.fuit ergo vna causa. in art.lxv.
Nec ad hoc obuiat Jo.xiij. q̄ omnia dedit ei pater in ma/
nu:et sic videtur q̄ omnia in eius dominio fuerūt.q: sicut
dictum est/omnia erāt in manu eius iure naturaliter vel
vniuersaliter dominantis:non in speciali vel in communi
particulariter iure proprietario possidentis. Predicta de
intellectu euangelij de paupertate loquētis et de vsus se/
paratione in religiosis a proprio quo carent: intelligo sal
uo intellectu constitutionum dñi nostri dñi pape Joā. de
ista materia loquētium quibus sto:et cuius correctioni cō
misi in prin.istius operis/in medio/hic et in fine hoc op⁹.
Facta vtili digressione.a.§. porro omnis religio.huculq;.
de perfectione euāgelica christi et aplorū:et fratrū minorū
regula et declarationibus eius.Nūc ad materiam de qua
incepi.s̄.§.nūc vero ad religiosorū.in ar.liiij.scʒ de religio/
sorū vitijs/et primo de proprietatis vitio redeamus.

¶ Articulus.lxiiij.

Et adhuc petita ve/
nia a dominis religionis: de quorum nume/
ro indignus ego sum: pro eorum et mea vti
litate/et quia est posteris plurimum profu/
turum: de eorum statu et defectibus latius scriptitabo.
¶ A Et quia in preall.§.nunc vero. dixi quomodo reli/
giosi offendunt in vitio ꝓprietatis in ingressu religionis:
nūc dicēdum quomodo offendunt in eodem vitio in pro/
gressu. Nā istius tēporis hypocritalis nostri regulares ali

qui presertim mendicantes/qui arctius paupertatem ser
uare tenentur.ex de exces.prela.c.peñ.⁊ si.in multis in ista
proprietate offendunt. ¶ B Tum primo quia vltra ve

In reli/
giosos
auri cu/
pidos.

ras necessitates/etsi frequenter non habeant:res tñ mun
di et maxime pecuniam habere cupiunt et intēdūt.Unde
auaritia dicitur ab aueo aues.i.cupio.vel ab auro et sitio:
quasi aurū sitiens. Ad hoc.xlvij.di.sicut hi.xiiij.q.iiij.quid
dicam.et.j.q.j.§.ex his.ibi.Crassus aurum sitiuit:⁊ aurum
bibit.Unde nō sunt pauperes spiritu.i.voluntate. Mat.
v.Beati pauperes spiritu.vbi Hiero. Qui scʒ propter spi
ritū sanctū volūtate sunt pauperes.Alij pauperes etsi fre
quenter sint rebus pauperes: non abijciūt tamen diuitis
volūtatem. vt dicit Daniel in collatione sua que est.iiij. in
lib.collationū Jo.cassi. ¶ C Et de talibus dicit Clima
cus in gradu.xv.de auaritia.in tit.de celesti cursu pauper/
tatis. Qui est irrationabiliter.i.inuolūtarie pauper et in/
discrete:leditur in duobus: quia a presentibus est abstra/
ctus et elongatus:et priuatus est a futuris. Et ſm Hiere.
contritione duplici conteruntur: et presentis egestatis et
future.Hiere.xvij.ſm enim Bernar.sermone.clj. Duo ha
bet paupertas voluntaria sequentium christum: afflictio
nem.s.et vilitatē.de quibus ps̄.xxviij. Uide inquit humili
tatem meam et laborem meum.Et propterea in terra sua
duplicia possidebunt.Esa.lxij. vt pro pudore sit honor iu/
diciarie potestatis. ꝓ labore refrigeriū placidissime sessio
nis.Uñ Job.xxxvj. Judiciū dedit pauperibus. Mat.xix.
Uos q̄ secuti estis me ⁊c.et Grego. Quisquis diuini amo
ris stimulo incitat⁹ hic possessa reliquerit:in iudicio ꝓcul/
dubio culmē iudiciarie potestatis obtinebit. ¶ D Sed
multi religiosi nostri temporis neq; viles apparere appe
tunt:nec penuriam sustinere.contra quos Bern̄. super il/
lud Mat.v.Beati pauperes spū.Sunt qui pauperes eē
volunt:eo tamen pacto vt nihil eis desit.et sic diligūt pau
pertatem:vt nullam inopiam patiantur:nec vilificari/sed
glorificari appetunt. Unde tales a dño odiuntur:q: odit
deus inter illa tria superbum pauperem. Eccli.xxv. Tū se/
cundo q: sicut habent tales mentē auaram: sic quum offe
runtur vel dantur superflua: recipiunt. et diuersis modis
et ingenijs aurum extorquent a barbaris.C. de cōmer. et
merca.l.ij.et ex de pe.⁊ re.abusionibus. Et reuera nūq̄ ta
les communiter satiantur.vt in clemen.xiiij.q.iiij. quid di/
cam.quia habent animas calidas quasi ignis ardens:nec
extinguit donec degluttiāt.Eccli.xxiij.Greg. Auaritia desi
deratis rebus nō extinguit:sʒ augetur: more ignis cuius
flāma ex lignis adiectis videt cōprimi: sed paulo post cer
nitur dilatari.Uere tales religiosi mendicātes/sunt pau/
perū qui vere indigēt necatores.Eccli.xxxiiij. Panis egē/
tium vita pauperis est. qui defraudat illum homo sangui
nis est.ar.ad hoc.xiiij.q.ij. qui oblationes.j.⁊.q̄.xij.q.ij. qui
abstulerit.et.c.amico. sub.c.gloria epi. Tales etiā fures et
latrones sunt.quia ſm Hiero. Aliena rapere conuincitur:
qui vltra necessaria sibi retinere probatur.xlij.dist.§.j.ver.
quomodo.⁊ preall.c.sicut hi.ex de resti.spolia.sepe.Et ſm
Ambro.Qui accipit/et non indiget:rapit. Job.xv. Ignis
deuorabit tabernacula eorū qui munera libenter accipiūt.
Esa.xxxiij. Beat⁹ qui excutit manus suas ab omni mune/
re.j.q.j.sunt nonnulli.vbi verba Esa. per Grego. de tripli/
ci munere exponuntur/lingue/adulationis/obsequij/et
cuiuscūq; rei temporalis.ad idem ex de simo.etsi questio/
nes.Et ideo dicebat beatus Franciscus verus ⁊ nō fictus
expropriatus et pauper. Nūq̄ fui fur et latro.i.de elemo
synis que pauperum sunt hereditas: semper minus acce/
pi q̄ me cōtingeret: ne defraudarentur alij pauperes sor/
te sua:quia contrarium facere furtum esset. ¶ E Cōtra
tales Luce.xxj. Uidete ne grauentur corda vestra crapula
et ebrietate et curis huius vite. Quod exponens Isaac in.j.
sua collatione de oratione. vt legitur in li. collationū Jo.
cassi.ait. Est notādum quibus ex causis grauari mētē dñs
designauerit. Non enim adulteria/non fornicationes/nō
homicidia/que mortalia esse nullus ignorat.xxv.distin.§.

criminis.ver.ea deinde.⁊ ex de iureiuran.etsi christus. sed crapulam posuit et ebrietatem et curas seculares: que intantum nemo hominum huius mundi cauet: aut damnabilia iudicat: vt etiã nonnulli (quod pudet dicere) semetipsos monachos nuncupantes iisdem ipsis distentionib⁹ velut innoxijs et vtilibus implicentur. Nã ꝙ seculares cure cadere in nos religiosos nonnunꝙ possint: certa et manifesta rõne monstratum est ſm regulam seniorum: qui quicquid necessitatem victus quotidiani ⁊ ineuitabilem vsum carnis excedit: ad secularem definierunt curam et solicitudinẽ pertinere. vt verbi gratia. Si quum possit operatio vnius solidi necessitatem corporis expedire: ad duorum vel trium solidorum acquisitionẽ nosmetipsos propẽsiore velimus opere et labore aut habendi solicitudine et cura distendere. Et quum duarũ velamẽ sufficit tunicarũ. Mat. x. ad vsum scz noctis et diei: tres vel quatuor: fieri procuremus. Quumqꝫ vnius vel duarum sufficiat habitatio cellularum: ambitione seculari atqꝫ amplitudine delectati quatuor seu quinqꝫ cellas et easdem exquisiti ornatus ⁊ capaciores ꝙ vsus desiderat, extruamus: passionem libidinis mundialis in quibus possumus preferentes: quod nõ nisi instinctu demonum fieri manifesta nos experimenta docuerunt. ⁊ paulo post. Et idcirco morbum ambitus secularis nostris mentibus non inesse, non vtiqꝫ tantum eorum ignotorum abstinẽtia comprobabit: que etiam si velimus explere nõ possumus: neqꝫ illarum rerum aspectus quas si affectauerimus, tam apud spirituales viros ꝙ apud seculi homines notabiles prima facie redderemur: sed etiã quũ illa que nostre suppetunt potestati: ⁊ honestate quadam videntur obnubi: rigida mente respuimus. Et reuera non minus hec que minima videntur: queqꝫ ab iis qui nostre ꝓfessionis sunt cernimus indifferẽter admitti: pro qualitate sua aggrauãt mẽtem: ꝙ illa maiora que ſm suũ statum secularium sensus inebriare consueuerunt: non sinentia deposita fece terrena ad deum in quo semper defixa debet esse intentio monachi, respirare: cui ab illo summo bono vel parua separatio mors presens ac perniciosissimus interitus est credendus. hucusqꝫ verba Ysaac. q̄ etiã in eadem collatione de huiusmodi superflua seculari cura tale ponit exemplum religiosis perpetuo recordandũ.

¶ F Nam quidam probatissimus seniorum quũ transiret iuxta cellam cuiusdam fratris hac animi quã diximus egritudine laborãtis: vtpote qui extruendis reparãdisqꝫ superfluis inquietus quotidianis distentionibus insudaret: et eminus conspexisset eum graui malleo saxũ durissimum conterentem: vidissetqꝫ ethiopem quẽdam. i. demonem adstantem illi: et vna cum eodem ictus mallei iũctis consertisqꝫ manibus illidentem: eũqꝫ ad operis illius instantiam ignitis fascibus instigãtem: diutissime substitit, vel impressionem durissimi demonis vel fraudem tãte illusionis admirans. quum em̃ nimia lassitudine fatigatus frater requiescere iam finemqꝫ operi voluisset imponere: instigatione illius spiritus animatus iterũ resumere malleum, nec desinere ab intentione cepti operis vrgebatur: ita vt eisdẽ eius incitamentis infatigabiliter sustentatus tanti laboris non sentiret iniuriam. Tandem igitur senex tam dira demonis ludificatione permotus ad cellam fratris diuertit: salutansqꝫ eũ q̄d inquit est frater istud opus quod agis? At ille, laboramus ait cõtra istud durissimum saxum: vixqꝫ illud potuimus aliquãdo conterere. Ad hec senex. Bene dixisti, potuimus. nõ enim solus eras quum illud cederes: sed alius fuit tecum quem non vidisti: qui tibi in hoc opere non tam adiutor ꝙ violentissimus impulsor adstabat. hucusqꝫ Cassi. Adde hic quod scripsi. s. in. §. labor autem. in si. in. li. art. ¶ De religiosis etiam istius tẽporis multis satis illud competit Baruch. iii. Argentum et aurum thesaurizant: et non est finis thesaurorum eorum. Nam nedum inter monachos sed inter mendicantes aliqui maxime prelati ⁊ literati inter eos summas librorum pannorum et supellectilium habent: ⁊ ducunt scrinia magna et capsas: nedum contra euãgelium peram. Luc. xxii. Et eorum celle non pauperum domũcule et tuguria et diuersoria videntur: sed mercatorum camere et pontice et speciariorum apothece et enthece. contra illud canonis. enthecam habere non licet. et loquitur de religiosis. xii. q. i. nolo. Quicquid quasi preciosum habere possunt: reponunt non in celis. Matthei. vi. sed vbi fures effodiunt et furantur: et tinea demolitur. Multorum supellectilia religiosorum plus constant ad portandum: quum se mutãt de loco in locum: ꝙ valeat quicquid in mundo antea possidebant. Nummos et pecunias tantas quidam mali religiosi habẽt: quãtas habere possunt: immo nedum in vno loco quidam eorum, sed in locis diuersis scrinia et armaria tenent. Contra quos omnes predictos Jo. cassi. in. iiii. lib. de institutis renuntiantium ait de illis sanctis monachis egyptijs inter quos nullum peculiare opus a quoꝙ penitus affectatur. Quumqꝫ totã enthecam cenobij suã credat esse substantiam: ad retinendam nihilominus arrepte nuditatis virtutem quam studet ad finem perfecte inuiolabiliter custodire: ita semetipsum quisqꝫ a cunctis extraneum ⁊ ex omnibus iudicat alienum: vt tamꝙ peregrinum se gerat: alũnũqꝫ se potius monasterij reputet ac ministrum, ꝙ dominiũ cuiusꝙ rei presumat. Ad hec nos miserabiles quid dicemus? qui in cenobijs commorãtes, ac sub abbatis cura et solicitudine constituti peculiares circumferimus claues: omniqꝫ professionis nostre verecundia et confusione calcata, etiam annulos quibus recondita presignemus in digitis gestare palam non pudet: quibus non solum cistelle vel sporte, sed nec arce quidem vel armaria ad ea que cõgerimus vel que egressi de seculo reseruauimus condenda sufficiunt. Quiqꝫ ita nõnunꝙ pro vilissimis nullisqꝫ rebus in iram accendimur: eas dumtaxat velut proprias vendicantes: vt si quis vel digito quicquid ex iis contrectare presumpserit: tanta cõtra eum iracundia inardescamus: vt commotionem cordis nostri ne a labijs quidem ac tota corporis indignatione reuocare possimus. hucusqꝫ Joã. ¶ Contra quemdam sic peculiaria possidẽtem ait sanctus Basilius. Et senatorem inquit Syncleti perdidisti: et monachum nõ fecisti. vt narrat ibidem Jo. cassi. Sed contra hoc dicunt multi ex talibus regularibus tepefacti ꝙ talia omnia etiam superflua tenẽt de suorum licentia prelatorum. Ad quos respõdeo ꝙ prelati simplicium et claustralium regularium administrationes non habentium non possunt cum talibus ꝙ habeant et vtantur superfluis dispensare: quia istud non est dispẽsare vel rectam licentiam dare, sed dissipare: quia dispensatio est discreta pensatio necessitate vel vtilitate suadente. i. q. vii. §. vbi rigor. vbi de hoc. cum. c. sequentibus. Quũ enim quilibet religiosus victu et vestitu debeat esse contẽtus. i. Timo. vi. vt superius est ꝓbatũ. xii. q. i. denique. c. episcopus. c. habebat. quomodo cõtra iura et eorum regulas potest cum talibus in tali auaritia dispẽsari? nam vbi peccatum implicatur: licentia vel dispensatio nõ habet locũ. arg. dist. viii. que contra. et. xiiii. dist. §. i. cum. c. seq. et de iureiuran. etsi christus. §. quedam. Unus enim in congregatione debet esse prelatus: et ille cui cõmittit: qui bona monasterij aut illius religionis debet dispensare prout vnicuiqꝫ opus fuerit. vt. xii. q. i. c. ii. c. quia tua. c. scimus. xviii. q. ii. nullam. et. c. abbates. Et ꝙ in hoc prelati dispensare nõ possunt cum suis religiosis subditis super peculio habendo vel proprietate, expressum est in concilio Lateranensi ex de sta. mona. c. ii. §. qui vero. et. c. cum ad monasteriũ. §. fina. et maxime in pecunia ad libitum monachi expendenda: nunꝙ salutifera esset dispensatio: quia in pecunia magis inest quedã species proprietatis ꝙ in alijs rebus. Unde magis denominatur peculium de pecunia ꝙ de alijs rebus: quamꝙ nomen pecunie quicquid habẽt homines comprehendat. i. q. iii. totum. et argu. ad hoc ex de pigno. c. vlti. lxxxviii. dist. eijciens. palea est. Unde quamꝙ possit prelatus dicere suo subdito religioso, De pecunia tibi dat

ta vel quam tibi de monasterio do vade eme tibi habitum
vel tunicam/vel calciamēta/vel alia necessaria sicut in pre-
senti indigeret: non tamē poterit ei dicere/ Concedo tibi
tot florenos vel tantam pecuniam vt expendas sicut tibi
placuerit:vel vt dones eam cuivis:quia hoc est proprie in
proprio dispensare: quia illa pecunia que vsu consumitur
donataria efficitur:quod esse non potest. vt preall.c. de pi-
gno.c.vlti.et prealle.c.de sta.mo.c.ij.et.c.cum ad monaste-
rium. Nec potest abbas a se excutere iugū dispensationis
rerum monasterij que sibi competit de iure: vt alius eius
subditus sit suijpsius et dispensator: nisi esset cellerarius
vel alia persona communis que loco abbatis communia
dispensaret: quia hoc non esset viuere in cōmuni sicut ha-
bent viuere religiosi. vt in preall.c.dilectissimis.xij.q.j.vbi
dicit. Et dabatur vnicuiqꝫ prout opus erat.q.d. a preposi-
to vel abbate.tunc a.vij.diaconibus ad hoc electis. Actu.
vj.sed seculariter viuere.vt hec sunt expressa.xij.q.j.non di-
catis. ¶ Unde pessima cōsuetudo quorūdam monacho-
rum est et aliorum mendicantium et proprietaris nutriti-
ua/ꝙ quādo debent indui:dantur eis certe pecunie a pre-
latis: vel tenentur eis dare certam pecunie quantitatem
annuatim pro indumentis et calciamētis et alijs necessa-
rijs: quam postmodū expendunt et dant et reponunt pro
libito voluntatis:et efficiuntur proprietarij. Unde debe-
rēt eis dari et alia necessaria sm indigentiā vniuscuiusqꝫ:
non pecunia.vt prealle.c.dilectissimis. Nec religiosus de-
bet recipere quasi pro sua prebēda determinata tunicam
vel vestem non necessariam:quia tunc superfluū recipien-
do quasi furtum videtur committere. vt superius est pro-
batum.nec talis communiter viueret.vt est expressum.xij.
q.j. quia tua.et.§. de rebus vero ecclesie.qui.§. si loquitur
de religiosis: ad literam debet intelligi. si de clericis secu-
laribus qui non sunt adstricti viuere in cōmuni: habet lo-
cum sequens.§.Gratiani. si ergo res ecclesie.quia haben-
ti dare esset perdere.j.q.ij.pastor.quod.c.cum precedenti-
bus.c.multum facit contra religiosos pannis multis et re-
bus superfluis suffarcinatos:quia nihilominus vestimen-
ta non necessaria vel pecunias recipiunt quolibet anno a
communitate:quia sacrilegium et grande peccatum com-
mittunt j.rum alijs profuturum communitatibus et eccle-
sijs auferentes: et homicide reputantur.xij.q.ij.predia. et
c.qui abstulerit.ꝛ.xiij.q.ij.qui oblatiōes.j.ꝛ.ij.in fi.ibi. Ec-
clesiam vero fraudare sacrilegiū est. Et si.c.pastor.preall.
cū alijs preced.loquatur in clericis secularibus:multo po-
tius in religiosis/qui strictius debent viuere/habet locū.
Et eadem est ratio in vtrisqꝫ:ergo idē ius.ex de confir.vti.
cum dilecta. Si autem in predictis non possunt dispensa-
re prelati cum suis subditis religiosis:multo minus ꝙ ha-
beant specialiter reditus vel prouentus/ vel vsufructum
in aliqua terra vinea/vel domo/vel sylua: quia omnia ta-
lia monasterio cedunt post professionem.xix.q.ii.perlatū.
et no.xxvij.q.j.de viduis et puellis.in glos.de pba.c.in pre-
sentia.potest ergo.in additione Bar.que incipit/Credo.
et plenius.xix.q.vlti.in.l. si qua mulier. in glos. ꝙ si habēt.
in fi.ibi.quid si ingrediens. ¶ Dispēsare etiam in hoc vel
licentiam dare/esset eis licentiam dare ꝙ non viuerent in
communi:quod facere non possunt. saluis ijs que legun-
tur et no.ex qui cleri.vel vo.c.vlti.in glos. ergo non erat.ꝛ
preall.c.de viduis. Si in predictis prelati dispensare non
possunt cū suis subditis:quid dicemus de pseudo religio-
sis qui faciāt cum rusticis laboratoribus societates bestia-
rum:que vocantur Sochera in vulgari:qui etiam dāt pe-
cunias suas mercatoribus ad partem lucri: qui etiam fa-
ciunt massaritias suas ad partem et lucra sua nefanda:et
licet sub vno tecto viuant cum alijs:non tamen communi-
ter viuunt in refectorio: et vix in choro: nec in labore ma-
nuum/sed per se vel cum vno socio/ vel vna monacha cū
alia sua socia non cum communitate ducunt communiter
vitam suam? Dico ꝙ tales coram deo et coram ecclesia cū
tota de facto tolerantia superiorū fractores sui voti sunt.

et in proprio vere viuūt:et toti mortui sunt:quia hypocri-
te sunt: et melius fuisset eis in seculo cum rebus proprijs
ꝙ in ordine remansisse: quia malum est cadere a proposi-
to: sed peius est simulare propositum. Si nō seruat foris
sanctitatem: dimidius cecidit. si intus habuit simulatio-
nem:totus cecidit. xij.q.j.certe ego.et.c.scimus. Melius
est habere claudos: id est non professos seculares/ꝙ pla-
gere mortuos. Quicūqꝫ enim hypocrita est:mortuus est.
xij.q.j.nolo. super quo verbo mortuos dicit ibi glos. id est
qui renuntiauerunt proprijs:et tamen volūt habere pro-
prium. Preter id autem quod dictum est de pecunia pos-
sunt subditi religiosi de licentia superiorum suorum tene-
re libros et res alias necessarias ad vsum suum. vt no.xij.
q.j.non dicatis. in glos. numquid. sed non superfluas: vt
superius est probatū. ¶ Quicquid superiores cōtra pre-
dicta faciunt:cum suis religiosis subditis contra deum fa-
ciūt:nec dispensatio nec licentia illi cui data est et facta cū
tuetur:sed tales prelati vel ignorātes dispensant:quia ce-
ci sunt et duces cecorum. Luce.vj. Matthei.xv. ex de eta.
et quali.cum sit. Et ideo tales subditi nō sunt tuti tali dis-
pēsatione. vt scribit Bernar. ad Robertum monachum
et consanguineum suum. Immo tales prelati permittūt
eos habere talia vel potius dissimulant: quia ipsi in eadē
dānatione sunt quam dispensant: sed quod permittimus
inuiti toleramus.xxxj.q.j.hac ratione. et distin.iiij.deniqꝫ.
Si dicatur ꝙ omnes quasi religiosi sic viuunt cū sua pro-
prietate permissa:respondeo cum Augu.ꝙ non minus ar-
debunt qui cum multis ardebunt.ij.q.j.multi.in fi. ꝛ opti.
ar.dist.viij.que contra mores. Et multi sunt vocati: pauci
electi. Matthei.xx. Adde hic quod scripsi.s.in hac secun-
da parte.in.§. qui autē.ver.xvj. et in additione ibi que in-
cipit/non potest.in ar.xxiiij. ¶ Tum etiam tertio apparet
quorumdam talium proprietas: quia authoritate propria
emunt et vendunt et donant: et alios contractus qui ad
veros(vide quod scripsi.j.§.porro. ver. et quia vt sepe. in
ar.lxvij.)dominos pertinent celebrant. cōtra id.liiij. dist.
abbati.xij.q.j.non dicatis.et alia iura superius allegata. Nā
multi eorum libros et supellectilia congregant:vt tempo-
re infirmitatis/vel vagationis per mundum/ vel alia sine
causa possint ea distrahere. Quidam etiam eorum paren-
tibus non pauperibus extorta a prelatis licentia potius
ꝙ obtenta dant res et pecunias quas habent ad vsum et
pro suis necessitatibus. Quidā libros scribunt et vendūt:
et libros emunt et vendunt carius: et alia opera faciunt
que distrahunt pro libito voluntatis. vt potius mercato-
res et negotiatores ꝙ religiosi videantur. Faciunt etiam
se procuratores et aduocatos ꝛ defensores in curijs forē-
sibus:et dispēsatores in curijs dominorum.contra omnia
iura.lxxxviij.dist.ejiciens.palea est.xv.q.ij.c.j.cū.§.sequen.
xvj.q.j.qui vere.c.monachi.ij.c. de presentium. vbi de hoc.
et.c.sunt nōnulli.ex ne cle.vel mo. per totum. ex de postu.
ij.c. Mutuant etiam sibi adinuicem pecunias: et faciunt
aliqui in studijs et in suis forestarijs expensas nedum nō
necessarias nec vtiles/ immo superfluas et voluptuosas:
encenlantes sibi adinuicem et prelatis et pictantiātes de
emptis de pecunia quam tenent:et libros delicatos scribi
facientes: perlis et auro et argento eos munientes et co-
operientes:iocalia ementes: corallia et cultellos cum ma-
nubrijs de argento et de ebore:et pater noster preciosissi-
ma de corallio que sufficerēt reginis: cum quibus parum
exaudit orantes huiusmodi pater noster: pannos delica-
tos et molles ementes:quia mollibus vestiuntur:quia re-
gales sunt.xxj.q.iiij.c.j. Matth.xj.xlj.dist. parsimoniā.nō
viles. contra eorum regulas.emētes superfluos libros et
duplicatos habentes: per mūdum vagantes cum bursis
plenis et in hospitijs et in tabernis voluptuose expendē-
tes.xliiij.dist.non oportet.et.c.clerici. edificia adornata et
superflua cum celaturis et picturis preciosissimis fabricā-
tes: ac si deus in auro et picturis et politis marmoribus ex-
colatur.cōtra id.xij.q.ij.gloria epi. Et(quod deterius est)

aliqui eorum encenia care empta libros et pannos et nudas pecunias prelatis et alijs qui eos possunt ad officia promouere indebite largiētes: ita ꝙ sepe pecunias quas dicunt se pro eorum necessitatibus a prelatis cōcessas per eos et eorum mandato non pro necessitate vera/sed fictitia dispensant. contra omnia iura et eorum regulas necessarias eis expensas solummodo concedentes superius allegatas.xliiij.dist.comessationes.xvj.q.j.monachi vagantes.ex̄ de offi.ordi.quanto.j.q.j.sunt nōnulli. Si enim moderate et necessarie et vtiles expense et non superflue etiā secularibus conceduntur solūmodo:multo potius superflue religiosis qui strictius debent viuere.xvj.q.j.sic viue. interdicuntur. Ad hoc ex̄ de dolo et contu. finem litibus. vbi de hoc.et.c.seq.et de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.c.penul.vbi etiam de hoc.et ex̄ de elec.vt preterite. vbi de hoc. et.ij.q.j.in primis.in glos.de expensis.vbi de hoc. ¶ Fedū enim et profanum mendacium et hypocrisis.xxij.q.v.cauete.xij.q.j.nolo. est maxime in religiosis mendicantibus exterius more pauperum mendicare: et interius more diuitum affluere ⁊ delicate viuere sicut ille diues epulo. Luce.xvj.vbi Grego.in homil. super verbo/epulabatur quotidie splendide. Ubi solerter intuendum est quia celebrari conuiuia sine culpa vix possunt: pene enim semper epulas comitatur voluptas. Nam dum corpus in refectionis delectatione resoluitur:cor ad inane gaudium relaxatur. Pauperes autem vilibus debent esse contenti.xlj.dist.nō cogantur. Isti etiam religiosi qui sic nimis voluptuose expendunt pecunias eorum vsibus deputatas: vel in aliorum vsibus ꝙ̄ proprios expēdunt:furtū quasi cōmittunt: quia contrectant pecuniam inuito domino in alios vsus ꝙ̄ fuerit concedentis voluntas. Furtum enim est contrectatio rei aliene inuito domino.insti.de obli.que ex delic.nascū. §.furtum. et ex̄ de elec.dudum.ij.§.j. vbi de hoc.in glos.simile. Aliqui etiam religiosi se mēdicos fingentes cōtra illud quod dicit Augu. Ulcerosi se medicos iactitant:nihil vel parum in physica scientes:licet in ea aliqualiter studētes vt lucrentur pecunias et secularibus adulentur:multos decipiunt et in periculo irregularitatis se ponūt:et ex istis lucris proprietarij fiunt.et contra iura in tali scientia prohibita eis student: et s͠m hoc excommunicationem incurrunt de mente capituli ex̄ ne cle.vel mona. nō magno. vt ibi no.et facit eo.tit̄.c.fi.⁊.c.j.lib.vj. faciunt ad hoc ex̄ de etate ⁊ quali.ad aures. et de homici.tua.et hic vide quod scripsi.s̄.eo.§. viso de abbatibus. ver.xiiij. et in additione ibi posita in ar.xv. ¶ Tum etiā quarto proprietarij sunt religiosi nostri temporis multi:quia vsum rerū sibi appropriant sicut si res eorum essent proprie. Et sic isto modo proprium potest dici in vsu.i.abusu:q2 abusus est malus vsus. ex̄ de rescrip.sedes.et.c.nonnulli. et ex̄ de consue. ex parte. et vide quod scripsi.s̄. eo.§. Item ꝙ simplex facti vsus.in ver. item dicere. et in additione ibi posita que incipit/notat etiam Archi.in ar.lvj.sicut in alio proprio.contra illud c.xij.q.j.dilectissimis. et.c.res ecclesie.et.xiiij.q.j.§. his ita. Nam appropriant sibi loca vt vix forensem fratrem nisi sit eis nimis vtilis velint subsistere ꝙ sit de familia. Semper volunt in locis proprijs commorari: vt proprie dicatur eis illud ps̄.xlviij. Uocauerunt nomina sua in terris suis. Libros et res alias quibus non vtuntur:aut senio:aut infirmitate grauati: aut quia tunc in eis studere non habent: aut quia vadunt alio:⁊ ibi libros et res dimittunt sub sua clausura: aut quia eos duplicatos habent: suis fratribus prestare nolunt:et sic vere sunt proprietarij:et peccāt mortaliter. Nam ex quo libro vel re alia religiosus non vtitur in presenti:vel in proximo modico nō vsurus est:ille liber vel res.i.eius vsus cōpetit alteri religioso volēti vti: quia vsus communis est.vt prealleg.c.dilectissimis. Nec prelatus posset alteri religioso vsum alicuius rei alteri subdito suo concedere nisi eo indiguerit vti: alias faceret eum proprietarium in illo vsu:quod non potest facere.vt superius est probatum. ¶ Contra huiusmodi tales sibi appropriātes res communes loquitur Daniel in collatione.iiij. in libro collationum Jo.cassi.dicens. Nam illud ridiculū qualiter exprimatur:quod nonnullos post illum prime renūtiationis ardorem quo vel res familiares vel opes plurimas ac militiam seculi relinquētes semetipsos ad monasteria contulerunt: tanto cernimus studio in ijs que penitus abscindi non possunt: ⁊ neq3 queunt in hoc ordine nō haberi:ꝙuis parua viliaq3 sint/esse deuinctos: vt horum cura pristinarum omniū facultatum superet passionē:quibus profecto non magnopere proderit maiores opes et substantias contempsisse:quia affectus earum ob quos illę respuēde sunt:in res paruas atq3 exiguas transtulerūt. Nā vitium cupiditatis et auaritie quod erga species preciosas exercere non possunt: circa viliores materias retinentes/non abscidisse sed commutasse se probāt pristinā passionem.liij.dist.legem. Nam nimia deuincti diligentia erga curam psiacij vel sestorij sportelli sacelli/codicis sudarij atramentarij aliarumq3 similium rerum ꝙ̄uis vilissimarum/eadē tamen qua antea libidine detinentur. Que etiam tanta emulatione custodiunt atq3 defendūt:vt pro ipsis commoueri aduersus fratrem eos (et quod turpius est) litigare non pudeat. In quibus adhuc egritudine cupiditatis pristine laborantes/hec eadem que vsus corporis possidere monachum vel necessitas cogit s͠m numerū mēsuramq3 communem nō sunt habere contenti. In hoc quoq3 sui cordis auaritiam designantes:quum vel ea quibus vti est necesse/propēsius studēt habere:ꝙ̄ ceteri. Uel excedētes diligentie modum/peculiarius ea attentiusq3 custodiunt: et ab aliorū vsu et contrectatione defendunt: que vniuersis fratribus debent esse communia.xij.q.j.c.ij. quasi verbo differentia metallorum et non ipsa passio cupiditatis habeatur in noxa: et pro rebus quidem magnis irasci non liceat: pro vilioribus vero rebus hoc ipsum fecisse sine culpa sit:⁊ non idcirco preciosiores abiecerimus materias vt facilius contemnere vilia disceremus. Quid enim differt vtrum quis perturbationes cupiditatis erga opes magnas et magnificas/an erga species exerceat viliores: nisi ꝙ in eo reprehensibilior iudicandus est ꝙ qui maxima spernit minimis obligetur. Ideoq3 perfectionem cordis abrenunciatio talis non obtinet: quia quū censum habeat pauperis:non abiecit diuitis voluntatem. hucusq3 Daniel. Audiui ꝙ quum quidam religiosus a quodā alio accōmodari sibi acum petijsset:ille noluit sibi prestare nisi petēs pro pignore forfices sibi daret: sed quum casu acus fracta fuisset: nunꝙ̄ ille frater forfices sibi reddere voluit anteꝙ̄ ille frater acum sibi aliam procurauit. Et ideo dicit lex ꝙ furtum etiam committitur in re parua:quia mens ⁊ affectus furantis consideratur. insti.de rerum diui.§.gallinarum.xiiij.q.vlti.furtum. insti.de vsu.§. item si is.l.dist. qui saccum. et facit quod legitur et no. ex̄ de simo.et tue. in glos.j. In delictis enim voluntas attenditur: non effectus.de peni.dist.j.si quis non dicam.et.c. quisquis.et.c. si quis cum telo.cum.c.⁊.l.prece.et sequē.vsq3 ad.§.e.s̄. Immo (quod nefandius est) aliqtotiens de malis religiosis contingit ꝙ si frater habet aliquos bonos sermones/vel bonam apostillam vel librum alium specialem vtilem vel deuotum:quamꝙ̄ ibi tunc studere non habeat aut per eū predicare: volenti tamen et debenti predicare/aut causa edificationis sue ibi legere:non solū pretextu auaritie passionis/sed etiam inuidie non prestabit: non attendens talis religiosus habitu et non corde nec opere: quia charitas non emulatur: non querit que sua sunt: sed emulatur proximum dei emulatione.j.ad Cor.xiij.et.x.c.xliij.dist. sdmus.viij.q.j.sunt in ecclesia. Contra tales Grego. Nostra sunt que amamus in alijs: et amantium fiunt que amantur in nobis. Hinc penseut inuidi quante virtutis est charitas que alieni laboris opera nostra sine labore facit. ¶ Tum etiam quinta species proprietatis est in religiosis quibusdam: quia sicut proprietarij sunt corde multi ex eis:ita et ore:quia vbi est thesaurus eorum:ibi est cor ⁊ os

eorum. Matthei. vi. Et ex abundātia cordis. Matth. xij. os loquitur. Frequenter enim de pecunia et denarijs loquantur. contra quos. xvi. q. i. si cupis. In curijs etiam iudicialibus sunt crebro pro pecunijs litigātes. contra illud xiiij. q. i. §. i. vbi de hoc. et per Innoc. ex̄ de re iudi. c. i. a. a. a. contra illud quod dicit apostolus. Quare nō magis fraudem patimini. i. ad Corinth. vi. Immo quicumq; experiuntur: reddant testimonium ꝙ fortiores et insolentiores litigatores sunt quidam religiosi: q̄ seculares: quia nobilis materia quum corrumpitur: deterius corrūpitur q̄ vilis. ar. xlvij. distin. quantumlibet. ¶ Dicūt etiam meus liber/ mea cella/ mea tunica/ non attendentes ceci nec verecundantes: quia meum et tuum in proprietatē sonat. vt preal. c. dilectissimis. et. xiiij. q. i. §. his ita. et dist. viij. quo iure. legitur et no. in glos. hec verba. Unde Io. cassi. in. iiij. lib. de instit. renuntiantium/ ait. Nec verbo audet quis etiam dicere aliquid suum: magnūq; sit crimen ex ore monachi processisse/ codicem meū/ tabulas meas/ et similia. proq; hoc digna penitentia satisfacturus sit: si casu aliquo huiusmodi verbum de ore eius effluxerit. hucusq; Io. cassia. In ordine etiam vnus litigat contra aliū aliquando pro vsu rerum quibus vtuntur: de vsu proprium facientes. vt superius est probatū. Propter quod frequenter se ad iniurias prouocant et odia: que ex auaritia nascuntur. vt superius est probatum. cuius filia est ppꝛietas in malis religiosis. Unde Seneca. Quietissimam vitam ducerent homines si hec duo tollerentur de medio: meum/ et tuum. ¶ Tum etiam tertia species est proprietatis talium malorum religiosorum: quia quum prelati volunt eos remouere de locis natiuis: vel aliq̄d eis auferre de ijs superfluis que habent ad vsum suum: nullo modo habent pacem: sed cum prelatis contendunt: eos persequuntur: contra eos murmurant: coniurant: faciunt ꝑ superiores prelatos: vel (qđ deterius est) per seculares eorum reuocari obedientias et precepta. et sic nolunt ꝙ prelati de eorum rebus se intromittant: nec quasi de locis natiuis eorum. cōtra illud. xij. q. i. non dicatis. Contrectant etiam tales res communes: quas sibi appropriant: non permittētes eas per suos prepositos dispensari: et sic furtum committunt. vt superius est probatum. Quilibet enim prout communiter taliū rerum communium dispensatorem se facit: sicut faciūt seculares. Tales ergo religiosi non sunt egressi de terra sua et de cognatione sua. contra illud Geñ. xij. quod dictum fuit Abrae in persona religiosorum. Egredere de terra tua etc. sicut etiam potest exponi illud Matthei. xiij. Marci. vi. Ioannis. iiij. Luce. iiij. Nemo acceptus religiosus (subaudi deo) in patria sua. Faciunt etiam contra illud quod dixit Hieremias in persona domini et sequentium eum Hiere. xij. Reliqui domum meam: dimisi hereditatem meā etc. Et iterum Hiere. xlviij. Relinquite ciuitates habitatores Moab: et habitate in petra etc. Et Isidorus ait. lxxxi. dist. valet. Ualet interdum conuersis pro salute anime mutatio loci. Plerūq; enim dum mutatur locus: mutatur mentis affectus.

¶ G

In predictis appropriationibus etsi multum offendant omnes religiosi communiter: maxime tamen caueāt sibi fratres minores: qui nec in speciali nec in communi possunt proprium possidere. vt sepissime. s. allegatū est. Qui etiam non solum promittunt sine proprio viuere: sed promittunt etiam paupertatem. sicut in eorum regula cōtinetur. et ex̄ de exces. prela. nimis praua. ibi. In arctissima paupertate christo pauperi famulentur. et in decre. eorum Exijt. ibi. Christi semitas arcti⁹ elegerunt: sed arctius non seruant aliqui ex eis. immo amplius abūdant quidam ex eis: q̄ alij regulares: quia maior ad eos prout communiter habetur deuotio populi: et amplius eis dat: et populi deuotio est eis preuaricationis occasio: quia eam in questum conuertunt. quicquid dicat eorum sancta et apostolica regula/ Hec est celsitudo altissime paupertatis. et apostolus. ij. ad Corinth. viij. Altissima paupertas eoꝝ abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quidam tamen eorum pauperes sunt sine defectu: et simplices cū multa malitia. quum tamē paupertati euangelice s̄m Ambrosium. vt dictum est. penuria sit annexa. Pauperes delicati. contra illud. xli. dist. non cogātur. Pauperes mathematici in apparentia: non existentia. Pauperes spiritu. i. sine spiritu paupertatis. Querantur talium promptuaria/ enthece/ libri/ et tunice/ loculi et alia supellectilia eructuantia ex hoc in illud. ps. cxliij. si verum dico. Propter quod contra tales arguit papa Clemēs in decre. Exiui de paradiso. de verbo. signi. et in clemen. ꝙ contrarium faciunt ei qđ promittunt. Nunq̄ enim dicunt quidam ex eis/ satis est. xiiij. q. iiij. quid dicam. ¶ Si queris cuius hodie erit proprietas rei date fratri minori. Respōdeo olim erat domini pape. excepta pecunia que secabat pro dante vsq; ad cōsumptionem. vt in decre. Exijt qui seminat. de verbo. signi. in vi. libro. Sed dominus papa Io. xxij. reuocauit procuratores quos ordo habebat nomine Romane ecclesie institutos: nolēs ꝙ ab illo tempore aliquis in ordine nomine Romane ecclesie procurator possit institui. Renuntiauit etiam proprietati omnium rerum quas fratres habent et eis dantur ad vsum. exceptis libris ecclesiasticis et paramentis et locis. vt in sua constitutione continetur. que incipit/ Ad conditorem canonum. Ergo necesse est ꝙ quum proprietas rei date apud fratres esse non possit. vt in preallég. c. Exijt. et. c. Exiui de paradiso. superius alleg. sit dantis: vel heredum eius: vel pauperum. quarum dispēsationem habebit episcopus: qui est pauperū pater. C. de epis. et cleri. nulli. C. communia de succes. aut. omnes vero. §. i. ex̄ de iude. cum sit. xij. q. ij. vulterrane. cū. iiij. c. sequen. quia in fratres minores dans transferre nō potuit dominium cuius sunt incapaces: ergo remaneret apud dantem. sicut dicitur de pecunia in preallég. c. Exijt qui seminat. et. c. Exiui de paradiso. quia nō potuit facere donator quin in sua donatione leges ecclesie et regula prohibētes fratres minores habere proprium etiam in communi/ vēdicēt sibi locum. ex̄ de testa. requisisti. cū simi. Adde hic quod scripsi. s. in. §. ostendunt. ver. sed nec minimus. in ar. lxvi. Quicūq; ergo rem domino concedenti et repetenti frater minor vel communitas eorum nō reassignaret: peccaret mortaliter: quia rem sibi appropriaret: et inuito domino rem alienam contrectaret: quod est furtum. vt superius est probatum. Semper enim nomine dantis detentat frater minor rem. et ideo sibi eā negare non potest. ex̄ de resti. spolia. cum venisset. Unde et secularis non posset rem illam prescribere: quam alieno nomine possideret. ex̄ de prescrip. si diligēti. et de hoc plene no. xvi. q. iij. clerici. Nec res assignata fratri minori de licentia prelati potest transferri in communitatis vsus sine licentia concedentis: quia species furti est de alieno largiri. ff. de furtis. si pignore. §. i. Non petitur ergo licentia a prelato fratre minore a subdito suo fratre re indigente: vt propterea res illa in vsus trāseat communitatis: sed vt prelatus sciat et determinet cuius rei vsu suus subditus indigeat et quantum. Si autem concedēs vsum rei cōmunitati concedat: tunc prelatus habet videre quis ex suis subditis vsum illius rei magis habeat necessariū: et illi debet cōcedere vsq; ad arbitriū dn̄i principaliter cōcedentis. Ad hoc facit quod legitur in preall. decre. Exijt. et ad supradicta faciūt. ff. deposi. l. i. cōmo. rei cōmodate. ex̄ de preca. c. ij. ex̄ de cōmo. c. vnico. Rerū em̄ quibus fratres minores vtūtur detētores sunt: nō ppꝛie possessores. vt in iuribus preal. et no. preal. c. dilectissimis. in glos. ergo aliquis. Nō dicat ergo prelatus vel subditus in ordine fratrum minoꝝ de breuiario/ vel veste/ vel re alia quacūq; cōcessa eorum communitati vel singulari persone ꝙ ordinis est: sicut tota die dicunt fratres quidam ceci ignorātes statum vel preuaricantes in eo: immo concedentes/ q: ordo in communi proprium habere nō potest. vt sepe superius est probatum. Petat ergo licentiam semper frater minor

[Margin: Cui⁹ sit pecunia fratri minori data.]

cui aliquid pro suo vsu assignatur ab aliquo extra ordinē a cōcedente: vt re illa possint alij fratres vti vsq ad sue beneplacitum voluntatis: alis vsum sibi concessum nō posset alij concedere sine consensu concedentis: alis furtum talis committeret. ff. de fur. qui vas. §. si ego. et. l. si pignore. §. j. In affectu igitur et effectu aliqui fratres minores nō vsuarij sed proprietarij sunt censendi: maxime in sex illis conditionibus proprietatis que superius sunt descripte.

¶ Articulus.lxv. A

Quid dicam de denarijs et pecunia quorum vsus et contrectatio quelibet per se et per personam interpositam est eis nedum proprietas totaliter interdictus: vt in eorum regula et declarationibus continetur. Pater enim eorum almus Franciscus vir totus euangelicus ad literā etiam in hoc volēs euangelium obseruare sicut in alijs, saluo intellectu ecclesie sacrosancte in tribus locis regule sub precepto fratribus per se et per personam interpositam recipere pecuniā interdicit. de quo interdicto Luc. ix. Mat. x. Mar. vj. Nihil tuleritis in via etc. et. xj. q. iij. ira. Unde Chrys. super Mat. homil. vlti. Si bonū esset aurū habere: hoc vtiq dedisset apostolis christus qui ineffabilia tribuit eis bona. Nunc autem non solū non dedit: sed etiā habere prohibuit. ideoq Petrus non solum nō fecundatus, sed decoratus in paupertate dicit Actuū. iij. Argentum et aurum non est mihi. Item Bernar. et habetur Mat. vj. et Luc. xij. in euangelio. Et perfectionis consilium et remediū infirmitatis. Nolite thesaurizare vobis thesaurum in terra. hec perfectio est. si quidem filius hominis vbi caput suum reclinet non habet. Mat. viij. et Luce. ix. Petro et Joanni nec aurum erat. Act. iij. Paulus simplici victu vestituq contentus. j. Timo. vj. hec ipsa labore manuum acquirebat. ij. Thessal. vlti. Sed non omnes capiunt hoc verbum sicut nec consilium castitatis. Mat. xix. xxxiij. q. v. qui sitit. Ambro. homilia. xvj. super Gen. Quid dns noster suis quidem sacerdotibus precepit Luce. xiiij. audiamus. Qui non renuntiat oibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Contremisco hec dicēs. Meus enim primus omnium. meus inquam ipse accusator: cristo: meas condemnationes loquor. Negat christus suum esse discipulum quem videt aliquid possidentem: et eum qui nō renuntiat omnibus que possidet. Et quid agimus? aut quomodo hec ipi legimus: aut populis exponimus: qui non solū non renuntiamus: sed acquirere volumus ea que nūq habuimus ante q venimus ad christum? Numquidnam quia nos arguit cōsciētia tegere nō proferre que scripta sunt possumus? Noli duplicari criminis esse reus. Confiteor et palam populo audiente confiteor: hec scripta esse: etiam si nōdū implesse me noui: sed ex hoc saltem cōmoniti festinemus implere: festinemus transire a sacerdotibus Pharaonis. quibus terrena possessio est. Gen. xlvij. xxij. q. vlti. §. quis. ex de immu. eccle. non minus. ad sacerdotes domini quibus in terra pars non est: quibus portio deus est. xij. q. j. clericus. et c. cui portio. Talis enim erat ille qui dicebat. ij. ad Cor. vj. Tanq egentes multos autem locupletātes: vt nihil habentes et omnia possidentes. ex de excel. prela. mini. Paulus hic est qui in talibus gloriatur. hucusq Ambro. Item super illud Mat. x. in fi. Qui potum dederit vni ex minimis istis etc. glos. Minimi sunt qui nihil penitus habent in hoc mundo. tales fuerunt apostoli.

Nō licet fratri minori hies q per se neq per aliuz pecuniā recipere.

Hoc autem preceptum de pecunia nō habenda non propterea dedit dominus apostolis q pecunia causaliter aut formaliter mala sit sed quia absq ea melius seruatur paupertas et penuria euāgelica: que est prima beatitudo scdm Amb. Mat. v. Et quia est occasio cupiditatis. Unde Ambro. in libro de offi. dicit. Feralis (inquit) auaritia in illecebrosa pecunia: que habentes contaminat: non habentes non iuuat. Item Bernar. de colloquio Simonis et Jesu. Hec fugiendarum diuitiarum precipua causa est: q vix aut nūq sine amore valeāt possideri. Limosa si quidem et glutinosa nimis est nō modo exterior, verū etiam interior substātia nostra menti: et facile cor humanū: omnibusq frequenter adheret. Item Augu. super Ps. cxij. Non sunt iste vere diuitie: sed mendicitas: que quāto magis crescunt, crescit inopia auaritie. Non sunt vere diuitie que plus augent cupiditatē ei q eas possidet. ¶ B Itē de lapsu mundi. Diuitijs nihil tam cauēdum est: q superbie modus. Qui enim non habet diuitias: nō habet vnde se extollat. Itē de verbis domini. Nihil enim est quod sic generent diuitie quomodo superbia. Omne germen habet vermem suum. vermis diuitiarū superbia est. Grego. j. mora. Solet (inquit) rerum abundantia tanto a timore diuino mentem soluere: quanto hanc exigit diuersa cogitare. Nam dū foris per multa distrahitur: stare in intimis sita prohibetur. Idē in homil. super illud Luc. viij. exijt etc. Quis vnq mihi crederet: si spinas diuitias interpretari voluissem? maxime quum ille pungāt: iste delectent: et tamen spine sunt: quia cogitationum suarum pūctionibus mentem lacerant: et dum vsq ad peccatum pertrahunt: quasi inflicto vulnere cruentant. Itē Augu. de lapsu mūdi. Diuitie ipse quas putatis plenas deliciarum: pleniores sunt periculorum. Item Ambro. in libro de offi. tractans illud Luce. ix. et Matthei. x. Nolite possidere aurum et argentum nec pecuniam. Uelut falce pullulantem in mentibus humanis succidit auaritiam. Super eumdem quoq sermonem Chryso. homilia. xxxij. Non dixit, Nolite vobiscum accipere aurū. sed si aliunde possibile est accipere: fugite hāc perniciosam egritudinem. etenim multa per hec emendabit. Predicta originalia a principio istius. §. huc vsq posui etiam. s. in prima parte. in. §. quadragesimus. ver. fateor. in ar. xl. Item glos. super illud Matth. vj. Hec omnia adijcientur vobis. Omnia sunt filiorū. et ideo hec omnia adijcientur etiam non querentibus. quibus si subtrahantur: ad probationem est. si dētur: ad actionem gratiarum. quia omnia eis cooperātur in bonum. ad Roma. viij. de peni. dist. ij. §. hec itaq. ver. in eodem. Augu. super illud Joā. vlti. Uado piscari. Cur non inuenit vnde viueret: quum dominus promisit dicens Matthei. vj. Primo querite regnū dei: et hec omnia etc. Prorsus dns sicut etiā promisit impleuit. nā quis alius pisces qui caperentur apposuit? Item Chrys. super Mat. homil. lxiij. Nihil ita extinguit cupiditatis sitim: sicut desistere a lucrandi cupiditate vel concupiscentia. sicut amaram choleram abstinentia et euacuatio. Facilius est enim existentes homines volare: q adiectione pluris quiescere facere desideriū. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. xiiij. q. iiij. quid dicam. Augu. lib. lxxxiij. questionum. Charitatis venenum est spes adipiscēdorum temporalium. Et super illud apostoli. ij. ad Corinth. vj. Tanq nihil habentes etc. glos. Hec fuit gloria apostolorum, nihil omnino possidere: sine solicitudine esse: et tam res q earum dominos possidere. Item habetur in lib. j. ecclesiastice histo. q quū Abagarus rex preciperet dari aurum et argentum Taddeo apostolo: ille nō accepit dicēs. Si nostra reliquimus: quomodo accipiemus aliena? Paulus de se et alijs apostolis ait. j. ad Cor. iiij. Usq ad hanc horam. glos. id est continue, esurimus et sitimus. Et alibi dicit se expositū latronibus quasi aliquid portaret: non obstat: quia illud tractans Ambro. in originali sic ait. Quum in ciuitate diabolus eū occidere non posset: latrones excitabat sibi in via. quum tamen nihil ferret quod latrones cuperent. Ambro. lib. j. de offi. Officium omne aut mediū aut perfectū est. et hoc in euāgelio probatur. Mat. xix. dicit dns. Si vis ad vitā ingredi: serua mandata. Non facies homicidium. nō adulterabis. Hec media sunt officia: quibus aliud deest. ideo sequitur. Si vis perfectus esse: vende omnia bona tua et da pauperibus: et sequere me. Hoc est igitur perfectū officiū, quod

Ad qd sit cautū ne fratres minores pecuniā habeant.

gred chachomi/vocāt quo corriguntur oīa que aliis potue
runt lapsus habere. Idem super primam propositionem
epistole .i. ad Corinth. Alicitis temperare vult fideles: vt
non solum innocentes: sed et gloriosi videantur: concessa
enim preterire virtutis est maxime. Itē Hiero. ad Deme
triadem. Prohibentur mala. precipiuntur bona. ps̄. xxxiij. et
xxxvi. et .i. Pet. iij. Declina a malo et fac bonum. Conceduntur
tur media. suadentur perfecta. xiiij. q. i. §. i. cū. c. seq. In duo
bus primis peccatum esse cōcluditur. Reliqua vero in no
stra potestate sunt constituta: vt aut vtamur cōcessis et li
citis: aut ob maius premiū ea que nobis permissa sunt re
spuamus. ¶ C. Itē Hiero. ad Heliodorum. Perfectus
seruus christi nihil preter christum habet: aut si preter chri
stum aliquid habet: perfectus nō est. Idem ad Rusticum
monachum. Si perfectionē sequi desideras: exi cū Abraā.
Gen. xij. de patria et cognatione tua. et perge quo nescis.
Si habes substātiam. Mat. xix. vende et da pauperibus.
Si non habes: grandi onere liberatus es. Nudus christū
nudum sequere. xij. q. i. clericus. Durum/grande/difficile.
sed magna sunt premia. Bernar. super illud Ma. xix. Ec
ce nos dimisimus omnia. Optime ⁊ non ad insipientiam
tibi. nam mundus transit et cōcupiscentia eius. i. Ioan. ij.

Cur loculos christus habuerit.

Et relinquere hec magis expedit: q̄ ab eis relinq. ¶ Fuit
ergo vna causa de loculis quos habuit dn̄s ad consolan
dū infirmos. xij. q. i. habebat. et Augu. super ps̄. ciij. ⁊ Hu
go super ps̄. xci. Bonum est confiteri dn̄o. ⁊. s̄. in. §. ad par
tem contrariā. in ver. iiij. in ar. lxiij. posita sunt hec et alia.
Alia ad refellendum hereticos: ne cōdemnarēt ecclesiam
habentem loculos. xij. q. i. exemplum. sicut faciunt Mani
chei: et alij heretici qui dicuntur apostolici. xxiiij. q. iij. qui
dam. ver. apostolici. condemnantes ecclesiam propter re
rum temporalium possessiones et pecuniam. Et ad terrē
dū auaros qui loculos concupiscunt. vnde nullus de chri
sti discipulis perijt nisi qui loculos portauit. Ioā. xvij. vn
de Chryso. super Io. homil. lxv. Si vero quis scrutabitur
quid furi existenti loculos. Io. xiij. commisit pauperum: et
dispensare fecit aurum: vt omnem abscinderet occasionē.
Etenim sufficientem habebat ex loculis concupiscētie mi
tigationem. Sed propter nequitiam multam quam vole
bat comprimere christus: condescensione vtens ad eū nō
incusabat surripientem: obstruens perniciosam cōcupiscē
tiam et omnem auferens occasionem. Alia causa ad infor
mādum in modo habendi in cenobitis vel alijs regulari
bus viuentibus in communi. xij. q. i. habebat. c. nolo. c. non
dicatis. Alia ad dandum formā prelatis ecclesie ad dispē
sandum bona ecclesie aut sustentationem ministroꝝ eccle
sie: ⁊ ad pauperum releuandas miserias. vt. xij. q. i. episco
pus. Unde et Chrys. super Io. homil. lxxi. de loculis chri
sti loquēs proponit questionem. Qualiter (inquit Mar.
x.) non peram non es iubēs deferre/marsupium ferebat?
Io. xiij. xij. q. i. habebat. ⁊ respondens subdit. Ad inopum
ministerium. vt discas q̄m valde pauperē oportet paupe
ribus multam facere parationem. quam authoritatē. s̄.
in. §. respōdeo. ver. et Chrys. in ar. lx. perfecte posui. in qui
bus verbis ostendit Chrys. q̄ viris perfectis competit mi
serabilium personarum curam gerere: quod maxime locū
habet in prelatis ecclesie: quoꝝ perfectioni cōsonat vt spi
ritualiter et etiam tēporaliter pascendis sibi gregibus in
tendant exemplo christi. ad hoc. lxxxi. dist. c. penul. ⁊ vlti. ⁊
lxxxi. dist. c. i. et. lxxxvij. dist. per totum. et. xxxvi. dist. §. ecce.
vbi loquitur de refectione panum. Et Prosper de vita cō
templatiua. Scientes viri sancti nil aliud esse res ecclesie
nisi vota fideliū/et precia peccatorum/et patrimonia pau
perum: non eas vendicabāt in suos vsus proprios: sed vt
eas cōmendatas pauperibus erogauerunt. Hoc est possi
dendo contemnere: non sibi sed alijs possidere: et nec cu
piditati habēdi ecclesie facultates ambire: sꝫ pietate sub
ueniendi eas suscipere. Quod habet ecclesia est cū omni
bus nihil habentibus commune. Nec aliquid eis qui sibi
sufficiunt de suo debet erogare: quum nihil aliud sit habē
tibus dare/nisi perdere. ad hec. i. q. ij. clericos. c. pastor. ⁊. c.
si quis. c. sacerdos. ⁊. c. si. ¶ Quantum ad modum vtēdi
forma fuit perfectiōis ipsis apostolis ac ceteris huiusmo
di paupertatem professis: vt quū amore paupertatis sem
per carere loculis cupiant: solum quādo aperte necessita
tis viget articulus loculos ferāt. vt. s̄. ostensum est per ori
ginalia. Et hic adde quod scripsi. s̄. per. v. folia. §. ad partē
contrariam in fi. in ar. lxiij. Non igitur loculi christi ad fo
mentum cupiditatis: sed ad exemplum pietatis ⁊ pauper
tatis et condescensionem infirmitatis trahendi sunt. vt in
preall. decre. xxij. qui seminat. Sicut enim in saluatore no
stro crucifixo nil fuit quod seculares glorias aut delicias
saperet: sic nil egit nil docuit per quod mundi diuitias ap
petendas esse monstraret. Quin potius vt nos perfecte
paupertatis amore accenderet: in huius mundi campum
hostem impugnaturus ingrediēs/de pauperrima matre.
xxvij. q. ij. sic enim. pauperrimus prodijt. Unde Beda su
per Marcum exponēs illud. Si quis mihi ministrat: me
sequatur. Io. xij. ait. Cōsideremus qua via venit: vt sequi
mereamur. Ecce quum dn̄s sit et creator angelorum: susce
pturus naturam nostram quam condidit: in vterum virgi
nis venit. nasci tamen in hoc mūdo per diuites noluit pa
rentes: pauperes elegit. Unde et agnus qui pro illo offer
retur defuit: columbarum pullos ⁊ par turturum ad sacri
ficium mater inuenit. Luc. ij. Itē Chrys. super Mat. viij.
homi. Pariens quidem filium confestim illum reclinauit
in presepio: q: multis conuenientibus propter descriptio
nem. Luc. ij. non erat domum inuenire. Sed quid fuit qđ
suasit magos adorare? Nihil enim sensibilium magnum
erat illic: sed presepe et tugurium et mater pauper: vt nu
dam magorū videas philosophiā. Idem quoq; in homi.
epiphanie de Magis loquens sic dicit. Viderūt pando
chium tenebrosum ⁊ sordidum: magis animalibus q̄ ho
minibus aptum: in quo nemo contētus erat secedere nisi
itineris necessitate coactus: matremq; eius vix tunicā ha
bentem vnam: non ad ornatum corporis/sed tegumentū
nuditatis proficientem. Sed et hostiam deo patri vt pon
tifex offerens/nudus in cruce pependit: necnon vt verita
tis eius tamq̄ perfectissime rectitudinis nequaq̄ discor
daret medium ab extremis: tota ipsius vita caminus pau
pertatis fuit. Esa. xlviij. Unde Bernar. Volue ⁊ reuolue
a partu virginis vsq; ad crucis patibulum. non inuenies
in christo Iesu nisi stigmata paupertatis. ad hec. xij. q. ij. glo
ria. ibi. pauper dominus dedicauit. Item Bernar. de col
loquio Simonis ⁊ Iesu. Longe (inquit) aliud est in luto
aquarum multarum diuiti. Exo. xiiij. fundo maris iter car
pere terrena licite possidēdo: aliud ipsam nouis gressibus
nudam calcare omnia relinquēdo. Matth. xix. Sed tem
pori gratie prerogatiua hec debebatur. Petro nouū iter
et non typus iterans seruabatur. Mat. xiiij. Antiquorum
sane patrum diebus donec inter homines ⁊ in terris vide
retur ⁊ conuersaretur inter homines dn̄s maiestatis: non
erat euangelice forma perfectionis: sed spiritū dn̄i solo in
terris spū sequebātur. At vbi verbū caro factū est ⁊ habi
tauit in nobis. Io. i. Iam in eo tradita est imago vite: ⁊ cō
uersationis exēplar: qđ oportebat etiam corporaliter imi
tari: vt vtroq; sequentes nō vlterius cum patriarcha Ia
cob altero femore claudicemus. Gen. xxxij. Nec id dicim⁹
tamq̄ saluari quis hoc nequeat tēpore: si secus egerit: sed
vt gradum agnoscat proprium: et locum perfectionis aut
discipulatus officium non vsurpet. Item idem ibidē. Do
tatas et ditatas videmus ecclesias a diuitibus seculi: sed
heu data est ipsa prouidentia eleemosyne in occasionem
carnis. Et qui sibi atq; alijs in celo parare tabernacula de
buerant: in terra coniungunt domum ad domum: ⁊ copu
lant agrum agro. Esa. v. Quis huius temporis rapiat ab
ore apostolorum verbum gratie/verbū fiducie/ Ecce nos
reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te? Mat. xix. Ecce enim
vt populus/sic sacerdotes diuites fieri volunt. Similiter
et hic et abundātius recipiūt consolationem suā. Luc. vi.

Et quibusdam interpositis ait. Utinā in duodecim vnus
hodie Petrus qui reliquerit omnia: vnus qui loculis ca-
reat valeat inueniri. Utinam saperes et intelligeres. in cā-
tico Moysi Deutero.xxxij. cum thesauro pecunie thesau-
ros ire pariter cumulari. Utinam nouissima preuideres.
Mat.xix. Animaduerteres facile per foramen acus trāsi-
turos non diuitiarum cumulos sed delictorum. Nihil eñ
intulimus in hunc mundum: haud dubium q nec auferre
poterimus quicq̄. i. Timo.vi. ¶ Amb. in lib. de offi. Qui
apostolos sine auro misit: ecclesias sine auro cōgregauit.
Mat.x. Et iterum. Qui plurimum auri possidet: nō abun-
dat. Bernar. Animam dei capacem quicquid minus deo
est implere nō potest. Eccle.vi. Omnis labor hominis in
ore eius. i. in explendo desiderio anime: sed anima eius non
implebitur: quia nihil est quicquid in hoc seculo est: quod
figura est. i. Cor.vij. Hiero. ad Lucinum. Joseph cū tunis-
ca egypti fugere nō potuit. i. pallio. Geñ.xxxix. Adolescēs
qui opertus sindone sequebatur Jesum: quia tentus fue-
rat a ministris: terrenū abijciens indumentū nudus eua-
sit. Mar.xiiij. Mat.xxvi. Helias igneo curru raptus in ce-
lum, melotam (pellis caprina est. Hebre.xi. Circuierūt in
melotis) id est pallium. iiij. Reg.ij. reliquit in terris. Heli-
seus boues et iuga prioris operis cōuertit in vota. iij. Re-
gum.xix. lxxxvi. dist. non satis. Qui tangit picem inquina-
bitur ab ea. Eccli.xiij. Quādiu versamur in seculi rebus: et
anima nostra possessionum et redituum procuratione de-
uincta est: de deo libere cogitare nō possumus. Cui et glos.
cōsonat super illud Cañ.v. Spoliauit me tunica mea. Re-
cepta solicitudine temporalium subsidiorum quātūlibet exi-
mius doctor: difficile vitat peccatum. Isidorus. Semper
interna quiete frueris: si te a terrenarum actionum strepi-
tu subtraxeris. Hieronymus ad Rusticum monachum.
Sanctus Exuperius Tolose epūs vidue sareptane. iij. Re-
gum.xvij. imitator esuriens pascit alios: et ore pallente ie-
iunijs fame torquetur aliena: omnemq̄ substantiā christi
visceribus erogauit. xij.q.ij.c.i. et c.q̄ abstulerit. Nihil eo di-
tius qui corpus christi canistro vimineo: sanguinē portat
in vitro. nō ob.c. de conse. dist. i. et calix. Qui auaritiā pro-
iecit de templo: qui cathedras vendentium colūbas men-
sasq̄ subuertit. Mat.xxi. Mar.xi. Luc.xix. Jo.ij. et. i.q.iij.
ex multis. cum.c.seq. Mammone et nummulariorum era
dispersit: vt domus dei vocaretur domus orationis: et nō
spelunca latronum. Huius tu sectare vestigia: et ceterorū
qui virtutis illius similes sunt: quos sacerdotium et humi-
liores.c. dist. contra morem. xciij. dist. domus. xcv. dist. esto.
facit et pauperiores. xli. dist. epūs. Aut si perfectus esse desi-
deras: exi cū Abraā de patria et de cognatione tua. Geñ.
xij. Si habes substantiam: vēde et da pauperibus. Mat.
xix. Si non habes: grandi onere liberatus es. Nudus. xij.
q.i. clericus. xxxv. dist. ecclesie. nudū christum sequere: du-
rum, grāde, difficile: sed magna sunt premia. et hoc.s. po-
sui. ver. Idē ad Rusticum. Grego. iiij. moral. Rarū val-
de est: vt qui possident aurū ad requiem tēdāt: quum per
semetipsam veritas dicat. Luce.xviij. Mat.xix. Marci.x.
Q̄ difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum ce-
lorum. Rabanus super Mat.xix. ibi. Q̄ difficile. Diffi-
cile hoc et maximi laboris est: pecunias habentes, vel in
pecunias confidentes exui philargyrie. i. auaritie retina-
culis: et aulam celestis regni intrare. Augu. de moribus
ecclesie. Job omnes diuitias amisit: et factus est repente
pauperrimus. Job. i. sed inconcussum tenuit animum. quo
animo si essent nostri temporis homines: non magnope-
re in nouo testamento ab istorum posse[ss]ione prohibere-
mur: vt perfecti esse possemus. Grego. i. moral. Nondum
virtus precepti emicuerat que oīa relinqui preciperet et c.
vide.s. in.§. item q simpliciter. ad si. ver. item fm opposi-
torem. in. lvi. arti. Bernar. de colloquio Simonis et Jesu.
Excusant se aliqui forsasse dicentes ad Abraam Isaac et
Jacob. Abraam diues valde. Geñ.xiij. Isaac locupleta-
tus et c. Geñ.xxvi. Jacob diues valde. Genes.xxxvi. Cete-
riq̄ sancti numquid diuitias habuisse leguntur? Sufficit
nobis esse sicut patres fuerunt. Neq̄ enim sumus nos pa-
tribus meliores. iij. Regum.xix. Si culpabilis esset posses-
sio diuitiarum: nūq̄ illi in diuitijs tantam a domino gra-
tiam obtinerent. Quid respondebimus nouis imitatori-
bus sanctorum veterum patrum? Imponāt certe vitulos
super altare domini. ps. l. Mactent arietes, hircos immo-
lent. Heb.ix. quia et Abraam hoc fecit. Geñ.xxij. Sed hec
inquiunt statum vltra non habent: vbi reuelata est. ex de
puri. post par.c.i. veritas. Transierūt quidem si ipsas san-
ctorum quoq̄ diuitias temporales vmbram fuisse dixeri-
mus futurarum. i. Corinth.x. de conse. dist. ij. reuera. In fi-
gura si quidē omnia eis legimus cōtigisse. Deniq̄ quidni
terrena palam possident sancti et perfecti viri: quum sola
palam terrena promitterentur a domino? Ubi sane cele-
stis p̄missio insonuit: necesse est spiritualia spiritualibus
comparari. i. Cor.ij. Et mutari sacrificium spe mutata. ar.
ex de constitu. translato. hucusq̄ Bernar. facit op. xij.q.ij.
gloria. ¶ D Immo etiam sancto Esaie qui erat in lege
veteri ait dñs Esa. xlviij. Elegi te in camino paupertatis.
Grego. in homil. xl. euāgelistarū de lazaro et diuite. Ma-
la (inquit) lazari purgauit ignis inopie: et bona diuitis re-
munerauit felicitas transeūtis vite. Illum paupertas af-
flixit et tersit: istum abundantia remunerauit et repulit.
ps.xxx. In abundantia proiectus sum a facie oculorum tuo-
rum. Chrys. super epistolam ad Heb.ij. sermone. Christia-
nus in pauperie constitutus, q̄ cum diuitijs magis irra-
diat. Quomodo hoc? quia excludit a se superbie typum. Nō
erit arrogans: sed patiens obtemperans et pudicus et mi-
tis et sapiens. Qui vero in diuitijs constitutus est: multa
illum ad hec bona prepediunt. Inspiciamus ergo que di-
ues operat. rapit aliena. estuat cupiditate. nefandos non
desinit perpetrare concubitus. maleficia cuncta commit-
tit. Nonne vniuersa hec ex diuitijs conspicimus generari?
Intuere quomodo in pauperie magis q̄ in diuitijs virtu-
tes facilius possidemus. Nec mihi dicas quia in hac vita
diuites nullam vindictam suscipiunt. nam cum omnibus
malis suis etiam hoc malum habēt diuitie: quia malignis-
tate peccantes adulationibus tenentur. Et quia diuitias
possidet semper peccans: nulla pena reuocatur. facit op.
xxiij.q.i. paratus. ibi. Nihil est infelicius infelicitate peccā-
tium et c. Sed sine illis remedijs remedia suscipit peccato-
rum: et frenum nullus illi imponit. Item in eodem sermo-
ne.xviij. Nemo causetur (inquit) de paupertate: tāq̄ cau-
sa sit multorum malorum: neq̄ obloquatur de christo qui
perfectionem illam dixit Matthei.xix. Si vis perfectus
esse et c. Hoc enim ipse dixit: et operibus ostendit: et per di-
scipulos suos ostendit et docuit. Sectemur ergo pauper-
tatem. maximum quippe bonum est. nihil enim eo opulē-
tius qui paupertatem sponte diligit: et cum alacritate su-
scipit. Item in eodem sermone. Abijciamus quecumq̄
corpus florere faciunt: viciant autem animam: vtpote
diuitie delicie et gloria. Idem ponitur. s. §. religio. versi-
cu. quod autem. in. lxi. articulo. sed hic plenius. Cuncta
hec carnis sunt: et amor corporum. Itaq̄ non amemus
ampliora: sed paupertatem semper sectemur. ista enim
magnum bonum est. Sed sapientia pauperis pro nihi-
lo habetur. Ecclesiastes.ix. Sed iterum. Diuitias et pau-
pertatem ne dederis mihi. Et ex camino paupertatis li-
bera me. Prouerbiorum.xxx. Quare hec dicta sunt? Hec
in veteri testamento dicebantur: vbi multa ratio diuitia-
rum habebatur. vbi paupertatis plurimus erat contem-
ptus. vbi hoc quidem maledictio erat: illud benedictio.
Sed nunc nequaq̄ ita est. vide de hoc. xij.q.ij.cap. gloria
episcopi est. Si vis audire paupertatis predicamenta:
ipsam professus est christus. et dixit. Filius hominis non
habet vbi caput reclinet. Matthei.viij. Et iterum. No-
lite possidere aurum neq̄ argentum. Matthei.x. et Pe-
trus ait. Argentum et aurum non est mihi. Actuum.iij.
cap. Et in ipso quidem veteri testamento Helias preter

melotã nihil habebat: quã etiã Heliseo reliquit. iiij. Reg.
ij. Nonne Heliseus. iiij. Regũ. xix. Nõne Esaias ⁊ discalcea
tus. Esaie. xx. Nonne Joãnes baptista. Mat. iij. Marc. j.
Luc. iij. Fides. quia quod maxime facit fiduciam/ hoc est
paupertas. Diues seruus est: obnoxius existẽs damnis: et
tribuens omni volenti cum nocere. ille autem nihil habẽs
proscriptionem non timens nec cõdemnationẽ. Nequaꝗ̃
ergo paupertas facit sine fiducia esse. Christus cum pau-
pertate mittebat apostolos in causam opus habẽtem fi-
ducia multa. valde enim est fortis pauper verus ⁊ volun
tarius: ⁊ non habet vnde iniuriam patiatur. Amb. li. j. de
officijs. Nõ potest quis premiũ accipere: nisi legitime cer-
tauerit. ij. Timo. ij. Nec gloriosa victoria: vbi nõ fuerint la
boriosa certamina. Ideoqȝ dñs dixit in euangelio. Beati
pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celoꝝ. nõ
dixit. Beati diuites. sed pauperes. Inde enĩ incepit beati
tudo diuino iudicio: vbi erũna existimatur humano. Hie-
ronymus ad Paulinũ. et est. xij. q. ij. socrates. alias est. c. glo-
ria. ver. socrates. Socrates ille thebanus homo quõdam
ditissimus quum ad philosophãdum Athenas pergeret:
magnum auri põdus abiecit: nec putauit se posse simul et
virtutes et diuitias possidere. Deniqȝ et tu audita senten
tia saluatoris Mat. xix. Si vis perfectus esse: vade ⁊ ven
de oia que habes: et da pauperibus. et veni: sequere me.
verba vertes in opera: et nudam crucem nudus sequeris.
xij. q. j. clericus. expeditior: et leuior: ascendis scalã Jacob:
purisqȝ manibus et candido pectore pauper de spũ ⁊ ope
ribus gloriaris. Geñ. xxviij. Chrys. super epistolã ad Heb.
sermone. ij. Non habentes diuitias non propterea dolea
mus: sed magis gratias vniuersorum deo et domino refe
ramus: quia nos paruo labore eãdem mercedem quam ⁊
diuites poterimus promereri: et si volumus etiã amplior
est. nam et paruis magna lucramur. Mat. xix. Chrys. ho-
milia vlti. super Mat. Diuitem necesse est multis indige-
re: et turpiter seruire. Formidare et suspicari et timere eo-
rum qui suspicãtur emulos et calumniatorum ora et aua-
rorum concupiscentias: sed non paupertas est aliquid ta
le: sed contrariũ vniuersum. Regina est: furibus non sub-
iecta: sed munita. portus tranquillus. palestra et gymna-
sium philosophie. Audite quicũqȝ pauperes estis: magis
autem ⁊ quicũqȝ ditari concupiscitis. Non pauperem esse
malum est: sed nõ velle esse. Et neqȝ malum existima pau-
pertatem: ⁊ non erit tibi malum. Et si philosopharis decẽ
miliũ erit bonorum fons et origo. ad hec. xv. q. j. illa. Ber-
nar. super ps. Qui habitat. Felix paupertas volũtarie re-
linquentium omnia et sequentium te dñe Jesu. Felix pla-
ne: que tã securos immo et tam gloriosos faciat: in illo sin
gulari fragore elementorum/ in illo tremẽdo examine me
ritorũ/ in illo tanto discrimine iudiciorum tenens iudicia-
riam potestatem. sicut dicit dñs/ Vos qui reliquistis om-
nia ⁊ secuti estis me: sedebitis sup duodecim sedes iudicã
tes duodecim tribus israel. Mat. xix. Grego. super Job.
Deridetur iusti simplicitas: lampas contempta apud co-
gitatiões diuitum: parata ad tempus statutum. Job. xj.
Statutum quidem contempte lampadis tempus est ex-
tremi iudicij predestinatus dies. Tunc reproborum ocu-
lis patescet ꝙ potestate celesti subnixi sunt q̃ terrena om-
nia reliquerunt. Quisquis enim diuini amoris stimulis
excitatus hic possessa reliquerit: illic procul dubio culmen
iudiciarie potestatis obtinebit: vt simul tũc iudex cum iu-
dice veniat: qui nunc consideratione iudicij sese sponta-
nea paupertate castigat. Bernar. sermone. lj. Duo habet
paupertas sequentium christum: afflictionem. s. et vilita-
tem. de quibus propheta Dauid ps. xxiiij. Vide (inquit) hu-
militatem meam et laborem meum. Et propterea in ter-
ra sua duplicia possidebunt. Esaie. lxj. Vestiti duplicibus.
Prouerb. vlti. Vt pro pudore sit bono: iudiciarie potesta
tis: pro labore refrigerium placidissime sessionis. Hec enim
est q castigat/ purgat/ probat/ humiliat/ et exaltat. Chrys.
homil. iij. super Mat. Descẽdamus (inquit) ad pauper-
tatis caminum. Videamus qui ambulant in eo: et elatos
colla conculcant. Videamus miraculũ et paradoxum. ho
minem in camino psallẽtem. hominẽ in igne gratias agẽ-
tem. paupertati vltime illigatum: et multam ferẽtem deo
laudationem. ps. lxxiij. Pauper et inops laudabũt nomẽ
tuum. et Esa. xxix. Addent mites in domino leticiã: et pau-
peres homines in sancto israel exultabũt. Etenim tribus
illis pueris. Dañ. iij. similes sunt qui paupertatem cũ gra-
tiarum actione ferũt. Nam et igne terribili paupertas in-
cendere consueuit: sed pueros illos nequaꝗ̃ incẽdit. Ita
et nunc si in paupertate gratias egeris: vincula dissoluũ-
tur: et flamma extinguitur: et si extincta non fuerit (quod
multo mirabilius est) pro flãma ros orietur. Quod et in
philosophantibus est videre: quoniam in paupertate di-
uitibus curiosius disponũtur: ⁊ in medio camino rore pu
ro potiuntur. Etenim maximus est ros non detineri con-
cupiscentia deliciarum. Et illi tunc contẽnentes reges fa-
cti sunt rege clariores et potentiores. Et tu quoqȝ si despe
xeris mundana negotia: omni mundo eris honorabilior.
sm sanctos illos. Hebre. x. Quibus mundus non erat di-
gnus. Vt igitur dign⁹ celis efficiaris: deride presentia. ita
enim et hic eris clarior ⁊ futuris potieris bonis. Idem ho
milia. xv. super Mat. Talis est luminis virtus: vt non so-
lum luceat: sȝ illuc ducat illos qui se sequũtur. Quũ enim
nos viderint omnia bona presentia contemnentes et ad
futura preparatos: ante omnem sermonem operibus no
stris credent. Quis enim est ita amens: vt vidẽs eum qui
heri et ante lasciuiebat et ditabatur: omnibus exutum/ et
ad famem et inopiam et duram vitã et pericula et sangui-
nem et occisionem: et ad omnia que videntur periculosa
preparatum: nõ manifestam hinc accipiat futurorũ demõ
strationem? Si autem presentibus nos immiscuerimus ⁊
implicuerimus: qualiter poterunt credere ꝙ ad possessio
nem aliã festinemus? arg. xxv. dist. c. vlti. Damascenus lib.
iij. dicit. Euangelium cognitionis dei non bellis et armis
exercitus aduersariorum deuincens: sed pauci/ nudi/ pau
peres/ et illiterati/ persecuti/ verberati/ mortificati/ crucifi
xum in carne et mortuum et deum existentem predicãtes/
sapientibus et potentibus preualuerunt. j. ad Corinth. j.
xxv. di. ecclesie. Eusebius in ecclesiastica histo. lib. iij. Qui
dam ardentiores diuine sapientie cupiditate succensi ani
mas suas verbo dei consecrabant: explẽtes perfectionis
salutare preceptum. Mat. xix. vt facultates suas primo
pauperibus diuidentes expediti ad predicandum euãge
lium fierent. Chryso. super Mat. homil. xlvj. Si autẽ ho-
mines duodecim. Mat. ix. ⁊ x. Luce. ix. Mar. iij. ⁊ vj. orbẽ
terrarũ cõuerterũt: excogita quãta est nostra malitia: quũ
tanti existentes eos qui reguntur non possumus corrige-
re: quos decem milibus mũdis oportebat sufficere et esse
fomentũ. Sed signa (ais) habebant. Sed non signa eos
mirabiles fecerunt: multi enim ⁊ demones proijciẽtes qȝ
iniquitatem operati sunt: non sunt facti mirabiles sed pu
niti. Matthei. vij. quia et mali prophetant et miracula fa
ciunt. j. q. j. multe. et. c. teneamus. et. c. prophetauit. et ex de
vene. sanc. c. j. Sed quid (inquis) est quod eos magnos
ostendit? Pecuniarum contemptus: glorie despectus: ab
omnibus huius vite ereptio. quia si hec non habuissent: ⁊
si decem milia mortuorũ suscitassent: non solum nulli pro-
fecissent: sed et seductores et malefici existimati fuissent.
Idem homil. vlti. super Mattheum. ¶ E Si quis tibi

Paupertatꝫ laudes.

principatum et ciuiles potestates et diuitias [illegible] lasciuiam
proponeret: deinde paupertatem ponens electionem da
ret quamcumqȝ velles. hanc confestim raperes: si tamen
eius cognosceres pulchritudinem. Mihi enim pauper-
tas puelle cuidam pulchre et sponse similis esse videtur.
Cum hac Helias. iiij. Regum. ij. educatus raptus est bea
ta illa rapina. Cum hac Heliseus claruit. iiij. Regum. xix.
lxxvj. distinctione. non satis. Cum hac Joannes Baptis-
ta. Matthei. iij. Marci. j. Luce. iij. Cum hac aposto-
li omnes. Matthei. xix. ca. Sed et ipsam puelle huius

pulchritudinẽ intueamur. Etenim oculus eius est purus
et preclarus: nihil habens turbulentum: sed mansuetus/
tranquillus/delectabilis/ad omnes respiciens/mitis/hu
milis/nullum odio habens/nullum auertẽs. os et lingua
sana est: continua gratiarum actione plena et benedictio
ne: et mitibus verbis et amicabilibus. ps̃. lxxiij. Pauper ⁊
inops laudabunt nomen tuũ. Si autem et vis proportio
nem membrorum eius videre: longa est ⁊ multum super
eminentior ꝙ abundantia. Si autem fugiunt eam multi:
ne mireris. etẽim ⁊ alias virtutes fugiunt insipiẽtes. Sed
cõtumelijs afficitur (ais) pauper a diuitibus. Rursus mi
hi inopie laudem dicis. quoniam beatus est qui conuicium
patitur. Matthei. v. sed hoc ferre admonet inopia. Sed
esurit pauper (ais) et Paulus esuriebat. ij. Corinth. xj. et
in fame erat. Sed non habet requiem. ij. Corinth. xj. neq
filius hominis vbi caput suum reclinet. Matth. viij. Idẽ
homilia. xlvj. super Matth. Anima inopis voluntarij ful
get velut aurũ: splendet velut margarita fulgẽs: florescit
autem vt rosa. Non enim est illic tinea. Matthei. vj. non
est illic fur: nõ solicitudo huius vite negotiorum: sed sicut
angelus ita conseruatur. Uis aic huius pulchritudinem
videre? vis inopie diuitias addiscere? Non subiacet demo
nibus. Non adsistit regi sed deo. Nõ militat cum homini
bus: sed militat cum angelis. Non habet arcas duas vel
tres/vel viginti: sed talem abundãtiam/vt hunc mũdum
vniuersum nihil esse existimet. Non habet thesaurum sed
celum. Non indiget seruis: magis autem possidet seruos
passiones et cogitationes que regũ dominantur. Regnũ
autem et aurum et omnia talia quemadmodum puerorũ
ludibria deridet: et sicut rotam et pilam hec omnia existi
mat esse contemptibilia. habet enim mundum quem neq
videre qui in his ludunt possunt. Quid igit paupere hoc
melius est vsq̃? Pauimentum denique habet celum. Si au
tem pauimentum tale: excogita tectum. Sed non habet
equos et currus. Quid enim ei his opus est: qui supra nu
bes vehi debet et esse cum christo? Mat. v. Luce. xij. Ber
nar. ad Thomam. O salubrius disceres christum Iesum
Mat. xvij. Phil. ij. et hunc crucifixum. j. Cor. ij. quã vtrãq
scientiam haud facile nisi cum mundo quis crucifixus fue
rit/apprehendit. Falleris fili falleris: si te putas inuenire
apud mundi magistros quam soli christi discipuli. i. mun
di contemptores dei munere adsequuntur. Nec enim hãc
lectio docet: sed vnctio. j. Io. ij. sed exercitatio in mãdatis
domini. Augu. in li. de eleemosyna. Metuis (inquis) ne
patrimonium tuum forte deficiat: si ex eo operari largiter
ceperis. Quãdo em̃ factũ est vt iusto possent deesse subsi
dia: quum scriptum sit. Nõ occidet deus fame animam iu
sti? ps̃. xxxvj. Non vidi iustum derelictum: nec semen eius
querens panem. Helias in solitudine coruis ministranti
bus pascitur. iij. Reg. xvij. Et Danieli in lacu ad leonũ pre
dam iussu regis incluso prandium diuinitus apportatur.
Dañ. vlti. Et timemus ne operanti et dñm deum promerẽ
ti desit alimentum? quum ipse ad exprobrationem eorum
quorũ mens dubia est et paruæ fides: contestetur et dicat
Mat. vj. Aspicite volatilia celi qm̃ non seminant neq me
tunt neq colligũt in horrea: ⁊ pater vester celestis pascit
illa. Uolucres deus pascit. ⁊ quibus diuine rei nullus sen
sus est: eis nec cib⁹ nec potus deest. Tu christiano/tu dei
seruo/tu operibus bonis dedito/tu dño suo charo aliq̃d
existimas defuturũ? An putas q: qui christũ pascit a chri
sto ipse nõ pascitur? aut eis terrena deerũt: quibus diuina
et celestia tribuuntur? Unde hec incredula cogitatio est?
Uñ hec impia et sacrilega meditatio? Nũquid vidua Sa
repte Heliam pauit ⁊ ab eo pasta est? iij. Reg. xvij. Frater
Bonauentura generalis minorꝫ magister in theologia et
cardinalis ait. In camino paupertatis electi ipsius penu
ria purgãtur a crimine: ipsius erubescẽtia humiliantur in
mẽte: ipsius parsimonia castigãtur in carne: ipsius deuo
ta gratitudine cõciliantur ad proximũ: ipsius cõdescensi
ua benignitate cõfigurãtur ad christũ: ipsius sublimi celsi

tudine sursum aguntur in deũ. Augu. super ps̃. ciij. In lo
culis habẽdis et exigenda quodãmodo annona christus
non petendo/sed prebendo indigentiã suscepit. Super il
lud Act. xx. in fi. Beatius est magis dare ꝙ accipere. glos.
Bede. Non illis qui relictis omnibus secuti sunt dñm di
uites eleemosynarios preponit: sed illos maxime glorifi
cat qui cunctis que possidentur renunciantes/laborãt ni
hilominus operando manibus: vt habeant vnde tribuãt
necessitatẽ patienti. Ephes. iiij. Idem dicit Io. cassi. in lib.
x. de spiritu acidie. et dix. s̃. lõge in. §. et quo spõsa. in ver.
et Act. xx. in ar. lj. et. s̃. §. ad partem cõtrariam. ver. vndeci
ma instãtia. cũ duobus ver. seq. et in additione ibi posita.
in ar. lxiij. Hiero. ad Iulianum. Extruis monasteria: mul
tus a te numerus sanctorꝫ sustentatur. sed melius faceres
si et ipse sanctus inter sanctos viueres. Bernar. Uolo te
esse amicum pauperum: magis autẽ imitatorẽ. ille est gra
dus proficientium: hic perfectorꝫ. Mat. xix. Hiero. contra
Uigilantiũ. Non negamus cunctis pauperibus si tãta sit
largitas: stipes esse porrigendas. Apostol⁹ ad Roma. xij.
ibi. Sanctorum necessitatibus communicantes. ⁊ ij. Cor.
viij. ⁊ ix. quidem docet faciendam eleemosynã ad omnes.
j. q. ij. ꝙ pro. xlij. dist. quiescamus. maxime autem ad dome
sticos fidei. Gala. vlti. Uide quod legitur et no. xx. di. c. j.
glos. j. De quibus saluator in euangelio loquebatur Luc.
xvj. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis qui vos
recipiant in eterna tabernacula. Nũquid pauperes in qui
bus corporis flagrans libido dominat: pñt habere taber
nacula eterna: q̇ nec presentia possident nec futura? Non
enim simpliciter pauperes: sed pauperes spiritu. Mat. v.
appellãtur. De quibus scriptum est in ps̃. xl. Beatus qui
intelligit super egenum et pauperem. In vulgi pauperi
bus nequaq intelligẽtia/sꝫ opus est eleemosyna. In san
ctis vero pauperibus beatitudo est intelligentia: vt ei tri
buas qui erubescat accipere: et quũ acceperit doleat. metẽs
carnalia ⁊ seminãs spũalia. j. ad Cor. viij. et ex de censi. cũ
apls. et Roma. xv. hucusq Hiero. Et Ambro. Iusto am
plius debetur eleemosyna. lxxxvj. dist. non satis. Et in pau
peribus nõ tam extendẽda est sm̃ Hiero. paupertas ꝙ re
ligio. xvj. q. j. c. vlti. Bernar. ad fratres de mõte dei. Quũ
diues esset christus: pauper ꝓ nobis fact⁹ est. ij. Cor. viij.
Et qui voluntarie paupertatis dedit. Mat. v. ⁊ xix. prece
ptum: ipse eiusdem in semetipso formam dignatus est de
monstrare. xlij. dist. §. i. xcv. dist. esto. Ut enim sciant euãge
lici pauperes quid eis faciendum sit: ipse etiam a fidelib⁹.
Luce. viij. et Io. xij. pasci voluit: nõnũq et ab infidelibus.
Luce. xix. sed vt fideles faceret: vite nece aria accipere nõ
recusauit. Hieronymus ad Demetriadem. Alij edificẽt ec
clesias: vestiant parietes marmorum crustis: non reprehẽ
do: non abnuo: vnusquisq in suo sensu abundet. ex de se
pul. certificari. meliusq est hoc facere ꝙ repositis opibus
incubare. Sed tibi ppositum est christũ vestire in paupe
ribus: seruorum dei pauperũ habere curam. Mat. v. qui
diebus ac noctib⁹ seruiunt dño tuo: qui in terra positi imi
tantur angelorum conuersationem: et nihil loquũtur nisi
quod ad laudem dei pertinet. j. Timo. vj. xij. q. j. clericus. ⁊
c. episcopus. habentesq victum et vestitũ his gaudent di
uitijs. qui plus habere nolunt: si tamen seruant propo
situm. xij. q. j. nolo. alioquin si amplius desiderant ijs que
necessaria sunt probantur indigni. Sicut omnium malorꝫ
radix est cupiditas. j. Timo. vj. Auaritia est idolorum ser
uitus. Ephes. v. et Colos. iij. de peni. dist. ij. §. ex premissis.
xlvij. dist. bonorum. sic paupertas vera et voluntaria cun
ctorum est origo bonorum: que est contemptus affluentie
et amoris pecuniarũ. In historia schola. super illo verbo/
Accepit eam discipulus in suam. Ioã. xix. Quasi in suam
matrem: vel in suam quasi potestatem: vel in communio
nem rerum suarum: tamẽ nihil creditur habuisse propriũ.
notatur. xvij. q. iiij. §. notandum. sed quum esset beata vir
go cũ apostolis: iste specialẽ curã eius gerebat. ad hoc fa
cit. xxvij. q. ij. sicut enim. Item in eadẽ historia scholastica

super illud Actuum.iij. Argentum et aurum non est mihi.
Non enim erat suum quod reseruabat in vsus pauperum
qui reliquerant patrimonia sua ponētes omnia ad pedes
apostolorum. Actuū.iiij. Hieronymus in laudibus Pau-
le ait. Hoc habebat voti vt mendicās moreretur: et vnum
nummum filie non relinqueret: et in funere suo aliena sin-
done inuolueret. sicqꝫ facta est sicut christus. Jo.xix. Chry-
so. in laudibus Pauli dicit ꝙ nihil habebat nisi corpus: sꝫ
et in hoc exemplum se alijs prebuit quum ait. j. Cor. xj. in
princi. Imitatores mei estote: sicut et ego christi. Hierony-
mus ad Lucinum. Seipsum et res omnes deo offerre
christianorum et apostolorū est: qui duo paupertatis sue
in gazophylacium era mittentes. Marci.xij. in fi. xiiij. q. j.
odi. Luc. xxj. totum censum quem habuerunt domino tra-
diderunt: ⁊ merentur audire. Matthei.xix. Sedebitis su-
per sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israel.
Chrys. super Matthcum. homilia. xxxviij. Uerumtamen
quecunqꝫ dixero: nihil representabit tale sermo quale re-
rum experientia. Et ideo vellem illos qui in illum deuene-
runt philosophie verticem, nobis adesse: et tūc manifeste
videre huius rei delectationem: et qualiter nulli illorum qui
diligunt paupertatem, acceptarent ditari decem milibus
prebendis: tamqꝫ qui non lamentātur in solicitudinibus:
sed rident et saltant: et ijs qui diadema sibi circumponūt
magis in paupertate decorantur. ❡ Chrys. super Mat.
homilia. xlvj. Quid autem si quis tibi proponeret facere
fenum aurum, et posse omnes pecunias vt fenum cōtem-
nere: nō vtiqꝫ hoc susciperes magis. ⁊ valde deceret. etenī
hoc homines maxime attraxissent. Si enim videretur au-
ro affici: concupiscerent et ipsi hanc virtutem. vt Simon
magus. Act. viij. j. q. j. c. qui studet. xvij. dist. quod interro-
gasti. et augeretur eis pecuniarum cupido. Si autem vi-
derent homines vt fenum aurum despiciētes: olim vtiqꝫ
ab hac egritudine exuti essent. Leticia mentis pauperem
comitatur. Unde glos. super illud ps. lxviij. Ego sum pau-
per ⁊ dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo in me
et in membris nomen dei cum cantico: id est cum delecta-
tione: quia si omnia desint: deus tamen mecū est. vt sequi-
tur. Uideant pauperes et letentur. vide. s. ver. Chrys. ho-
milia. iiij. Grego. nazanzenus. Sed facultatibus, inquis,
defraudabunt meis: sed facilius mihi abscindēt quas nō
habeo. Si autem ecclesiasticis hoc vtiqꝫ est pro quo omīs
pugna et omne certamen est: an ignoramus ꝙ per pecu-
nie cupiditatem et loculorum fraudem Judas ad prodi-
tionē proficiscitur christi? Jo. xij. ⁊ xiij. et Luce. xxij. in prin.
xxij. q. iiij. c. ij. ⁊ iij. ij. q. j. vnus. Augu. in fine libri, vnde ma-
lum. Qui (inquit) bene vult vti temporalibus bonis: non
eis amore conglutinetur: et velut mēbra anime sue faciat
quod fit a mundo: ne cum resecari ceperint: cum cruciatu
tabescat: sed eis totus superferatur: et habere illa atqꝫ re-
gere paratus sit: amittere vero ac non habere paratior. Am-
bro. Nullum adminiculum prestant diuitie ad vitam bea-
tam. quod euidenter monstrauit dominus dicēs Mat. v.
Beati pauperes spiritu. et Beati qui nunc esuritis. Luce
vj. Itaqꝫ paupertatem, famem, dolorē, que putantur ma-
la pene. ex. de iureiuran. ⁊ si christus. non culpe. xv. q. j. illa.
non solum impedimento non esse ad beatam vitam: sed
etiam adiumento esse euidentissime mōstratum est. Sed
et illa que videntur bona. s. corporalia, diuitias, satietatē,
leticiam expertem dolorum, detrimentum esse ad fructū bea-
titudinis dominico, Luce. vj. Ue vobis diuitibus. declara-
to iudicio liquet. Sic ergo non solum adminiculo nō sunt
ad vitam beatam corporis externa bona: sed etiam dispē-
dio sunt. Hiero. in vita Malchi monachi. Ecclesia postqꝫ
ad principes christianos venit: potentia ⁊ diuitijs maior est,
sed virtutibus minor effecta: sed inter turbines et aduer-
sa mūdi succreuit. xij. q. j. futuram. Hiero. ad Eustochium.
Alia fuit in veteri lege felicitas: in qua beatus dicitur qui
habet semē in sion. Exo. xxiij. et repromissio fit diuitiarum
in toto pentatheuco. ⁊ xxiij. q. v. §. hinc notandū. Statim

autem vt filius dei ingressus est super terram: nouam sibi
legē instituit: vt qui ab angelis adorabatur in celis. Heb.
j. haberet angelos et in terris. Tunc holofernis caput Ju-
dith continens amputauit. Judith. xiij. Tunc Jacobus ⁊
Joānes relicto patre rete ⁊ nauicula, secuti sunt saluato-
rem. Mat. iiij. affectum sanguinis et vincula seculi et cu-
ram domus pariter relinquētes. Tūc primū auditum est.
Mat. x. ⁊ xix. Mar. viij. Luce. ix. et. xiiij. Qui vult venire
post me ⁊c. Nemo enim miles cum vxore pergit ad preliū.
Discipulo ad sepulturam patris ire cupienti non permit-
titur. Matthei. viij. Luce. ix. Uulpes foueas habēt: et vo-
lucres celi nidos: filius hominis non habet vbi caput re-
clinet. ne forte contristeris si anguste permanseris. Hiero.
ad Nepotianū. et est. xij. q. ij. gloria. Neqꝫ vero aliquis mi-
hi opponat diues in iudea templum: mēsas, lucernas, tu-
ribula, patellas, ciphos, mortariola, et cetera ex auro fa-
brefacta: tunc hec probabantur a domino quādo sacerdo-
tes hostias immolabāt: et sanguis pecudum erat redem-
ptio peccatorum: quāqꝫ hec omnia in figura precesserunt.
Nunc vero quum paupertatē domus sue pauper dñs dedi-
carit: portemus crucem: et diuitias lutū esse putemus.
christus vocat Luc. xvi. xiiij. q. v. §. sed hec. Iniquum mā-
mona non amemus quod Petrus se non amare testatur.
Act. iij. Alioquin si tantum literā sequimur: ⁊ in auro atqꝫ
diuitijs simplex nos delectat historia: cum auro obserue-
mus ⁊ cetera. Ducant pontifices vxores virgines. Leuit.
xxj. xxviij. dist. q: sunt. xxvij. di. nemo. ⁊ c. seminatim. xxxiij.
dist. curandū. et. c. precipimus. Lepra corporis. Leuit. xiij.
et. xiiij. de peni. di. j. §. et his. ver. moysi. et in glos. id est ali-
qua macula. vitijs anime preferat. Crescamus: multipli-
cemur: et repleamus terram. Gen. j. Figamus duodecim
mense tabernacula. Deut. xvj. et solennia ieiunia buccinis
concrepemus. Qui si hec omnia spiritualia spiritualibus. j.
Cor. ij. comparantes sic intelligamus vt dñs noster intel-
lexit et interpretatus est (sabbatum ista cum ceteris figu-
ralibus euacuata constat. dicit Gratianus. xxv. q. j. §. hac
itaqꝫ.) Aut aurū repudiemus cū ceteris superstitionibus
iudeorum: aut si aurū placet: placeant ⁊ iudei: quos cū auro
aut probare nobis necesse est: aut damnare. Si opponatur
de eo quod dicit Paulus alibi ad Phil. iiij. ⁊ xlj. dist. ꝙ di-
cit Scio abūdare. nō debet intelligi quantum ad affluen-
tiam rerū: sed quantū ad sufficientiam mētis. de qua Au-
gu. in lib. de beata vita. Nullus perfectus aliquo eget. Et
quod videtur corpori necessarium: sumet si adfuerit: et si nō
adfuerit: istarū rerū nō frangitur inopia. ❡ Hāc pauper-
tatis formam Joannes etiā seruauit euangelista cū disci-
pulis suis. inter quos duobus. s. Tito et Eugenio. de qui-
bus legitur ⁊ no. xvij. q. iiij. §. sed notandū. qui magnas re-
liquerāt opes, egestate tētatis, sicut scribitur in eius legē-
da, ait. Nūquid nō valet manus dñi vt faciat seruos suos
diuitijs affluentes? sed hoc certamen statuit animarū: vt
sciant se eternas habituros diuitias, qui pro eius nomine
tēporales opes hic habere noluerūt. Mat. v. Chrys. sup
Mat. homi. lxiij. Nihil ita extinguit cupiditatis sitim, sic-
ut desistere ab acquirēdi cōcupiscētia: sicut amaram chole-
ram abstinētia et euacuatio. Facilius enī est homines existen-
tes volare: ꝙ adiectiōe pluris quiescere facere desideriū.
Et Aug. lib. lxxxiij. questionū. Charitatis venenū est spes
adipiscendorum tēporaliū. Greg. sup Ezech. homil. vj. Neqꝫ
enī sanctus vir ideo terrena deserit: vt hic alia tpalia cen-
ties plus recipiat. Mat. xix. Sed per centenariū numerū
perfectio designatur: q: si quis pro dei nomine tēporalia cō-
tēnit: hic persecutionē mētis recipit: vt ea nō appetat que
cōtempsit. Centies itaqꝫ recipit quod dedit: q: perfectionis
spiritum accipiens terrenis non indiget: etiam hoc si non
habet: his consentit. Bernar. in sermone illo. Dixit simon
Petrus Mat. xix. dicens. Quid est centuplum istud fra-
tres: nisi consolationes, visitationes, primitieqꝫ spūs qui
super mel dulcior est? Illud centuplum pulchre lateqꝫ ex-
ponit Abraam de charitate et virtutibus et pace animi:

et etiã literaliter in collatione sua que est de mortificatione: que est vltima.et.xxiiij.in lib. collationum Jo.cassi. Et post pauca. Non est pater aut mater: non est domus aut ager:nõ deniq aliquid corporale:sed plane his omnibus est delectabilius:super omnia hec dulcius:et vniuersis his iocundius est:7 quecumq desiderantur in seculo hoc nequaq huic valent cõparari. Beda etiã super illud Mar. xix. Nemo est qui reliquerit domum 7c. Quia nimirum a fratribus atq consortibus propositi sui: quia ei spirituali glutino colligãtur/multo gratiorem etiam in hac vita recipiet charitatem. Cui consonat glos.ibidem. Omnes sancti et quecumq habent communicãt. xij.q.j.c.ij.xxiij.q.vij. c.j.et.iij.et.iiij. Item glos.super illud Matth. vj. Hec omnia adijcientur vobis. Omnia sunt filiorum:ideo hec omnia adijcientur:et nõ querentibus.si subtrahãtur/ad probationem:si dentur/ad gratiarum actionẽ erunt. Grego. in moral. Solet inquit rerum abundantia tanto a timore diuino mentem soluere: quanto hanc erigit diuersa cogitare. Nam dum foris per multa distrahitur vel spargitur: stare in intimis fixa phibetur. Idem Grego.in homil.super illud Luc.viij. Exijt qui seminat 7c. Si nos inquit vobis semen verbum/agrum mundum/volucres demonia/spinas diuitias significare diceremus: ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Unde et idem dominus per semetipsum dignatus est exponere que dicebat. Quis vnq mihi crederet: si spinas diuitias interpretari voluissem:maxime quum ille pungant:iste delectent? 7 tamen spine sunt: quia cogitationum suarum pũctionibus mentem lacerant: et dum vsq ad peccatum pertrahunt: quasi inflicto vulnere cruentant. Hec etiam duo originalia.ã. sunt posita inter ista originalia. Gregori⁹ in homil. vnius martyris super euangelium/Si quis vult. Nudi cũ nudo scz diabolo luctari debemus: quia si vestitus quisq cum nudo luctatur:citius ad terram deijcitur:quia habet vnde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia: nisi quedam corporis indumenta? Qui ergo ad certamen properat:vestimẽta abijciat:ne succumbat. Hieronymus ad Nepotianum et transfertur.xij.q.j. clericus.pñ.xv. Si autem ego pars domini sum· et funiculus hereditatis eius: nec accipio partem inter ceteras tribus.xij.q.i.§.his ita.et de deci.c.j.sed quasi sacerdos et leuita viuo de decimis:et altari deseruiens.j.Cor.viij.et de prebẽ.cũ sm.altaris oblatione sustentor:habens victum 7 vestitum: ijs contentus nudam crucẽ nudus sequor.ij. Timo.vj.xij.q.j.episcopus. Hiero. ad Heliodorum. Nolo pristinarum necessitudinũ recordaris:nudos habet eremus. Bern.de colloquio Simonis et Jesu. Age ergo et qui relinquere omnia disponis:te quoq inter relinquenda numerare memento. Immo vero 7 principaliter abnega temetipsum. Matth.xvj. Marci.viij. Luce.ix. Hieronymus loquens de paula. Testis est Jesus nec vnum quidem nũmum ab ea derelictũ. Quid hac virtute mirabilius: feminam nobilissime familie magnis quõdam opibus tãta fide omnia dilargitam: vt ad egestatem vltimam perueniret? Jacent alij pecunias in corbonam. Luc.xix.xxiiij.q.j.odi. fumbulisq aureis bona pendeant. Nemo plus dedit pauperibus q qui sibi nihil reliquit. Mar.xij.ibi Grego.in homil. Greg.in dialogo de abbate Isaac sic ait. Quũq ei crebro discipuli insinuerent vt pro vsu monasterij possessiones que offerebãtur acciperet: ille solicitus sue paupertatis custos fortem sententiam tenebat dicens. Monachus qui in terra possessionẽ querit:monachus non est. Sic quippe metuebat paupertatis sue securitatem perdere:sicut auari solent diuites perituras diuitias custodire. Chryso. homil.viij. super Mattheum. Nunc veniens in eremum egypti paradisi hanc videbis meliorem effectam. Etenim est videre vbiq regionis illius christi exercitum 7 regalem gregem et superiorum virtutum vrbanitatem. Existẽtia enim omni mundo et mundo omnino crucifixi. Galathas vltimo. et vltra prorsus procedunt ad corporis operationem:ad indigentiam vix cibum sumentes. Neq enim quando ieiunant et vigilant: vacare per diem dignum existimant: sed noctes quidem sacris hymnis et vigilijs, dies in orationibus et manuum operationibus consumunt:apostolicum imitantes zelũ. Luce.xviij. Oportet semper orare.j. Thessalonicẽ.vlti. de consecra.distin.v.j. Corinth iij. Uerecundemur igitur omnes et diuites et inopes. quum illi nil penitus habentes nisi corpus 7 manus suas/cogunt se 7 secum litigant impensas hic indigentibus inuenire. sicut Paulus Actuum.xxi. Nos autem multis modis terre recondītis nec superflua ad hoc tangimus. Gregorius nazanzenus in apologia sua. libro.ij. Sed paupertatem inquit et penuriam exprobrabũt. Iste sunt diuitie mee. Ista me non solum gloriantem/sed arrogantem facit. Uideor enim mihi hec audire ab inimicis:quia vestigiũs illius incedã: qui pter nos egenus factus est quum diues esset. ij. Corinth. viij. Atq vtinam exuere me istis panniculis quibus circumdari video: possem: vt nudus effugerẽ spinas/diuitias. Matthei.xiij. Luce.viij.seculi que retinent et reuocant pergentes ad deum. Chryso. super Matth. homilia. ix. Si ab honore quidem qui in superioribus est pre alijs pecunie nos expulerint: contemptibiles erunt. Celorum autem rege per singulos dies clamante et dicẽte Matthei. xix. quia difficile est cum illis celum intrare: non proijciemus omnia: et non desistemus ab omnibus: vt cum libera facie regnũ ingrediamur? Idem super Joannem homil.xix. Omnia agamus vt christum imitemur. Quid igitur christus ait Matthei. viij. Luce.ix. Uulpes foueas habent: 7 volucres celi nidos. filius autẽ hominis nõ habet vbi caput reclinet. Augu.super illud apostoli.ij. Corinth. viij. Scitis inquit gratiã domini nostri Jesu christi:qui pter nos egenus factus est: quum esset diues 7c. Factus est egenus intantum vt non haberet quod habẽt vulpes. Luc.ix. et in hoc consilium do vt paupertatẽ eius seruemus et imitemur.

Predicta originalia que recollegi pro magna parte de apologia fratris Bonauenture de expropriatione et de paupertate et de prohibitione pecunie apostolis et apostolicis viris data/ideo superaccumulaui:vt sciãt viri euangelici maxime fratres minores ad quid sunt per euangelium et suam regulam obligati. de quo euangelio et regula et declarationibus et constitutionibus generalibus et prouincialibus aliqui non curantes/votum paupertatis frangunt: superflua recipientes: que habent ad vsum sibi appropriãtes: et pecunias per alios vertius per se possidentes.

Articulus.lxvj. A

Offendũt autem in ista receptione aliqui fratres minores/prout communiter multipliciter per hunc modum. Tum quia de pecunia que pro eis deponitur: emunt et faciunt superflua. quum vsus moderatus et pauper cõcedatur in rebus eis et non superfluus.vt in decre. Exijt qui seminat.li.vj.7 in clemẽ. Exiui de paradiso.de ver.signi. clarius continetur. Expense enim voluptuose oĩbus sunt prohibite: vtiles concesse: secularibus necessarie sine quibus res stare nõ põt: expẽse necessarie: 7 vita ista nõ ducitur: religiosis maxime fratribus minoribus cõcedũtur. vt de hoc no. superius in §.adhuc petita.ver.tum etiam tertio.in fi. in ar.lxiiij. Itẽ q: de illa pecunia de emptione preciosorum faciunt emi iocalia 7 preciosa: 7 scribi libros delicatos/7 vestes preciosas/et fercula lauta/cum diuite epulone. cõtra illud Luc. xvj. xlj.dist.non cogantur.et.c.parsimoniã. vide.ã.in.§. adhuc petita.ver. tum etiam tertio. in articulo.lxiiij. Item non pro necessitatibus ingruentibus vel emergentibus faciunt pecuniam deponi: sed pro futuris necessitatibus et non necessitatibus: vnde non solum curant de crastino

Fratres minores multifariã abutũtur pecunia.

contra verbum dei. Mat.vi.in fi. Nolite solliciti esse in cra
stinum.xii.q.i.habebat.sed de annorū circulo.cōtra p̄real.
decre. exiit. Item quum pecunia deponatur pro taliū ne
cessitatibus: ipsi frequenter faciunt eam expendi et expen
dunt pro aliorum fratrū necessitatibus et secularium. quod
fieri nō potest sine licentia illius a quo deposita est: et pro
quo retinetur, vt p̄real.c. exiit. Item tota die emunt per
se aliqui fratres: et vendunt per alios: ꝛ sic per personam
interpositam pecuniam accipiunt et dant. contra eorū re-
gulam ꝛ declarationes predictas. Fratres enim minores
quicquid fit de aliis religiosis, nec emere nec vēdere pos-
sunt per se vel per alios: nec cū licentia nec sine licētia pre-
latorum: quia qui per aliū facit: per se facit. ex̄ de resti. spo.
cum venisset. quia tales contractus ad veros dominos et
proprietarios pertinent. vide.i.§.porro.ver. et quia vt se-
pe.in ar.lxvii. quia emptio et venditio sine precio nō pro-
cedit. ex̄ de emp. ꝛ ven. cū dilecti. ff.eo.l.ii. et insti.eo.§.pre-
ciū. sed omnis vsus et contrectatio pecunie p̄ se et p̄ alios
est fratribus minoribus interdictus: vt in eorum regula ꝛ
declarationibus continetur. Item tota die vendunt ali
qui fratres minores ligna de syluis: granum de terrulis
quas aliqui habēt iuxta hortos: vinum de quibusdam vi-
neolis et pergolis: hortolitia de horto: mel de aluearijs
apum: fructus de arboribus: legumina de hortis: panem
eleemosyne vel commutant (quod idem est quod vende-
re: ꝛ qui contractus ad verum dominum pertinet) et alia
supellectilia que eis dantur. quod facere nō possunt: quia
non debent aliquid recipere, vt id vēdant. sicut expresse di
cit eoꝝ declaratio sepe dicta. exiit.§.preterea. ver. non em̄.

Item vadunt aliqui per terras ꝛ villas, et vbi nō habēt
loca et habent loca, eleemosynas pecuniarias procuran-
do et petendo: et importunitates frequenter ingerendo:
famulum retro ducēdo: et denarijs pixides et loculos im-
plendo. quod est contra eorum statum. quia nō est ille mo
dus deponendi pecuniam pro necessitatibus fratrum. vt
dicunt per eorum declarationes. Itē ponunt aliqui cyp-
pos et arcas in eorum ecclesijs: vt ibi seculares ponant pe
cunias: faciunt etiam per pueros vasa et bacinilia per ec-
clesiam deportari: ꝛ aliquoties extra: in quibus ponāt pe
cuniam seculares. que sunt expresse contra declara. eorū.
Exiui de paradiso.§.porro. Quando etiam non habēt fa-
mulum paratum ad recipiendum eleemosynam pecunia-
riam eis datam: faciunt per dantem eam poni in fenestra
vel alio loco: et postmodum faciūt eam inde accipi. quod
est expresse contra mentem declarationum eorum. Item
intromittunt se aliqui de executionibus testamentoꝝ vbi
pecunie expenduntur et dispensantur. Item recipiunt
eleemosynas pecuniarias in altaribus. Item recipiunt
computum a famulis de pecunia pro eorum necessitatib⁹
deposita. Item portant claues cellarum scriniorum mo-
netarum capsarum capsidilium in quibus pecunie recon-
duntur. Item tangunt pecunias vel cum cera vel cum li
gno vel cum palea. Portant etiam quidam eorum pecu-
nias sutas in habitibus et tunicis. Quidam etiam eorū
faciunt sibi pecuniam poni in capitijs: ꝛ sic per tales pecu
nia contrectatur. contra declara. predict. in casibus preli-
batis. et ɔtra predi. decla. maxime in clemē. exiui.§.deniq̄.
de ver. signi. eoꝝ que eis precipiunt a contrectatione qua-
libet pecunie abstinere. Vadunt etiam aliqui per indul-
gentias: et ad visitandos suos parentes, et ad procuran-
dum facta regum et baronum et comitū et aliorum, et ad
studia, et ad eorum consolationes alias corporales, ꝛ ad
faciendum ambaxatas et legationes, equitando et pedi-
tando cum bursarijs, et cum maximis frequenter quanti-
tatibus florenorum et turonum et alioꝝ denarioꝝ. contra
eoꝝ statum. q: isti et eoꝝ similes non sunt casus in quibus
licitū est eos bursarios ducere: nec in quibus pro eorū ne-
cessitatibus sit pecunia deponenda. et sic faciunt expresse
cōtra declara. exiui.§.quocirca. ex̄ de ver. signi. in cle. Nūq̄
enim per viam bursarios secum possunt ducere: nisi quum
per veram obedientiam non procuratā, multo fortius nō
extortam, a prelatis eorum pro causis necessarijs ordinis
vel alijs mitterentur: et per regiones inhumanas transi-
rent: in quibus non esset verisimile q̄ mendicādo eleemo
synam exibilem inuenirent. In quo casu et peram possent
ducere et bursarios. s̄m Bedā. vt i suo originali posito. s̄.
§.prori. inter alia paupertatis originalia cōtinetur. Itē
precipiūt aliqui depositarijs suis vel nuntijs, vel famulis
tenentibus pecunias a deponētibus pro fratrum necessi-
tatibus expendendis, quomodo et qualiter expendant il
las pecunias. Capsas pecuniarū aliquoties portāt. Pe-
cunias deponunt: aut deponi faciūt: eas repetūt. hec om-
nia contra predic.§. quocirca. et.§.deniq̄. eiusdem decre.

Item si centum milia florenoꝝ et totidem talenta argē-
ti et auri darētur quibusdam fratribus: maxime eoꝝ com-
munitatibus: nunq̄ respuerēt: quia nunq̄ talium necessi-
tas finem habet nec satietatē: vt ad literā taliū cupidita-
ti satisfieri nunq̄ possit: et totus mundus ei oblatus est p̄
obolo. xiiii q.iiii. quid. Sed falso vocant necessitatem su
perabundantiam et voluptatem: promptuaria eructan-
tia, ad literam s̄m Dauid, et hoc in illud. ps̄. cxliii. quia s̄m
Remigium necessitas prope necesse est: et sine qua quis
non potest viuere: que circa victum et vestitū, s̄m apl̄m. i.
ad Timo. vi. et paucissima supellectilia his annexa, est pu
ro et fideli oculo estimanda. x.q.ii. episcopus. et. xii. q.i. cle-
ricus. et. c. episcopus. sed quidam fratres nec prope mortē
expectant: nec prope infirmitatem: nec prope verā necessi
tatem: quia nullam necessitatem habere volunt nec pati,
nec penuriā: que tamen paupertati euangelice, s̄m Amb.
est annexa. Et Bernar. sicut superius est probatū in.§.s̄.
prori. in eorum originalibus. in ar. lxv. Vere ergo et vera-
citer hodie de facto pecunie parū vel nihil a fratribus ali-
quibus minoribus cōmuniter obseruatur: ꝛ eorum in hoc
potissimū per eos apertissime regula violatur. Recipiūt
em̄ aliqui et quasi omnes maxime cismontani per se ꝛ per
personam interpositā denarios ꝛ pecuniā affectu pariter
et effectu: eas sine necessitatibus veris ꝛ emergētibus vel
ingruētibus iā pro se deponi faciēdo: ꝛ in casibus prohibi-
tis et pro libito expendendo. vt superius est multipliciter
declaratum. Generalis em̄ eoꝝ cū toto capitulo generali
nō posset alicui vnū denariū etiā causa eleemosyne elargi
ri. vt dixi superius in.§. religio. in ver. nō posset. in ar. lxi. q:
nemo dat qđ nō habet: nec habere potest: nec dare. xxviii.
dist. presbyterū. i.q.i. ventū. c. gratia. ꝛ. c. qui perfectionē. ꝛ
q.vii. daibertū. cū. c. seq. de cōse. di. iiii. quō. in prin. ex̄ de iu-
re patro. qđ aūt. in fi. Quia denarius fratrū nō est nec esse
potest: sed illius qui deposuit quousq̄ in eoꝝ nō alioꝝ ve-
ris necessitatibus ingruētibus sit cōsumptus. vt in decre.
Exiit. et Exiui de paradiso, luculenter apparet. Et hoc qđ
est eis ad summā gloriā, carnales et ceci ꝛ cupidi recipiūt
ad suū defectum et iniuriā. Prouerb. xviii. Nō recipit stul
tus verba prudētie: nisi ea dixeris que versantur in corde
suo. ¶ Or autem gloriantur quidā fratres minores pecu-
niam nō tangere nuda manu: in hoc mores phariseorum
vsurpant: qui decimant mentam et anetum, culicem colā-
tes, et camelum deglutientes. Matth. xxiii. Non em̄ pro-
prie receptio est in tactu: licet etiam eius cōtrectatio et ta-
ctus sit eis per decre. Exiit. et intellectu regule, ab ecclesia
interdictus: q: etiā ante pedes apostoloꝝ olim precia po-
nebantur: et ab eis non tangebantur. Actuum. iiii. Mul-
ti etiam mundi nobiles pecuniam tangere dedignantur:
tamen expendi eā faciunt et maxima quantitate: quia eo-
rum est. tangeretur enim sicut petra vel lignum pecunia
a fratribus: si haberent eam voluntatem habendi et ex-
pendendi sine peccato: nisi ecclesia prohiberet tamq̄ spe-
ciem mali in fratre minore. i. Thessalonicen. vltimo. i. q.i.
emendari. Decens enim et consequēs est q̄ ab eius etiam
contactu debeant abstinere: quia contactus pecunie est
etiā ad habēdum pecuniam illectiuus: et qui tetigerit pi-
cem: inquinabitur ab ea. Eccli. xiii. Quidam frater noster

lector Parisieñ. dixit mihi ⁊ gloriabatur ꝙ in.xl.annis nõ
tetigerat denarium: et tamen trecentas libras turonẽses
habebat reconditas (vt audiui) Et adde hic qđ scripsi.s.
§.religio autem.ver.quia vere.in ar.lxi. ⁊ in additione ibi
posita que incipit, maxima. ¶ Qr autem aliqui fratres ce
ci dicunt ꝙ pecuniam procuratam legatam vel sponte eis
datam deponi faciant apud depositarios fratrum vel nũ
tios per eos pecunias largiẽtibus presentatos ſm decla-
rationes de licentia prelatorum: et sic tuti credunt in suis
conscientijs existere, propter hoc solum quia de licẽtia fa-
ciunt eam deponi: Sciant ꝙ nec prelati nec totus ordo si-
mul iunctus potest dare licentiam ꝙ pecunie deponãtur
pro fratribus vel in speciali vel in communi. nisi ſm decla
rationes predi.exijt.et.c.exiui.scȝ pro necessitatibus veris
et proprijs ⁊ presentibus, vel iã ingruẽtibus.vt ibi. ¶ Li
centia autem ideo petitur a prelatis: quia ipsi debent sci-
re et determinare pure et fideliter pro quibus veris neces
sitatibus ingruentibus fratrum non aliorum pecunia de-
ponatur. Unde mortaliter peccant prelati: et preuaricato
res regule sunt: et sunt occasio peccati mortalis subditorum
si aliter q̃ in sepe dictis declarationibus continetur, licen
tiã dent fratribus ꝙ ꝑ eis aliqua pecunia deponatur. Du
pliciter enim peccãt tales prelati. tum quia dant licẽtiam
fratribus habendi pecuniam: contra regulam et declara-
tionẽ predic. tum quia in peculio cum eis dispẽsant: quod
nedum prelati fratrum minorum facere non possunt: sed
nec aliorum ordinum qui possunt alr̃s habere pecuniã in cõi.
vt ex̃ de sta.mo.c.ij.⁊.c.cum ad monasterium. Si de licẽtia
igitur prelatorum pecunia nõ potest deponi pro fratribꝰ mi-
noribus nisi ſm declarationes predictas: quid dicemꝰ de
illis pseudo fratribus qui solo fratrũ nomine gloriantur:
qui sine aliqua licentia vel conscientia prelatorum suorũ pe-
cunias maxime sine vera necessitate faciũt deponi vbi vo
lunt: et dispensant pro libito voluntatis. Hiis peccant ta-
les mortaliter: et quia contra regulã ⁊ declarationẽ predi
ctam, pecuniam recipiũt: et quia sine licentia proprietarij
sunt: et sicut proprietarij puniẽdi tam per eorum constitutio-
nes q̃ per canonicas sanctiones.xij.q.i. non dicatis. ex̃ de
sta.mo.super quodam. Quidam etiam fratrum minorum di
cũt, Pauperes sumus: nõ habemus nisi.xx.solidos: vel.x.
vel.v.vel vnũ. Uere tales pauperes sunt spũ: et sine spũ:
q: etsi pauperes sunt in censu: nõ tñ in affectu. q: etsi non
habent: hoc ideo est quia habere nõ possunt. parati enim
tales sunt recipe sine aliqua necessitate vera: si qui darent
inuenire valerent. sicut et semper recipiunt quũ offertur:
et sine oblatione quantũ possunt procurãt. Inmo etiam
illa modica pecunia que pro eis est deposita non indigẽt.
et sic illud modicũ tenendo, peccant mortaliter.xiiij.q.vl-
ti. furantẽ. quia nec vnus denarius ꝑ fratre minore depo-
nendus est: nisi pro vera et non ficta necessitate ingruẽti.
vt probant declarationes eorum predicte. Et cõtra tales di-
xi.s.verbũ Danielis anachorite.s̃.in.§. adhuc petita.ver.
contra hmõi.in ar.lxiiij.ꝙ etsi censum habeant pauperis:
habent tamẽ diuitis voluntatem. Paupertas enim spiri-
tualis.i.voluntaria et penuriosa remuneratur a dño: non
inuoluntaria, nec abundans. vt probat Grego.in homil.
super illud Mat.xix. Ecce nos reliquimus oĩa. Et satis
de ista materia in.vij.§.precall.superiꝰ pertractaui. Nec er-
go credant se tales fratres ꝑ modica pecunia excusari cõ-
tra regulam recepta pro qua peccant mortaliter (vt dixi)
sicut pro mille florenis. licet fatear ꝙ qui plus offendunt
in affectu et in pecunie quantitate: amplius puniẽtur: im-
mo et aliquo modo scelerator videtur auaritia in quanti
tate modica, q̃ in magna: q: minus de incitatione habet.
facit quod no.xxvi.di.c.duo. Et superius est dictũ ſm Da-
nielem anachoritam in collatione sua.iiij.in li. collationũ
Io.cassi. ꝙ eãdem auaritiam quidam in religione cõmit-
tunt in paruis et paucis: quam in magnis et pluribus re-
bus in seculo committebant. Quanta ergo demẽtia ⁊ be-
stialitas est maxime in fratribus minoribus, pro vno soli-
do quo vere non indigent: et tenent repositũ apud repo-
sitarium: perdere animas suas: sicut perderent pro centũ
millibus florenorum: quum tamen dicat dñs. Quid prodest
homini si vniuersum mundũ lucretur: anime vero sue de-
trimentum patiatur? Mat.xvi.ex̃ de simo.c.mattheus.et
Luc.ix. Tantum autem inualuit ista pestis et ista manife-
sta regule preuaricatio in ordine minorũ de pecunia: sicut
et in alijs ordinibꝰ: qui tamen tãtũ nõ offendunt: ꝙ aliqui
sunt mali fratres minores, et vtinam non sint plures, pro
quibus aliqua pecunia tenetur: etsi veram necessitate nõ
habeant. Et aliqui mali fratres minores, qui etsi vere nõ
indigeant: eam tamen non respuunt sibi datam: immo te
nent eam in cistis suis: et vt propriam pro libito exponũt.
In ordine enim minorum non habent aliqui pecuniã (vt de
alijs ordinibus taceamus) quia habere nõ possunt: quia
nõ inueniunt largitorem: sicut consciẽtia et experiẽtia ma
nifestat. ¶ Aliquoties frater minor cõtra aliũ coram suo
prelato super pecunia nedum super alijs ⁊ libris et supel
lectilibus litigat: et actiones et petitiones suas intentat:
et libellũ format ac si sua esset pecunia. et vere sua est quã
tum ad eius voluntatem et affectũ: quum tamẽ petitio et
repetitio et actio vero dño pecunie deponenti pro necessi
tate fratris competat: et non sibi. Ceci etiam et preuarica
tores eorum aliqui prelati super huiusmodi pecuniarijs que
stionibus audiunt aliquos: et faciũt eis iustitie, immo in-
iustitie complementum. Ceci duces aliqui prelati cum ali
quibus suis subditis cecis in foueam mortis baratri pari
ter incidẽtes. Luc.vi. Mat.xv.xxxviij.dist. que ipsis.ex̃ de
eta.⁊ quali.c.penul. Tales vero prelati circueunt mare et
aridam vt faciant vnum proselitũ peiorem se. Mat.xxiij.
et secum ducunt fratres subditos suos tales cũ primo ge
henne mãcipio.s. diabolo plagis multis in perpetuũ cru-
ciandos.xl.dist.si papa. Et tales ipsi prelati tot mortibus
digni sunt: quot in fratres suos de huiusmodi ⁊ similibus
crimininibus perditionis exempla trãsmittunt.xi.q.iij. pre-
cipue. ¶ B Quidam etiã minorum fratrũ reditus pecu-
niarios annales vel biẽnales vel vltra habent: quos sibi
in testamento dimiserunt parentes: aut alr̃s a dominis da
ri sibi faciunt annuatim: sicut faciũt stipẽdiarij seculares:
quum tamẽ nedum pecuniarios (quod est peius) sed nec
alios reditus quoscunq; habere possint ſm eorum regulã:
quia tãq̃ aduene et peregrini, vt ibi dicitur, debẽt ire per
mũdum mendicando: non reditus habẽdo. Et est expres-
sum in predicta declaratione eorum, Exiui de paradiso.§.
proinde.in clemen. Et quamq̃ ordines alij possint succe-
dere in talibus legatis et reditibus dimissis fratribꝰ suis:
et per eos eorum ordinibus acquiratur: per ea que legun
tur et notantur.xviij.q.i.c.i. xix.q.vltima. si qua mulier. et
ex̃ de priuilegijs. cum olim ꝑpter. in glos. quia quicquid.
Non tamẽ ordo minorum potest succedere alicui: nec per
fratres ei potest acquiri: quia nõ potest habere proprium
in communi sicut alij ordines. vt in predicta declaratione
Exijt qui seminat. et Exiui de paradiso. liquido contine-
tur. ¶ Illud etiã quod in ordine minorum in aliqua pro-
uincia statui consueuit: ꝙ gardianus tantum et custos tã
tum ⁊ minister tantum dare possit: si ad pecuniam refera
tur: contra regulam et declarationes est: quia totus ordo
non potest dare vnum denarium: quia nõ est suus: nec po
test eo vti. vt superiꝰ est declaratũ. Donare enim ad do-
minum vel administratorem rerum pertinet. ex̃ de dona-
tionibus. ceterũ. Sed nullus frater minor potest esse do-
minus vel administrator pecunie: vt patet per declaratio
nes predictas. ¶ Illud etiam quãtum sit contra eorum sta-
tum: quis cecus non videret? Recipiunt enim et petunt
aliqui prelati eorum pecunias et res apostatarum suorũ:
quas extra ordinem sunt adepti: quum nunq̃ ordini mi-
norum possit acquiri per aliquẽ fratrem aliquid. vt in pre-
alleg.decre.exiui.§.proinde. Nec obstat quod legit̃ et no.
xviij.q.ij. abbates. q: illud loquit̃ in ordine quocũq; alio
qui potest habere propriũ in cõmuni. Et cui per monachũ

An pro fratre minore liceat pecuniã deponere.

Fratres minores nihil oĩno dare possunt.

vel fratrem alium acquiritur vagabundum: sicut acquirit dn̄o per seruum fugitiuum. ff. de acqui. pos. l. i. §. per seruū. Si aūt religiosus esset expulsus: vel rediens ad ordinem non admissus: tunc etiam monasterium prius nō succederet ei in bonis extra monasterium acquisitis: quia seruus pro derelicto habitus non acquirit domino. ff. de stipula. seruo. quod seruus. ⁊ expressum. C. de lati. liber. tollen. l. i. §. sed et scimus. et no. preal. c. abbates. ⁊ ex̄ de infan. ⁊ lan. expo. c. vnico. et Inno. ex̄ de priuil. cum olim. ij. ¶ Sȝ nec minus absurdum est/ꝙ quando frater minor moritur: prelatus aliquis eius preuaricator regule ⁊ cecus/facit ei suā eleemosynam pecuniariam assignari: ⁊ eo mortuo eam retinet vel retineri facit pro communitate contra deū et statum suū: quia ordo nedū in pecunia in qua nihil habet facere/sed nec in re aliqua fratri succedit. Nam pecunia que erat deposita pro illo fratre: eo mortuo redit ad illum dominum et deponentē pro quo antea tenebatur. vt in p̄all. decre. exiit. ⁊ c. exiui. et tātū in illa pecunia habet facere ordo: quantum in illa que remansit in arca illam deponētis. Si autem non inueniatur deponens aut heredes eius: illam pecuniam que stabat pro fratre mortuo/habet diocesanus episcopus pro deponētis anima dispēsare: sicut habet facere de incertis: quia ipse est et esse debet dispēsator et pater pauperū principalis. xij. q. ij. sancimus. ⁊ c. mos. c. concesso. c. quatuor. et. q. i. ep̄s habeat. ex̄ de testa. tua. de iude. cum sit. in aut. de sanc. epis. §. si autem. C. de episco. et cleri. nulli licere. C. cōia de succes. aut omnes peregrini. Vide quod scripsi. s̄. in. §. in predictis. ver. si queris. in ar. lxv. ¶ Alia autē preter pecuniam/que reliquit frater moriēs: ad vsum fratrum ordinis remanent: ꝙdiu rerum illarum dator et proprietarius patietur: quia donator non potuit transferre in ordinem proprietatis non capacem etiam in communi proprietatē illarum rerū/quas ordini vel fratri ad vsum tm̄ cōcedere potuit: vsq₃ ad sue vel suoꝝ heredū beneplacitum voluntatis. Non enim donator talis vel testator potuit facere quin in donatiōe sua vel legato leges ecclesie et declarationes locum haberent fratrum minoꝝ proprietatis incapacium. ex̄ de testa. requisiti. legit et not. i. m̄. et in glos. x. q. i. Vsus autē illarum rerum dispēsabitur per prelatos ordinis: sicut eis cū fratribus videbit expedire. vt in preal. decla. exiit. ¶ Item tota die faciunt pictanciam aliqui fratres ꝑ quoꝝ necessitatibus pecunia est deposita/bonitati fratrum vel prelatis vel alijs specialibus suis amicis fratribus ⁊ secularibus. Condēnantur etiam per p̄latos aliquos fratres aliqui ad eas faciendas. quod totum est barataria et cōtra statum: vt superius tactū est. quia pecunia pro necessitate fratris presenti vel ingruenti deposita: quia nec aliter deponi potuit: nec debuit ſm declarationem predi. in alienos vel alios vsus expendi non potest sine voluntate deponentis ꝙ fratri necessarios et ingruētes pro quo est deposita. vt preall. c. exiit. ¶ Iterū qua conscientia ceci et carnales prelati quidam eoꝝ maiores vt minister et custodes/possunt condemnare ⁊ taxare et collectas imponere super gardianos ⁊ vicarios eorum in certa pecunia exoluenda eis et contribuēda pro eorum necessitatibus aut prouincie: et mandare per obediētiam et aliquoties sub pena excommunicationis quam ipso facto incurrunt nisi dederint? Hoc enim totum contra statū eorum est et regulam. Pecunia enim assignata pro necessitatibus loci fratrum/nūꝙ potest sine licētia expressa cōcedentis in vsus vel necessitates prelatorum vel prouincie deputari. vt in p̄all. decre. exiit. ⁊ illa maledicta obediētia non est timenda nec seruanda: quia contra regulam ⁊ declarationes eius est: et contra deum. xi. q. iij. non enim. c. si dn̄s. c. iulianus. c. qui omnipotētem. c. qui resistit. c. si imperatores. c. si is. Nec illa sententia excommunicationis timenda est nec seruāda: quia errorem continet intolerabilem. s. peccatum. vt legitur ⁊ no. ex̄ de sentē. excō. per tuas. vbi de hoc. et. c. venerabilib⁹. lib. vi. ¶ ¶ De pecunia fratrum aliquorum studentium quid dicemus? Illi enim tales absq₃ aliqua consciētia cum tota inflatiua. i. Cor. viij. sciētia. eam extra necessitates veras presentes vel ingruētes recipi faciunt et expendi. Primo procurādo studia: et frequēter emēdo muneribus et adulationibus. i. q. ij. sunt nonnulli. et inquietationibus: ad que vadūt et in quibus stant assidue cum pecunia. Quum enim ſm decla. predic. deponi nunꝙ possit pecunia nisi pro necessitatibus veris presentibus vel iam ingruētibus fratrum: vt sepe dictum est: postꝙ ordo per obedientiam non procuratam nō mittit fratres ad studium: sed potius ipsi cum suis ambitionibus se mittūt: que necessitas potest dici/que est potius et verius importunitas/studia ꝓcurare in quibus expendūt tantas pecunie quātitates/quas nūꝙ tantas in seculo habuerunt? nec loquendo verisimiliter. Vere talis nō est necessitas: quia ordo plenus multis est studentibus et regulam frangentibus: et vtinam talis ⁊ tanta in ordine sciētia inflatiua. ex̄ de renū. nisi cum pridem. §. pro defectu. i. Cor. viij. scientia nunꝙ esset: occasione cuius quorūdam fratrū consciētia est consumpta. contra quos Paulus. i. ad Cor. i. et. xlix. dist. c. i. ver. albuginem. Vere ergo nō est talis necessitas: sed presidendi ⁊ ambitionis cupiditas/⁊ tollendi desuper caput iugum obedientie regularis. Vere enim hodie aliqui fratres qui vadūt Parisios maxime et alio de gratia et licentia/non proprie de obediētia: non vadunt vt studeant et sibi ⁊ alijs proficiant. vt ex̄ de magistris. c. vlti. sed vt preemineant: et ordinem et fratres cum suis partialitatibus et diuisionibus et honoribus et pompis et dissolutionibus inficiant. Nam veraciter aliqui magistri et lectores primi ⁊ precipui regule preuaricatores ⁊ ordinis destructores. Legem dedit eis euangelicā legislator almus Franciscus: et nemo ex eis ad literam seruat legem. Io. vij. Vtramq₃ legem regule nouam et veterē verbis predicant: moribus impugnant: tota die disputāt: tota die syllogismos cōponunt: et tota die forastarias ⁊ hospitia implent. ex̄ de vita ⁊ hone. cle. a crapula. calices secūdos euacuāt: loculos copulant. xij. q. i. nolo. ⁊ post buccas rubentes. xxxv. dist. ecclesie. et eructantia viscera de crapula ⁊ ebrietate/de paupertate regule sacratissime carnales intellectus euomunt. xxxv. dist. ecclesie principes. In capitulis regulam allegant: et regulam beatificant: et digito eam mouere nolunt. Vere successores tales et heredes filij scribarum et phariseorum: quia ad eorum vitia deuenerunt. Mat. xxiij. xxvi. q. vij. alligant. Qua ergo consciētia miseri maxime euntes de gratia Parisios soluunt pro expensis: ⁊ alij fratres stabularij recipiunt tantam scilȝ. xx. florenos pro anno pecunie quantitatem? quoꝝ parentes in mundo vix vnꝙ vnum habuere florenum: et vix ventrē pane miliaceo repleuerunt. xij. q. ij. gloria. Non video: nec aliquis habens oculum simplicem et clarum potest videre: sed video ꝙ expresse est cōtra regulam ⁊ declarationes predictas. ¶ Deinde quū sunt in studio aliqui nō contēti vita cōi fratrū: emi frequēter faciūt aliqui omni die comestibilia ⁊ potabilia: adinuicē sibi pictancias faciunt: ⁊ symbolizant pro gula. tunicas delicatas emunt. libros preciosos et vere superfluos/multos nō necessarios emūt: ⁊ scribi faciūt. pecunias sibi mutuāt adinuicē: et frequēter secularibus libros emūt ⁊ vēdūt: nec per ꝓcuratores Romane ecclesie: per quos tm̄ hodie venditiones/⁊ emptiones/et ꝑmutationes/quietationes/remissiones/donationes/locationes/et alij cōtractus ad veros dn̄os ⁊ administratores pertinētes fieri nō p̄nt: q̄ per dn̄m papā Ioan. xxij. reuocati sunt. vt in sua cōstitutione/Ad cōditorē canonū/incipiēte d: manifeste. Qua cōstitutione nihilominus nō obstāte/quidā fratres abutunt ꝓcuratoribus sicut prius: et aliqui absq₃ aliquo ꝓcuratore sicut pessimi proprietarij predictos actus exercent: quum hodie in ordine nec extra ordinem: nec per fratres: nec per alios noīe fratrū/multo minus nomine proprio/quum ad eos non pertineant: aliquid de rebus fratrum cum aliquo possit de predictis actibus exerceri: nisi solū per illos qui res quarū vsum habēt fratres/

Fratrum minorum extra cenobia studētiū deliria.

fratres/fratribus dederūt:⁊ qui sunt veri ꝓprietarij ⁊ domini earumdē. Loca autē fratrū libri ecclesiastici ⁊ vasa ⁊ alia ecclesie paramenta/siue que habet vel habebat ordo ante illā cōstitutionem/Ad conditorē canonum. siue que postmodū habuit:non possunt distrahi nec aliquo titulo alienari:sine voluntate expressa romani pontificis: q̄ adhuc in talib⁹ sibi ꝓprietatem ⁊ dn̄ium reseruauit. sicut in dicta constitutione. ad cōditorē/continet̄ expresse. ¶ De fratribus autē euntibus per verā obedientiā non procuratā/q: tunc non est licētia si procuret̄: q̄q̄ in lr̄is prelatorum obedientia vocet̄: ad studia de voluntate pecunias pro eis deponentiū satis crederem ꝑm declaratiouē Nicolai que cōcedit fratribus libros scientiales ⁊ studia: ꝙ expensas necessarias possunt facere pro eis illi depositarij vel nuntij eorū tenētes elemosynas: libros paucos ⁊ necessarios ⁊ paupes ipsis facere: emere tunicas viles ꝑm regulam: ⁊ alias expensas necessarias de illa deposita recipere pecunia. Quia ex quo eis studia concedunt̄: et oia illa necessaria sine quib⁹ studere nō possunt/cōcessa sunt ar.pre. declara. expit. ex̄ de offi. dele. preterea. et. c. prudētiā ⁊. c. suspitionis. ⁊. no. ij. q. vij. cū pastoris. xij. q. j. non dicatis ex̄ de accusa. ex parte. j. in glos. ij. ⁊ per Jo. an. ex̄ ne cle. vel mo. vt periculosa. in glos. ⁊ tunc. li. vj. Magis tamen consulerem ꝑm beatū Franciscū viam simplicitatis et purioris paupertatis tenere: non eundo per studia cū bursis/⁊ bursarijs/cū eq̄s ⁊ summis librorū ⁊ supellectiliū. q: occasio depositionis pecuniarū pro necessitatibus fratrum preuaricationē regule propter abusum cōmuniter operatur. q: vbi lex declarationis de facto pecunie/ibi ⁊ occasio preuaricationis. Lex em̄ ꝑm Paulū iram operatur. ad Ro. iiij. Ubi em̄ non est lex/nec preuaricatio. vt ibi. ergo a contrario vbi declaratio de facto pecunie fratrū: ibi preuaricationis occasio. vnde ⁊ sancta eorū regula dicit. Precipio firmiter fratrib⁹ vniuersis vt nullo modo per se vel ꝑ personam interpositā recipiant denarios vel pecuniam. Sed fratres multi recipiunt omni modo: nō negatiuam sed affirmatiuā tenētes: q̄ carnis est magis amica. Et hoc ex occasione alicuius modi quē predicta Nicolai declaratio adinuenit: q̄ modus satis pur⁹ si seruaret̄/difficillim⁹ et subtilissim⁹ ad seruandū a paucis bene obseruat̄. Adde qd̄ scripsi. s̄. in. §. religio autē. ꝟ. vtinā. cū. ꝟ. se. in ar. lxj.

Regule beati Francisce declarationes culpantur.

¶ Uolentes em̄ fratres per vias incedere ampliores ⁊ a puritate promisse euangelice paupertatis recedere/contra voluntatē beati Frācisci declarationes fieri procurarunt: q: mandauerat pater per obedientiā in testamento suo qd̄ fecit/ꝙ fratres ꝓ nulla re a sede apostolica literā aliquā impetrarent: preuidens per declarationes apostolicas ⁊ priuilegia regulā relaxandā sicut impresentiarum videmus. Si tamen declaratio seruaret̄: tuti starent in cōscientijs fratres. sed ex spiritu tepescēte ⁊ declarationum occasione nec regula nec declaratio cōmuniter obseruat̄. Quia em̄ ad literā etiā de facto pecunie ⁊ de sancta paupertate ⁊ de alijs regule articulis vult regula obseruari: declarationibus non indiget. q: vnctio spūssancti eā declarat ⁊ docet. j. Joā. ij. ex̄ de sacra vnc. c. vnico. §. de secunda Et bonā habentibus voluntatē non est regula difficilis: sed facilis ⁊ possibilis: q: non est aliqua lex de impossibili ff. de re. iur̄. impossibiliū. ex̄ de pac. c. ij. Et erroneum est dicere ꝙ sancta Romana ecclesia mater oim ⁊ magistra. ex̄ de priuil̄. antiqua. regulā impossibilē ꝯfirmasset: aut legē captiosam fratrib⁹ dedisset. vt est expressum. dist. iiij. erit autē. xxvij. q. j. de viduis. ij. Unde propriissime pōt dici de declarationibus super regulā fratrū minorum: qd̄ dicitur de creaturis. Sapi. xiiij. ꝙ facte sunt in odiū ⁊ in tentationem anime hoim: ⁊ in muscipulam pedib⁹ fratrū insipiētium. Nam vt dixi quū regula pecuniā nullo modo recipi patiatur: fratres nōnulli ex declarationū aliquali modo ⁊ occasione eam recipiunt indistincte. q: occasio pecuniarum ꝑm declarationes pro necessitatibus fratrū depositarū preuaricationem regule cōmuniter operatur. facit enim multa occasio ⁊ opportunitas. ex̄ de eo qui cog. consang. vx. veniens. Et ꝑm apostolū. j. Thessa. vlti. Ab omni specie mala abstinēdū est. j. q. j. emēdari. ex̄ de vi. ⁊ ho. clericorum. ab omni. ⁊ de simo. audiuimus. Et ꝑm Ysaac de vita contēplatiua/quum rerū opportunitatem accipimus nosipsos non possumus cōtinere. Et qui occasionē peccati non tollit: ꝑm eum inuitus trahitur ad peccatū. nec tamen talis simpliciter est inuitus. xv. q. j. merito. ⁊. c. non est q: voluntarius occasionē peccandi accipit. nemo em̄ peccat inuitus. vt pre. c. non est. ⁊. §. j. vbi de hoc. ⁊ de pe. di. ij. si em̄. ⁊. xxiij. q. iiij. vasis ire. al's est. §. sub. c. nabuchodonosor Depositio ergo scilicet pecunie facta pro fratribus/preuaricationis regule occasio est. Est em̄ occasio delicatas expensas ⁊ superfluas faciendi: et necessitatē veram in falsam cōmutandi: ⁊ veram paupertatē rumpendi. Ex occasione ergo declarationum ab ecclesia sancta sancitarum ⁊ male seruatarum/data est occasio cōmuniter fratribus infirmis cōtra eorum regulā pecunias habendi recipiendi ⁊ eis abutendi. licet ecclesia sancta Romana has sancte ⁊ sanctā intentione ediderit: propter fratrū multitudinem relaxatam: quibus arcta via. Mat. vij. maxime de facto pecunie sancte regule videbatur. Et q: in ordine tepuerat seruor primus ⁊ apostolicus ⁊ Francisci: et a via discesserat simplicitatis: ⁊ viā acceperat scientie curiositatis Unde (vt dixi) data occasione pecuniarū per declarationes vere facta est in ordine paupertatis religio preuaricatio cōmuniter generalis. ⁊ qd̄ ab ecclesia prouisum fuit ad remedium fratrū infirmorum/tetendit ad eorū noxā vnde propterea reuocande essent declarationes. ad hoc expressuꝫ. ex̄ de rescrip. statutū. j. rn̄so. li. vj. ⁊ de excep. pia. j. rn̄so. li. vj. ⁊ de sen. ex. alma. j. rn̄so. li. vj. lxiij. di. §. verum. ex̄ de deci. suggestum. Si abesset regula literalis: daretur sine alia glossa sicut ab initio fuit data. Non em̄ pater benedictus almus Franciscus vir totus apostolic⁹ tale remedium ad non rumpēdū euangelicam paupertatē: quam suam matrē ⁊ sororem ⁊ dominā appellabat/potuit inuenire: vt se christi euangelio totaliter cōformaret: q̄ de nullo modo recipiendi pecuniā per se nec per personā interpositam vt continetur in regula a spiritusancto dictata/firmiter preciperet suis fratribus vniuersis. Unde (vt dixi) contra voluntatē eius patefactā in testamēto fratres fecerunt ⁊ contra suam obedientiā illi qui declarationes a sede apostolica procurarunt. Et licet dn̄s Nicolaus papa in declaratione sua dicat ꝙ fratres non sunt obligati ad eius testamentum seruandū: q: ille almus Franciscus successores non potuit obligare: q: non habet imperium par in parem. ex̄ de elec. innotuit. Nec credo salua ecclesie veritate ꝙ parem in ordine in spiritu et de scienda circa hoc voluntate dei habuit vel habebit. Si em̄ (vt dictum est) litera regule literaliter est possibilis ad seruandū: ad quid declaratio? Nec em̄ regularum institutores scripserunt eas figuraliter: q: non est obligatio in figura. de cō. di. ij. reuera. xxxv. q. j. §. hoc itaq̄. sed literaliter. ⁊ talis litera non occidit: sed viuificat. nec iudaizat obseruans: sed christianizat ⁊ apostolizat. ex̄ de sacra. vnc. c. vnico. §. fin. Credo in hoc eum condescendisse infirmitati cōmunitatis fratrum nolentiū sequi perfectissimā voluntatem beati Francisci edocti a spiritusancto ⁊ sanctum rigorē eius ⁊ testamenti sui. quo durante sancta paupertas in ordine perdurasset. ¶ Nec dicere intendo (quod absit) ꝙ papa regulam non potuit declarare. q: bene scio ꝙ sicut eā potuit dare ⁊ cōfirmare: ⁊ dedit et confirmauit: ita eam potuit declarare. q: ad quē spectat datio legis ⁊ priuilegiorum ⁊ regularū ⁊ editio: ad eum pertinet ⁊ interpretatio ⁊ declaratio. xj. q. j. §. ex his. C. de legi. l. vlti. ex̄ de sen. ex. inter alia. ex̄ de iudi. cū venissent. vbi de hoc. sed q: etsi hoc dn̄s papa procuklubio potuit et bonam intentionem habuit: beato tamen Francisco non placuit. Nam ⁊ beatus Paulus ⁊ beatus Barnabas de societate beati Joānis cognomento marci. Act. xv. discordauerūt ⁊ separati sunt

bona intentione ⁊ zelo. sic in casu nostro. Non autē credo ꝙ almus Franciscus testamentū suum quod est sue regule declaratio: ⁊ christi ⁊ sua intentio: spirituale non carnale, non tēporale sed eternale, alio spiritu fecerit ⁊ dictauerit ꝙ quo regulam sanctam suam: sed vtrūq; spiritus dei viui digito consignauit. Nec enim quū testamētum fecit: erat minus perfectus immo magis. q2 crescebat de virtute in virtutem sicut vir iustus. ps̄. lxxxiij. Prouer. iiij. de pe. di. ij. non reuertebantur. ⁊ c. dum sanctā. Nec min⁹ de voluntate dei sciuit: īmo plus, ꝙ quādo spiritusancto dictāte conscripsit regulā. imo magis cum deo coniūctus erat ⁊ illuminat⁹ magis qn̄ fecit testamentū suum prope finē suum: ꝙ qn̄ conscripsit regulam parū post cōuersionē suā. Sed (vt dixi) fratres minores repefacti a sancto feruore patris ⁊ patrum suorum priorum nauseantes super mānna cibum angelicū. i. regulam pascentē animas per virtutes ibi insertas ⁊ dicentes, Quis dabit carnes ad vescendum? Recordamur piscium quos comedebamus in egypto gratis. In mentē veniunt nobis cucumeres ⁊ pepones, porriq; ⁊ cepe ⁊ allia. Aīa nostra arida ē. Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Numeri. xj. querentes occasionē recedendi a rigore sancte paupertatis et humilitatis ⁊ ab obseruantia regule ⁊ euangelij possibili literali: que nedum possibilis erat ⁊ est feruorem bone voluntatis habentibus: imo suauis ⁊ leuis. Mat. xj. et ꝺm Augu. Amor īmania ⁊ difficilia facit leuia. Nō curantes seruare voluntatem patris: quam in testamēto suo fratribus notificauerat ⁊ seruare mandauerat. Et sic fractores testamenti ⁊ indigni hereditate perfectionis euangelice: que maxime in paupertate ⁊ humilitate ⁊ charitate consistit. xj. q. j. syluester. a sede apostolica declarationes et priuilegia plurima impetrarunt. per que a sancta paupertate ⁊ humilitate quasi oīmode recesserūt. Nam eorum priuilegia per q̄ nemini subsunt nisi sedi apostolice: eos in superbiam erexerunt: ⁊ in cōtumaciam cōtra omnes prelatos. Quū em̄ omni creature ꝺm beatum Petrū. j. Pet. ij. et ex̄ de ma. ⁊ obe. solite. j. rn̄so. quilibet debeat esse subiectus ꝓpter deum ⁊ ꝓpter meritum sancte humilitatis. q2 filiorum Belial qui interpretatur absq; iugo. j. Reg. x. est nolle subesse. sed semper dominari velle: vt lucifer. Esa. xiiij. contra quos Bern. Quanti vsq; hodie feda sequunt̄ infeliciaq; vestigia? Immo ꝙ pauci euadunt quibus libido dominandi non dominet̄? Quem sequimini miseri? Nonne iste est mons in quē ascēdit angelus: ⁊ factus est diabolus? Maxime fratres minores q̄ magis humiles esse debent ꝙ homines de mundo: per regulam ⁊ professionē ⁊ vocationē suam omnib⁹ subesse debent: maxime dominis episcopis ⁊ alijs prelatis ⁊ ordinarijs locorū ⁊ sacerdotibus: ⁊ eis honorem ⁊ reuerentiā exhibere: sicut ipse pater in regula ⁊ in testamento mandauit. Uerus em̄ humilis nedum superioribus sed inferioribus subijcit se. sicut christus subiectus erat matri ⁊ Joseph. Luc. ij. Et est iustitia omnia: sicut dicit dn̄s Mat. iij. Joanni baptiste. Sic em̄ decet seruare omnem iustitiā. que est ꝺm glos. ibi. subdere se minori. Eorum priuilegia faciunt eos contēdere tota dei: quum aliam maxillā deberēt porrigere ferienti. Mat. v. xxiij. q. j. §. j. Ego autem citius darem alapam seculari: ꝙ minorē verbū iniuriosum dicerem aliquibus fratribus minoribus. tanta hodie eorū est impatientia ⁊ superbia. Faciunt etiam eos cōtemnere prelatos ecclesiarū: ⁊ occasione priuilegiorum magis sunt insolentes et magis delinquunt. q2 facilitas venie incentiuum tribuit delinquēdi. xxiij. q. iiij. est iniusta. de facto: vt dicit ibi glos. non de iure. ⁊ ex̄ de vi. ⁊ ho. cleri. vt clericorum. Quū t̄n prextu priuilegiorum non deberet crescere flagitiorū authoritas. C. de priuil. scho. l. ij. li. xj. Nec remissio peccatorum det licentiam delinquēdi. j. q. vij. exigunt. de pe. di. iij. sane. Et dicit Imperator. Non permittas delinquentes aliquibus priuilegijs vti. in Aut. de manda. princi. §. ꝙ si delinquentes no. ex̄ de priuil. tuarum. Et faciunt se timeri sicut domini: non sicut serui christi, qui timent ⁊ nolunt timeri. ꝺm fratrem Egidium sed ab omnibus diligi. q2 timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē. j. Jo. iiij xxiij. q. vj. §. ex ijs. Non em̄ dicit̄ homini vt terror suus ac tremor sit contra homines: sed super cuncta animātia terre. Gene. ix. vbi Greg. Homo quippe brutis animalibus natura prelatus est. ⁊ idcirco ei dicitur vt ab animalibus non ab hominibus timeatur. q2 cōtra naturam est superbire: ⁊ ab equali velle timeri. naturaliter em̄ omnes sumus equales: sed peccatum facit subesse. xxij. di. de constātinopolitana. ¶ Itē priuilegia liberant fratres ab oppressionibus ⁊ grauaminibus ⁊ iniurijs mundanorum, quum tamen ista sit professio apostolica, in tribulationibus gloriari. ij. ad Cor. xij. ⁊ Actu. v. in fi. Ibant apostoli gaudentes a cōspectu concilij: quoniā digni habiti sunt pro nomine iesu cōtumelias pati. ⁊ Ro. v. sed ⁊ gloriamur in tribulationibus. Bern. Testimoniū diuini amoris. nullum credibilius: nullum certius in hac vita: ꝙ increpatio que superbiā, negligentiam, et ingratitudinem repellit. quo triplici vitio omne genus religiosorum periculose laborat. Et super illud ps̄ cxvij. Exarserunt sicut ignis in spinis. dicit Greg. Per flāmas detrahentiū ⁊ persequentiū iustorum vita cōburitur. sed si que poterāt esse peccatorum spine: concremantur. Item Greg. Abel esse renuit quem Cayn malitia nō exercet. vij. q. j. §. cum autem. vbi de hoc xxiij. q. iiij. hec autem. Item Mat. v. persecutionē sustinētibus dicitur ꝙ ipsorum est regnum celorū: et vasa figuli probat fornax. homines autem iustos tētatio tribulationis. de pe. di. ij. si em̄. vltra. ij. colū. ibi. ⁊ vasa. Et Greg. Quisquis appetit plene vitia euitare: studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare: vt tanto post mundior ad iudicem veniat: quanto magis nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. Et. j. Pe. ij. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ⁊c. ¶ Item quū priuilegia sint lex priuata. di. iij. priuilegia. et ex̄ de. ꝟ. sig. abbate. non est virorum perfectorum leges cōmunes abijcere: sed eas perfectius alijs obseruare. Unde super illo verbo j. Timo. j. Iusto nō est lex imposita. dicit Bern. Alia est lex promulgata a spiritu seruitutis in timore: alia a spiritu libertatis in suauitate data. nec sub illa cogūtur filij: nec sine ista seruiuere patiuntur. Uis audire quia iustis non est lex imposita? nō accepistis, ait Paulus, spiritū seruitutis iterum in timore. Ro. viij. xxuj. q. vj. §. ex ijs. Uis audire q2 sine lege charitatis non sunt: sed accepistis, inquit, spiritum adoptionis filiorum. Unde quod dicit̄. j. ad Timo. j. Iusto non est lex imposita, intelligitur. i. non tamꝙ inuitis imposita. sed voluntarijs eo liberaliter data quo suauiter inspirata. Sancta ergo est omnis lex iusta propter transgressionem prohibendā ⁊ puniendam. Unde Gala. iij. Lex posita est ꝓpter trāsgressionem. ⁊ di. iiij. facte sunt. ⁊ in prohe. decre. Rex pacificus. ⁊ in prohe. vj. li. Hic a. de quod scripsi. s. in. §. rursus. ꝟ. tria autē. cum. ꝟ. se. qui incipit. sic etiam intelligitur. liij. ar. ⁊ in. §. religio. ꝟ. non errauit. in ar. lxj. Propter causas predictas pater almus Franciscus noluit in ordine suo haberi priuilegia. sed dicebat Hoc est priuilegiū pro me ⁊ fratribus meis: nullū scilicet habere priuilegium super terram: sed omnibus obedire: ⁊ inferiorem me omnibus reputare. Unde contra voluntatem suā a sede apostolica priuilegia impetrarūt. vt patet in testamento suo: ⁊ sepius supra dixi. s. in. §. religio ꝟ. tollat inquā. in ar. lxj. Unde quū transiret per Lombardiam: ⁊ in quodam loco fratrum dixissent sibi fratres ꝙ quoddam priuilegium impetrarant pro quodam fratre magno predicatore, ꝙ per totam Lombardiam authoritate apostolica posset libere predicare. pater priuilegium sibi fecit dari ⁊ cultellum: quo totum illud priuilegiū minutatim abscidit et proiecit in ignem. ¶ Declarationes etiam (vt dixi) maioris preuaricationis occasio fuerunt. nam sicut experiētia manifestat ⁊ veritas occulta: quāto in ordine facte sunt plures declarationes: tanto sunt plu-

res preuaricationes. Sensus enim et cogitatio humani
cordis in malū prona sunt ab adolescentia. Gen. viij. ⁊ p
cliuis est cursus ad voluptatem. ⁊ imitatrix natura vitio/
rum dicitur in concilio Toletano. xx. q. iij. procliuis. xij. q.
j. c. j. Volens autē seruare pure ⁊ simpliciter et etiam lite/
raliter suam regulā sanctam ⁊ possibilem ⁊ supererogan
tem alijs regulis in vita ⁊ in merito. procliuitatē illam fa/
cile vincit. Cū ꝙ autem/ vt supra dixi/ declarationes Ro/
manorum pontificū contra voluntatem beati Francisci
(ne per occasionē earum fratres recederent a regule pu/
ritate) fuerint impetrate: q: spiritus ꝓphetie non semper
est in sanctis. de pe. di. ij. querendum est. al's est. §. sub. c. va
lida. credo declarationes per spiritūsanctum ab ecclesia
emanasse: q: statum euangelicum ⁊ eius perfectionē de/
clarant ⁊ confirmant. que perfectio tempore pape Joan.
de caturco. xxij. fuit vehementissime impugnata: et regu/
la ⁊ declarationes. sed veritas apud Esdram valet ⁊ in/
ualescit. viij. di. consuetudo. ⁊ Esdre. iiij. declaratione nō
indiget: q: ipsa per se clarissima est: ⁊ nedum possibilis sꝫ
facilis ⁊ suauissima. vt supradixi in. §. religio. R. non erra/
uit. in ar. lxj. bonam habentibus voluntatem/ ⁊ gustanti/
bus spiritūsanctum/ ⁊ vere expropriatis a mundo/ ⁊ cru
cifixis mundo. Sed sicut scribitur Prouer. xviij. verū est
ꝙ occasiones querit qui vult discedere ab amico. sed hoc
intelligo de falso amico. Nam Eccl'i. vj. quinqꝫ amicorum
genera distinguūtur. sed qui verus amicus est regule: sem
per eam diligit ⁊ eam seruat: nec querit ab ea recedere. q:
omni tēpore diligit qui verus amicus est. Prouer. xvij.

¶ Articulus. lxvij. A

Pro ad veritatē
⁊ defensionem sancte regule fratrū mi/
norum sciendū est ⁊ memorie cōmendā/
dum futuris tēporibus profuture. ꝙ (si/
cut. s. §. proximo. s. R. non em. dixi et pro/
baui) ad illum scilicet Romanum pōtificē pertinet regu
le declaratio: ad quē pertinet eiꝰ concessio ⁊ confirmatio
Item quum regula sancta fratrū minoꝝ sit medulla euā/
gelij sm beatū Franciscum: ⁊ de eo sit tracta: ad quē per/
tinet euangelij declaratio: ad eū pertinet ⁊ regule euāge/
ce elucidatio. q: hec de maioribus causis est. xvij. di. nec li/
cuit. ex̄ de bap. maiores. in prin. Hoc ideo scribo q: tēpore
domini pape Jo. xxij. anno pontificatus eius. xvj. quidā
viri Belial pseudo fratres minores inimici dei ⁊ bti Frā
cisci euangelij christi ⁊ regule predicte ⁊ vere ordinis sce/
leratissimi proditores ⁊ destructores. ⁊ in ordine eodē sci/
licet fratrū minorum quidā eorum prelati ⁊ ij precipue q̄/
rentes que sua sunt. Phil. ij. viij. q. j. sunt in ecclesia. pone/
tes os in celum ventribus gradientes super terram. xxj.
di. Intantum. nō recte cogitantes/ sed malignissime cōtra
sanctum ordinē ⁊ regulam machinātes. Sap. ij. ⁊ Hiere.
xviij. que duo. c. percutiunt valide istos impios: procura/
runt cū predicto dño papa Joāne et quibusdā cardinali/
bus declarationes omnes factas super regulā a sede apo
stolica/ maxime decre. domini Nicolai totaliter reuocari.

In eos inuehit q regulā minorū curarūt declara/ tam.

allegantes qd ego supra de testamento patris dixi in. §. s.
proximo. R. nec dicere intendo. sed ipsi meo ⁊ sancte regu
le cōtrarium intellectū habentes/ vt regulam destruerent:
dicentes (vt dixi) ꝙ cōtra voluntatē beati Francisci fuit
⁊ cōtra suum testamentum aliquā declarationem sup re/
gulā a sede ap'lica ipetrare. ⁊ ꝙ declarationes erāt fratrū
ligamina. ⁊ ꝙ sine declarationibus melius poterat regu
la obseruari. ⁊ ꝙ declarationes erant impossibiles ad ser
uandum. fingentes se pro zelo regule ⁊ testamenti hoc di
cere: quū tamen tacite ⁊ subdole ipsam per huiusmodi re
uocationem declarationum intenderent destruere. sicut
apparet in eorum declaratione. imo potius destructione
nefandissima ⁊ falsissima et carnalissima quam fecerunt
super regula ante dicta. Declarauerunt enim auctoritate
propria nulla eis a domino papa potestate cōcessa/ sed ze/
lo diabolo concitati (qd nunq̄ fuit in ordine ab aliquo ge
nerali ministro vel capitulo attentatum) regulā expresse
contra regulā. scilicet ꝙ illud quod dicitur in capitulo re/
gule. Precipio firmiter vniuersis fratribꝰ. vt nullo modo
denarios vel pecuniam recipiant per se vel per aliam per
sonam interpositā. tamen pro necessitatibus infirmorum
⁊ alijs fratribus induendis ⁊c. ꝙ illud per personam in/
terpositam nō debebat referri ad necessitates infirmorū
⁊ ad indumenta fratrum. Unde glossauerunt ꝙ pro fra/
tribus infirmis ⁊ indumentis fratrum pecunia bene po/
terat recipi in ordine per personam interpositam: et ta/
men in fine illius. c. regule dicitur expresse/ Eo semper sal
uo vt sicut dictum est denarios vel pecuniā non recipiūt.
Sed ipsi dicunt/ scilicet per se. sed bene per personā inter/
positam. Et sic ceci ⁊ carnales exponūt textum contra te/
xtum. q: textus dicit sicut dictum est. sed. s. dictū est ꝙ fra
tres nullomodo recipiant pecuniam per se aut per perso
nam interpositā. ergo clausula illa/ eo semper saluo/ q̄ in
fine. c. ponitur ⁊c. ad totum illud quod dictum est in prin/
cipio referenda est. vt est casus expressus. ex̄ de ap. inquisi
tioni. Ea etiam que in principio ponuntur: ad finem refe
renda sunt. vt est etiam expressum ex̄ de ap. sc'do. et faciūt
que leguntur et no. xxxij. q. vij. apostolus. ff. si certū pe. le/
cta. ff. de lega. j. si seruus plurium. ff. de ver. obli. tria. xxviij.
di. q: sunt. ⁊ que precedunt reperita intelliguntur. ff. de cō
di. ⁊ demon. a via. Faciunt ad hec que notantur ex̄ de re/
scrip. causam que. in glos. ⁊ ita. ⁊ decre. illa. ⁊. c. ti. olim. §. fi.
in glos. videtur. ¶ Glossarunt etiam illi impij ꝙ nomine
infirmorum intelligebatur omnis infirmitas. scilicet ne/
dum corporalis sed etiā spiritualis. dicētes ꝙ pro omni
necessitate corporali que sm eos vocatur infirmitas: po/
terat pecunia recipi in ordine per ꝑsonam interpositam
Sed quis cecus ⁊ impius talē glossam fecisset: ⁊ textum
violentasset. quū in eodem. c. dicatur (vt premissum est) ꝓ
necessitatibus infirmorum ⁊ fratribus induendis ⁊c. er/
go nomine infirmitatis nō intellexit contineri necessita/
tem indumentorū. quū vtrūqꝫ specificet: infirmos/ ⁊ fra/
tres induendos. Nam specificatio indumentorum exit a
clausula generali infirmorum. ar. bo. ex̄ de rescrip. sedes.
Item isti impij trahunt verbum infirmorum extra propri
am significationē/ q̄ est de infirmitate corporali: ad aliā
necessitatem corporalē: que non vocatur infirmitas ver/
bo accepto cōmuniter sicut debet accipi. q: ad cōmunem
verbi intelligentiam recurrendū est. ex̄ de sponsa. ex lite/
ris. j. Et sm Hilarium/ Intelligentia verborum ex causis
est assumenda dicendi. ex̄ de ver. sig. intelligentia. vbi pro
hoc sunt multe concordantie canonice ⁊ ciuiles. Uere fue
runt infirmi in anima tales glossatores et regule destru/
ctores: ⁊ male a demonio torquebantur cū filia chananee
Mat. xv. ⁊ puero cēturionis. Mat. viij. ¶ Tertio glossa
rūt dicti ceci duces. Mat. xv. ⁊. xxiij. ⁊ Luc. vj. ⁊ ex̄ de eta.
⁊ qua. cū sit. quorum oculi obscurati sunt. ne viderent. sm
ps. lxviij. ⁊. xxxvij. di. §. si. ⁊ cōpositores maligni volentes
aquam ad suū trahere molendinum. quorum infidelium
mentes deus huiꝰ seculi occecauit. ij. Cor. iiij. et cōtra q̄s
christus venit in iudiciū in hunc mundum: vt q̄ viderunt
ceci fierent. Jo. ix. facit. xlix. di. hinc etenim. R. albuginem.
ꝙ verba illa regule posita in. c. illo regule quod sic incipit
Fratres qui sunt ministri ⁊c. R. Et vbicūqꝫ sunt fratres q̄
scirent ⁊ cognoscerent se non posse regulam spiritualiter
obseruare: ad suos ministros debeant ⁊ possint recurrere
ministri vero charitatiue ⁊ benigne eos recipiant ⁊c. po
terant ministri in articulis regule dispensare. Sed veraci
ter isti machinatores quod preuidit beatus Franciscus
per verba predicta ad regulam purius ⁊ perfectius ⁊ spi
ritualius obseruandam. ⁊ sic regule ⁊ eius zelatorum re
medium trahunt ad eius preuaricationē ⁊ notam. cōtra
illud. xlv. di. licet. ex̄ de excep. pia. j. miso li. vj. Et totum hoc
fiebat ad insidias sanctificationis. j. Macha. j. regule: vt
pecunia in ordine reciperentur credentes etiā in hoc dño

pape Jo. placere. Jam per verba predicta puidit almus Franciscus regule zelatoribus et regule puritati. timens et preuidens eam in posterum relaxatum iri. sicut impresentiarum videmus. Ergo sic quod fratres qui scirent et cognoscerent se non posse etc. propter impedimentum sociorum fratrum vel loci vel inferiorum prelatorum. vt inferius declarabo. Ita quod illa impotentia non est referenda ad ipotentiam corporalem vel anime/vel defectum spiritus: quia nullus frater quicunque sit/sanus vel infirmus/debilis vel robustus/nobilis vel ignobilis/magnus vel paruus/adolescens iuuenis vel senex/potest cum veritate dicere/nisi ex malitia vel ex relaxatione et mala sua voluntate: Non possum regulam purissime obseruare. Quis enim frater potest dicere cum vera conscientia/Non possum obedire/Non possum castitatem seruare/Non possum sanus peditare/Non possum sanus et sine magno frigore glacie et niue (in quo casu regula prouider dicens/Et qui necessitate coguntur pos. por. cal.) discalciatus et cum soleis ire/Non possum sanus (quia infirmi secundum regulam non tenentur. et ius. ex. de obser. ieiu. c. ij.) regularia ieiunare ieiunia/Non possum horas dicere et orare/Non possum a murmurationibus et iudicijs cauere/Carere proprio/Non possum esse patiens et humilis/Non possum suspecta consortia euitare: et monasteria monialium non ingredi/Non possum paupertatem seruare/Non possum pecunia carere/et alia regularia instituta seruare? Nam regula Francisci almi apostolica sacratissima et districtissima omnia concedit necessaria corporalia. sed non concedit peccatum quod deus odit. Esa. i. Sapien. xiiij. Prouerb. vj. Eccli. xij. Amos. v. j q. i. odit. xxiiij q. i. odi. de pe. di. i. quam obrem. Concedit quidem tunicas secundum tempora et frigidas regiones. portare calciamenta in necessitate. equitare pro magna necessitate aut infirmitate. comedere de appositis. frangere ieiunia in necessitate. Nam qui pre necessitate. aut infirmitate carnes aut alia delicata comedit: et talis dum manducat/si se temperat/ita seruat regulam: sicut qui non comedit. ar. op. xli. di. quisquis. Qui in necessitate calciatus vadit: vel pre necessitate ieiunia frangit: vel pre necessitate equitat: ita seruat regulam etiam literaliter/quia intellectualiter et mentaliter et secundum intentionem condentis/sicut qui discalciatus vadit aut ieiunat aut peditat. Et idem in similibus. ad hec. xxv. q. i. §. his ita. vbi dicitur de Dauid quod comedit panes propositionis pre fame. i. Reg. xxi. et Mat. xij. de con. di. v. discipulos. et di. i. sicut. ex. de obser. ie. c. ij. ex. de regu. iur. quod non est. vbi de hoc sunt concor. Nullus ergo retorqueat in indistrictionem vel impossibilitatem regulae malam voluntatem suam. Non ergo iniquus exprobret factori eius: quia nemo peccat et preuaricatur contra regulam inuitus vel impotens. xv. q. i. §. i. et c. non est. j. q. iiij. homini. Nec regula alio dispensatore indiget: quia ipsa prouidet et dispensat sicut cuique necesse est. Est ergo verus et purus et clarus intellectus dictorum verborum. iste scilicet/Fratres qui scirent et cognoscerent. ergo et regula eis et eorum conscientie committitur illud scire et cognoscere. ipsi tamen caueant ne nimis habeant conscientiam sine scientia. i. zelum vel fauorem secundum apostolum non secundum scientiam. ad Ro. x. et xv. q. i. §. i. et conscientiam scrupulosam debent deponere ad consilium sapientis deum timentis. ex. de simo. per tuas. ij. Se non posse regulam spiritualiter. i. perfecte et pure et in spiritu veritatis obseruare. Hanc literam sic exponunt quatuor magistri theologie Parisienses scribentes capitulo generali fratrum minorum/scilicet frater Gualdifridus/frater Alexander de hall. frater Jo. de rupella/frater Robertus de batha/frater Rigaudus. Videtur obseruantia regule spiritualiter/obseruantia secundum rigorem siue secundum puritatem suam sine occasione proxima ad peccatum. Alijs videtur quod istud referendum sit ad locum. quantum scilicet ratione loci prestatur fratribus impedimentum ne pure possint regulam obseruare. vt quia loco est annexa proprietas aut cura aliqua animarum ad quam ratione loci fratres necessario tenerentur. hucusque magistri. Ego autem vtrunque accipio. quod siue ratione loci (vt dictum est) proprietatem habentis spiritualem vt parochiam/vel temporalem vt vineas oliueta vel agros/sicut in ordine aliqua sunt loca: siue redditus aut prouentus. siue positi in loco inhonesto inter habitacula mulierum. Siue ratione personarum/quia Guardianus est dissolutus/carnalis/et de regula non curans: et per habitacula mulierum ducit fratrem maxime iuuenem Vel loci familia communiter dissoluta vocans carni et non spiritui: et maxime spiritualem fratrem et regule zelatorem persequens et scandalizans. Vel quia frater per obedientiam sui prelati cum aliquo cardinali vel episcopo vel domino temporali ponitur ad morandum: vbi magna est occasio paupertatem rumpendi difficultas humiliter conuersandi et orandi: et alios actus spirituales exercendi: Et vbi est occasio in sua libertate viuendi: et periculum spiritus cum secularibus conuersandi: quia sicut piscis sine aqua/sic religiosus extra claustrum moritur in spiritu. xvi. q. i. placuit Vel quia frater moratur in loco vbi eum mendicare non oportet. quia habet necessaria ab aliquo domino temporali vel communitate. vel quia de pecunia continue viuit et non de aliqua alia elemosyna panis aut vini aut olei. sed omnia emuntur de pecunia. sicut sunt aliqua loca in ordine. in ijs duobus proximis casibus comprehensa. In quibus casibus non potest regula quantum ad veram paupertatem spiritualiter obseruari. In ijs et in similibus casibus et exemplis vbicunque ratione loci vel societatis vel conuersationis a regule disceditur puritate: ad suos ministros scilicet prouinciales. quod si ipsi eis non prouiderint: sicut infra precipitur debent recurrere ad generalem ministrum/quo super hoc non prouidente/recurrant ad ordinis protectorem: qui secundum regulam est gubernator/protector/et corrector fraternitatis fratrum minorum. et quem credo super prelatos ordinis negligentes in corrigendo etiam in generalem ministrum iurisdictionem habere: et super fratres contemnentes ordinis disciplinam: per verba supradicte regule in. c. ad hec per obedientiam. ibi. Qui sit gubernator et corrector. ar. ex. de accusa. olim. de sta. mo. ea que. et. c. in singulis. §. huius vero. Et talis protector et corrector in ijs casibus nedum habet iurisdictionem: sed etiam punitionem. Ad quod faciunt ea que leguntur et no. ex. de offi. dele. ga. preterea. et c. ex literis patriarche. Protectore vero hoc negligente vel facere non curante/frater recurrat ad papam nec aliud remedium potest dari. Ad hec ex. de iure pa. nullus. xi. q. iij. cum simus. ij. q. vi. ad romanam. Debeant/obligatorium est. Ergo frater de hoc sibi faciens conscientiam/tenetur ad ministrum suum recurrere super obseruanda sue regule puritate. ar. xiiij. q. i. quod precipitur. Et possint recurrere. Ministri vero charitatiue et benigne eos recipiant: et tam familiariter habeant scilicet fratres recurrentes apud ipsos scilicet ministros: vt dicere possint scilicet fratres eis scilicet ministris: et facere sicut domini seruis suis. q. d. In hac recursione pro regule puritate fratres censentur loco domini: et ministri loco seruorum. vnde sequitur. Nam ita debet esse quod ministri sint serui. ar. eorum que leguntur et no. ex. in prohe. decre. Greg. eps seruus etc. et que leguntur et no. in prohe. vj. li. super verbo/seruus. Omnium fratrum. q. d. In hac parte tenentur obedire ministri fratribus recurrentibus ad eos vt purius regulam obseruent. Unde et de mente textus et satis ex litera dico prelatos ministros ad quos fratres recurrunt vt purius et perfectius regulam suam obseruent: esse obligatos ad prouidendum fratribus recurrentibus ad eos de loco et de societate et de guardiano: in quo et cum quibus possint fratres regulam suam purius obseruare. alias peccant mortaliter ipsi ministri qui in hac parte non obediunt fratribus ad eos recurrentibus sicut debent obedire serui dominis suis. ad Ephe. c. vlti. ¶ Sed hodie tales fratres recurrentes ad eos pro regule puritate potius ministri aliquando tribularent: quam eis de puritate regularis obseruantie prouiderent. Nam hodie et iamdiu est in ordine puritatis regule zelatores et preuaricationum

regule contradictores persecutiones sepe a prelatis ordinis quibusdam ⁊ carnalibus fratribus patiuntur in ordine vbilibet/ nedum verbales sed reales. q2 fratres zelotypi regule spirituales ⁊ penitentiā facientes nisi sileāt/ ⁊ se de preuaricationibus fratrū alioꝝ aliquoties cōniuēdo se non intromittant: aut incarcerantur. aut de ordine expelluntur: aut diuersis tribulationibus affligūtur per quosdam malos prelatos: vt ⁊ ipsi cogantur quasi de ordine recedere ⁊ deserta ⁊ diuerticula querere. sicut ⁊ ego scriptor frequenter expertus sum in meipso. maxime quū morarer in monte aluerne vbi almus Franciscus recepit stigmata christi. Gala. vlti. Exempla patentia querantur in prouincia Prouincie/ in prouincia Thuscie/ in prouincia Marchie ⁊ beati Francisci. vt sic ad literam verbum apostoli impleatur. Qui sm carnem est/ persequitur spiritualem. n. Gala. iiij. xxiij. q. iiij. qui sm carnem. xxiij. q. iiij. recurrat. Unde propterea totus ordo diuisus est. ⁊ palee grana conculcant in ordine ⁊ in area Frācisci beatissimi. Et in ei⁹ sagena mali pisces bonos comedunt. Et in eius domo vasa fictilia aurea contaminant ⁊ confringunt. ij. Timo. ij. ⁊ pre. c. qui sm. ⁊. xxiij. q. vij. c. j. Et nunquā cessabit ista persecutio et preuaricatio: donec reuolet. o. ad. a. xxv. di. ab exordio. vt scilicet detur regula a sancta Romana ecclesia ⁊ a capite eius vicario dei literalis ⁊ pura sine priuilegijs ⁊ declarationib⁹: sicut data fuit beato Frācisco ⁊ illi sancto numero duodenario eum socianti ⁊ fratribus spiritualibus eam sm rigorem ⁊ pure et simpliciter more apostolico volentibus obseruare: ⁊ separetur ad literā preciosum a vili. Hiere. xv. ⁊ amurca ab oleo: ⁊ granum a palea. Mat. xiij. ⁊. xj. ⁊ rumpatur rete Francisci literaliter iam scissum spiritualiter/ ⁊ boni pisces condiant ecclesiam: ⁊ mali ambulent in aquis ⁊ locis humentibus ⁊ paludibus. de pe. di. ij. si enim. in fi. et separetur spiritus a carne. vt pre. c. recurrat. Interim taceant viri dei ⁊ sanctis virtutibus ⁊ exemplis et obseruantia purissima (qđ est difficillimū: q2 mali corrūpunt bonos secum habitantes) ps. xvij. Cum peruerso peruerteris. xxiij. q. iiij. ita plane. Sed hic vide qđ scripsi supra in pria parte in. §. ceterū. ꝟ. insuper res ponderant. cum. ꝟ. seq. ⁊. ꝟ. sed et isti dicāt. in ar. lxv. predicent fratres suos. ar. xxv. dis. c. si. ¶ Iste est ergo intellectus verus quem posui verborum in pre. c. regule positorum in summa: scilicet ꝙ per veram obedientiam tractam de mente litere (vt dixi). ministri requisiti a fratribus super obseruantia regule puritatis/ prouideant eis in societate ⁊ loco: quo sm rigorem ⁊ spiritualiter ⁊ perfecte suam regulam valeant obseruare. Nō ꝙ in aliquo cum fratribus valeant dispensare: ⁊ regulam relaxare. sicut predicti prelati impij glossarunt: quātū in eis fuit regulam destruentes: ⁊ dicentes ꝙ de illo. c. ⁊ illis verbis ⁊ de illo recursu q̄ supra proxime exposui: nunq̄ ordo aliquam vtilitatem habuit. vocantes vtilitatem regule destructionem: vt scilicet possint ministri in regula dispensare. quum tamen vt supra in prin. istius. §. probatū est/ ad dominū papam pertineat solum in regula dispensare: et eam declarare qui regulam dedit ⁊ cōfirmauit ⁊ declarauit. ¶ Quatuordecim autē sigilla ministrorū partim voluntariorum partim timidorum quorum aliquos ad contrarium de eo quod agebant diu ⁊ efficaciter confortaui: ⁊ eos non potui reuocare: q2 a fratre Geraldo generali ministro tunc minis ⁊ iniurijs arctabantur Auinione tēpore predicti domini pape Ioā. xxij. ⁊ tempore meo cum sigillo predicti generalis ministri fratris Geraldi de Aquitania: qui fuit author ⁊ principalis glossator trium glossarum extortarum predictam regulam destruentiū: in vna chartula pependerunt. ⁊ eam dictus generalis cum quibusdam de predictis ministris domino predicto Ioā. pape presentauit/ adsistētibus multis cardinalibus. Dominus autem papa p̄dictus dei vicarius lumine claritatis spiritussancti infusus iustus iudex/ veritatis zelatorum suorum predecessorum regulam declarantium sequens vestigia/ nolens impinguari. ps. xxij. in suo capite quod est caput ecclesie corporis mystici. xxiij. q. iij. pro mēbris. et. q. v. de liguribus. ecclesie. xxij. di. c. ij. militantis. oleo dictorū ministrorum vere coram deo et eius ecclesia peccatorū: dixit generali predicto fratri Geraldo qui tres predictas glossas quas supra proxime posui sceleratissimas anathemate perpetuo feriendas confecerat: credens placere ipsi pape Ioan. ⁊ a quo capellum rubeum expectābat: in illorum presentia ministrorū Generalis: intellectus iste quē in duobus predictis capitulis regule das: extortus est: et contra regulam est. ⁊ non credimus/ ꝙ de mille fratribus vnus de ordine tecum in intellectu huiusmodi concordaret. Cardinales aūt domino pape adsistētes/ glossas predictas predicti Geraldi cōtra regulam dicentes ⁊ ipsum concorditer deridebant: cognoscentes de qua radice pestifera fuerant fabricate. j. q. j. fertur. ⁊. c. quibusdam. Dixit mihi nūc quidam cardinalis/ Uere hodie nobiscū quum essemus cum papa fuit sanctus Franciscus. quasi diceret ad defendendam regulam suam. ¶ Postq̄ predictus generalis minister ⁊ alij ministri contra sacram regulam cōiurantes sui pessimi conatus non habuerūt effectum: cōposuerunt malitie malitiam adiungentes/ ꝙ postq̄ declarationes non poterant facere reuocari: nec suas glossas authenticare: de declaratione domini Clemētis/ Exiui de paradiso. certos articulos procurarēt auferri. Sed in hoc succubuere etiam coram christi vicario ⁊ eius reuerendissimis dominis Cardinalibus manu altissimi eos beati Francisci meritis repellēte. ¶ B Sed postq̄ istā digressionem vtilem ⁊ necessariam pro fundamento regule sancte factam interposui: ad preuaricationes quas faciunt aliqui nostri fratres minores in pecunia iterū redeamus. Unde ⁊ frequenter quando prelati volūt remunerare aliquem fratrem de aliquo suo seruitio vel lectorē in studio generali: faciunt sibi solui vel dari in pecunia et de pecunia loci vel prouincie sicut vero facerent seculari. Quod est contra statum expresse. q2 non debet fieri fratri remuneratio pecuniaria: cui a regula pecunia ꝓhibetur. Nec prelatus alicui eam dare potest: quum non sit nec potest esse sua/ nec ordinis. Semper enim oportet ꝙ pecunia sit alicuius qui eam deposuit pro necessitatibus fratrum sine cuius voluntate de ea per aliquem fratrem vel prelatum non potest aliquid innouari vt sepe superius dictum est per decre. Exiit. ¶ Itē expresse contra textum regule est ꝙ aliquis frater minor recipiat aliquam pecuniā pro mercede sua. Unde in. c. illo regule quod incipit Fratres illi. dicitur sic. De mercede vero laboris pro se ⁊ suis fratribus corporis necessaria recipiant preter denarios vel pecuniam ⁊c. Olim autem pecunie que erant de libris venditis in ordine vel extra ordinem/ ⁊ supellectilibus q̄ erāt pape per priuilegia data ordini: poterāt expendi per procuratores ecclesie Romane in necessitatib⁹ ordinis. Sed hodie (vt dictum est supra) et procuratores ⁊ priuilegia sunt per papam Ioā. quātum ad istum articulum reuocata. Unde nullus illorum librorum aut supellectilium qui erant ante illam constitutionem domini Ioan. pape vbi reuocantur procuratores: et papa renuntiat proprietati rerum quibus fratres vtuntur/ quum illa omnia adhuc sint pape quātū ad proprietatem: potest vendi sine licentia expressa domini pape: cuius adhuc ille res sunt: per declara. Exiit. Libri autem scientiales aut queuis alie res date ordini aut fratribus particularibus post dictam constitutionem quum dantium sit proprietas earundem/ non potest vendi: nedum a fratribus qui non habent ibi ius sed nec per aliquem procuratorem quia non est in ordine aliquis legitimus procurator. Et si esset aliquis de antiquis: nullo modo potest se de talibus intromittere. quia reuera (non obstante fraude fratrum quorūdam ⁊ locorum in ordine) omnes procuratores facti ⁊ faciendi qui nomine ecclesie tunc fiebant reuocati sunt per cōstitutionem que incipit/ Ad conditorem/ predictam. Nec aliquē

contractum possunt hodie inire. quum papa eos reuoca
uerit: ⁊ proprio rerum (quibus ordo vtitur) renuntiaue
rit. Sed esto quod essent adhuc de reb9 datis ordini post con
stitutionem predictã: quum sint dantium quantum ad pro
prietatem: non possunt se intromittere vt de eis aliquem
contractum ineant sine concedentium voluntate. Circa
istum articulum fratres cõmuniter offendunt. quia ⁊ res
antiquas quas ordo habebat ante pre. constitu. domini
pape. que sunt adhuc pape ⁊ ecclesie Romane/faciũt ven
di de facto ⁊ alias res que peruenerunt ad ordinem post
dictam constitu. distrahunt tanquam proprietarij sine domi-
norum concedentium voluntate. ⁊ sic contrectant alienũ
⁊ per consequens furtum cõmittunt. ex. de elec. dudum. ij.
⁊ mortaliter peccant. vt pre. c. xxiij. Nam predicta constitu
tio domini pape/Ad conditorem canonum/quantum est
de facto frustra membranas occupat. xix. di. si romanorũ.
⁊ sicut ante illam constitutionem/ita ⁊ hodie emendo et
vendendo ⁊ contrahendo cõmuniter viuunt fratres. nec
de aliqua declaratione aut constitutione domini pape et
ecclesie Romane conscientiam aliquam multi faciũt sibi
fratres super articulo paupertatis. Nec mirum. quia quã
tum ad hoc parum de regula curant aliqui fratres. Nec
hodie cõmuniter per declarationes aut per regulam vi-
uunt fratres: sed per quasdam suas constitutiones. qua-
rum multe sunt contrarie regule ⁊ declarationibus. et per
quasdam consuetudines: que sunt potius corruptele. ex.
de consue. cum venerabilis. ¶ Quidam etiam ex eis la-
borant scribendo eloquearia sportellas faciendo/vel suẽ
do/vel horologia fabricando/vel alia opera mechanica.
⁊ precium pecuniarium recipiunt sicut alij seculares. con
tra eorum regulam. vt est dictum. s. c. pro. vnde et frequen-
ter. cum pro. seq. Nunquam enim vel raro laborant quidam eo
rum pro cõmunitate. etsi pro cõmunitate: non gratis. nec
opera eorum ponunt in manibus prelatorum: sed distra-
hunt sicut volunt. Immo multi eorum scribunt libros ad
vendendum. ⁊ emunt. ⁊ carius quãtum possunt vendũt:
sicut mercatores ⁊ negociatores. lxxxviij. distin. in palea
Ejiciens. ⁊ c. quoniam non cognoui. xiiij. q. iiij. quicunque
ex. ne cleri. vel mo. per totum. ¶ Vadunt etiam quidam
ex eis ad eorum capitula ⁊ alias per mũdum pro eorum ne
gotijs vel consanguineorum vel amicorum: ⁊ aliquoties
nulla causa cogente: sed causa recreationis vagando per
mũdum cum bursarijs: nunc equitando/nunc peditãdo
contra decre. Exiui de paradiso. § quocirca. ⁊ de hoc supe
rius tactum est in. §. offendunt. in. pro. vadunt etiam aliqui
in ar. lxvi. ¶ Quidam etiam ex eis debitum contrahunt
contra statum eorum. vt pre. c. xxijt. §. ceterum. Frequẽter
etiam granum ⁊ vinum ⁊ oleum ⁊ legumina ⁊ caseos et
lanam ⁊ species alias quas acquirũt pro tunicis vendũt
aliqui fratres. ⁊ non pro tunicis dant illam pecuniam sic-
ut fuit voluntas dantium res illas: sed in alijs necessi-
tatibus ⁊ vtilitatibus ponunt. cõtra eorum statum. quia
non possunt illam speciem in aliud quam in tunicas cõmuta-
re. sicut dicitur de pecunia ad certum vsum deputata/quod
non potest in vsus alios cõmutari. vt in pre. c. xxijt. §. cete-
rum. Immo in quibusdam prouincijs in ordine vt in Ale
mãnia lanaz que datur eis pro tunicis fratres aliqui por
tant ad nundinas: ⁊ ibi carius vendunt quam vnde venerũt
et emunt inde quod volunt sicut alij mercatores. contra
statum ⁊ iura predicta. Item quum prelati aliqui deberẽt
facere emi de illa pecunia vel de alijs elecmosynis fratrũ
pannum pro tunicas fratrũ dant eis certas pecunie quãti
tates: de quibus raro habent tunicas cõpletas. quas quã
titates nec prelati dare possunt. nec subditi recipere. quia
contra eorum statum est. quia illa species deberet vendi
de licentia dantium per famulum assignatum per fratres
⁊ per eum pannus emi de licentia ⁊ authoritate dantium
granum illud vel illam speciem. ⁊ pannus deberet distri-
bui per prelatum inter fratres prout quisque egeret. xij. q. j.
c. ij. ⁊ c. quia tua. ⁊ c. scimus. et non deberet dari pannus

multo minus pecunia fratri non indigenti et diuiti mul-
tas tunicas habenti. xij. q. j. dilectissimis. Actu. iiij. Dicat
ergo frater volens suam regulam ⁊ declarationes super
regulam ecclesie obseruare prelato suo/Pecuniam nolo.
detis mihi pannum quem vultis. contentus sum. Si au-
tem prelatus nõ dat pannum: teneat illam pecuniam as-
signatam fratri pro tunica vel parte eius per guardianũ
famulus pro dantibus granũ: donec ematur pannus pro
fratre. Si autem illa pecunia non sufficit pro tunica: te-
neatur per famulum nomine dantis granum conuersum
in pecuniam: donec alia elecmosyna habeatur pro fratris
necessitate assignata de qua suppleatur de tunica quod deest.
Utraque tamen pecunia retenta a famulo pro dantibus te
neatur quousque in necessitate tunice sit expensa. vt sic pre-
dicta declaratio obseruetur. Raro tamen hodie inter fra
tres in isto articulo hec veritas ⁊ puritas obseruatur. im
mo pecunia data fratri pro tunica recipitur: ⁊ ad fratris
vbi et in quibus voluerit libitum dispẽsatur. Multi eti
am fratres maxime maiores in honoribus et pecunijs. l.
di. quia tua. reuera non indigẽtes tunicis/immo haben-
tes promptuaria ⁊ elecmosynas ⁊ decem mutatoria cum
Naaman syro leproso: ⁊ ipsi lip:osi lepra auaritie/Giezi
discipuli Helisei. iiij. Reg. v. ⁊ j. q. j. qui studet. ⁊ c. cito. aut
pannum pro tunicis/quum datur accipiũt: aut pecunias
a guardianis faciũt assignari: sui status dupliciter trans-
gressores. tum quia recipiunt tunicas quibus nõ indigẽt
⁊ sic rapiunt secundum Ambro. xlij. distin. §. j. vt supra dixi. tum quia
contrectant pecuniam alienam: que erat pro veris fratrũ
necessitatibus assignata a dante. que sine licẽtia eius non
potuit in rem non necessariam expendi. vt pre. c. xxijt. ⁊ sic
furtum cõmittunt. vt supra dictum est. legitur ⁊ no. ex. de
elec. dudum. ij. Fratres minores etiam stantes cum do-
minis cardinalibus ⁊ prelatis contra eorum statum par-
tem recipiunt dupliciter peccãtes mortaliter: ⁊ quia sine
licentia deponitur: ⁊ sine necessitate. contra decre. xxijt. de
pecunijs datis ab alijs inter familiam diuidendis. Cum
etiam starem Rome in sancta Maria de ara celi: fratres
nostri de loco a quodam eorum famulo infirmo octingen
tos ⁊ amplius florenos acceperunt eo inuito: dicentes.
Nobiscum fuit lucratus istam pecuniam. nostra est. quod
tãtũ fuit sicut si raperent eam in via. ¶ Inquisitores etiã
heretice prauitatis fratres minores quo priuilegio ⁊ qua
authoritate nescio/tota die dispensant pecunias inquisi-
tionis contra eorum conscientias et statum. quia esto quod
inquisitores facti sunt: nõ propterea a regula absoluti sunt
nec a declarationibus ecclesie. Et in hoc inquisitores du-
pliciter peccant mortaliter: quia quum per priuilegium
papale tres partes debeant fieri de pecunia inquisitiõis:
⁊ vna cõmunitati terre de qua est hereticus dari: altera
officialibus officij: tertia reseruari in manu diocesani in
necessitate officij expendenda: nulla parte alicui assigna-
ta totum sibi inquisitores vsurpant/quum ecclesia Ro-
mana nullam eis partem assignet pro expensis. ⁊ sic vere
fures sunt ⁊ latrones pecunie inquisitionis: eam preter ⁊
contra volũtatem Romanorum pontificum vsurpantes
⁊ eam in abusus suos fratrum et consanguineorum pro
libito expendentes. Secundo offendunt. quia quum de-
berent esse fratres minores ⁊ pecuniam non contrectare
eam expendunt qualiter eis placet. credunt tamen facere
domino holocaustum: quum de illa pecunia faciunt con-
uentibus vel fratribus aliquam elecmosynam ad literã
de mammona iniquitatis. i. de pecunia aliena. contra illa
iura. xiiij. q. v. forte. c. immolans. c. scriptum. c. dixit. j. q. j. nõ
est putanda. Tertio quia vix faciunt contra accusatos de
heresi nisi pecuniariam condemnationem. vt eam imbur
sent. Propter quod vix credo quod aliquis eorum propter
eorum extorsiones pecuniarias euadat excõmunicatio-
nem papalem: que ponitur in clemen. ex. de hereticis. mul
torum. ⁊ c. volentes. j. respõ. Hoc etiam inquisitorum fra
tres minores sicut seculares et amplius pro officio nota-

heretice prauitatis inquisitores.

riatꝰ. vide eẋ de here. vt officiũ.§.ad cõscribendas.⁊ alijs
contractibus ⁊ scripturis faciendis in officio inquisitio-
nis pecunias extortas ⁊ immoderatas ⁊ oblatas accipi-
unt tota die absq̃ aliqua dispensatione papali.contra re-
gulam ⁊ declara.predictas.¶ Fratres etiam cõfessores
aliqui dispensant frequenter incerta ad que tenentur con
fitentes eis sicut volunt.contra predictam decla.exiui.§.
proinde.⁊ in clemen.de priuile.⁊ exces.priuile.c.religiosi.
§.quibus.ꝟ.nec legata.Et(quod peius est)sibi frequen-
ter reseruant.Et hoc idem faciunt de penitentijs pecunia
rijs quas imponunt.que pecunie debent ẜm voluntatem
confitentium pauperibus erogari. Potest tamen confes-
sor dare consilium:⁊ illum quem absoluit inducere vt fra
tribus suis vel alijs quos nominauerit illam pecuniam
impositam ei per penitentiam largiatur.ar.declarationis
Exiui.in clemẽ.§.proinde. ¶ In quibusdam prouincijs
habent fratres minores loca in q̃bus habent omnia ne-
cessaria a quibusdam dominis / contra eorum statum:
qui est nihil fixum tenere:nec reditus nec prouentus.sed
tanq̃ aduene et peregrini debent ire continue pro elee-
mosyna.⁊ hec est celsitudo altissime paupertatis ẜm bea-
tum Frãciscum.vt in regula in.c.fratres nihil sibi appro-
prient.⁊ nihilominus contra eorum statum ⁊ conscientiã
sibi sicut alibi oblationes pecuniarias ⁊ alias oblatas et
petitas pecuniarias eleemosynas et alias extra pecuniã
quotquot habere possunt/recipiunt indistincte:duplex vi
tium scilicet auaritie ⁊ receptionis pecunie contra regu-
lam cõmittentes.de pecunia vt sepe dictum est in regula
in.c.precapio firmiter.de auaritia in regula in.c.fratres q̃
sunt ministri.ꝟ.cõsulo vero moneo ⁊ exhortor in domino
Jesu christo vt caueant fratres ab omni superbia / vana
gloria/inuidia/auaritia/cura ⁊ solicitudine huius seculi
⁊c. Faciunt etiam sibi ministri aliqui prouinciarum red-
di compotum a guardianis:⁊ guardiani ⁊ compotiste a
vicarijs domus:⁊ fratres in via et in domo a famulis:et
prouincia a fratre camerlingo prouincie ⁊ ab inquisitori
bus heretice prauitatis:qui nõ prouincie sed ecclesie Ro
mane cuius sunt officiales/tenentur reddere rationem.
ar.x.q.iij.c.j.eẋ de accusa.qualiter.ij.quod est cõtra decla.
clemen.que prohibet fratribus minoribus cõpotum re-
cipere.vt pre.c.exiui.§.proinde. Quidam etiam eorum
quum habeant eleemosynas pecuniarias : nihilominus
quum infirmantur:vel pro prouincia vel pro locis eorum
proficiscuntur aliquo:faciunt sibi a prouincijs vel a locis
prouideri in expensis pecuniarijs:eorum loculis semper
saluis/sed eorum cõscientijs semper prauis.quia vere ra-
pinam cõmittunt ẜm Amb.xlvij.distin. sicut. accipientes
maxime pecunias non necessarias sed eis totaliter inter-
dictas. Quidam etiam eorum pecunias habent conti-
nue ad bancas mercatorum:ex quibus eis nomine mer-
cancie aliquid pecunie respondetur.nequiores in hoc in-
comparabiliter q̃ alij mercatores augentes cum maledi
ctis pecunijs suis alias pecunias sceleratas.⁊ sic pessimi
negotiatores ⁊ proprietarij desperati.lxxxviij. distin.ejici
ens.eẋ de sta.mona.c.ij.c.super quodam. Quedã etiam
loca fratrum minorum habent casalina et alias domos
⁊ alios hortos remotos a loco:ex quibus sibi solui faciũt
pensiones:⁊ reditus recipiunt annales.cõtra eorum sta-
tum ⁊ regulam. Sed ⁊ vix locus est in ordine qui nõ ha
beat aliquos reditus et prouentus annales : vel in vino
vel grano vel oleo vel pictantijs vel vestibus vel cera vel
alijs speciebus vel pecunia numerata. ¶ Et q̃ꝙ sancte
memorie frater Gonsaluus hispanus de prouincia Ga-
licie nobilis genere sed nobilior vita ⁊ moribus et euan-
gelica paupertate:vere frater minor ⁊ zelator ardentissi-
mus regule ⁊ dominus paupertatis. Matthei.xj.et do-
minice humilitatis/cum quo in loco fratrum de Luca scu
tellas laui in eadem pelui lapidea:magister in theologia
suscipias eum qui tibi subditus est dicētem tibi/Da mihi
licentiam ꝛ potestatem ad talem operationē exequēdam
et ita meipsum ꝛ ad id quod spirituale est permitte diri/
gere. Qui ita dicit: seductus est: ꝛ propriā perficit volun/
tatem: ꝛ optime obedientie federa spernit: ꝛ deceptus et
illusus meritū coram deo obediētie perdit. Hucusqꝫ Cli/
macus a principio quasi istius. §. hucusqꝫ. Vide. s. in isto ar.
in. §. dicebat. ℞. cum beatus. Dixit senex/Obedientia grā
de ornamētum est monachis. Quicūqꝫ eam possederit ꝛ
ipse audietur: ꝛ cū fiducia crucifixo christo obedienti vsqꝫ
ad mortem. Phil. ij. adstabit. Ordo obediētium qui tor/
quem auream in collo habet/maiorem gloriam possidet:
qꝫ aliquis ordo viuendi. q: totus in voluntate patris pen
dens nullam habet requiem. Est autem obediētia salus
omniū fidelium: genitrix omniū virtutum: regni celorum
inuentrix: celos aperit: hominē de terra eleuat: cohabita/
trix est angelorum: cibus est oīm sanctorum. Ex hac enim
ablactati sunt: ꝛ per hāc ad perfectionem venerūt. Mar/
cus Syluani discipulus quū scriberet: ꝛ a patre vocaret:
vt obedientiā festinus compleret/mediā quam scribebat
figuram litere dereliquit. cui quū diceret Syluanus pa/
ter de sue syluestri qꝫ esset bubalus: ꝛ haberet cornua: ꝛ il/
le confessus est. ij. Cor. x. Captiuauerat enim intellectum
in obsequiū obedientie. ꝛ transformauerat suum videre
in videre patris. quod superglorioſum est. Quū missus
frater ab abbate suo in vicū vt deferret necessaria: ingres/
sus esset domū vbi erat puella sola: ꝛ traheretur ab ea ad
peccatum ait: Domine: ppter orationes patris qui misit
me salua me in hac hora. quo dicto/subito inuētus est ad
ripam fluminis iuxta monasterium suū: ꝛ reuersus est ad
patrem sine macula. Abbas Paulus mandauit Joanni
discipulo qꝫ duceret sibi fimū boum qui erat iuxta sepul/
cra. et si inueniret ibi hyenam seuam bestiam: qꝫ duceret
eam captam. Juit Joannes. irruit super eum hyena. ille
vero voluit eam tenere. sed illa fugit. fugientem vero in/
secutus est Joannes/dicens. Abbas meus dixit vt te ligē
ꝛ captam ducam. illa vero stetit: ꝛ ille ligauit eam captā:
ꝛ duxit ad patrem. pater admiratus ait vt humiliaret Jo
anni cedēs eum: Stulte istum canem miserum quid huc
adduxisti? ꝛ mox soluit eum senex et permisit discedere.
Unus frater multū alīs spiritualis inuidebat cuidā al/
teri fratri germano suo multum obedienti. ꝛ duxit illum
ad fluuium vbi erant crocodili: ꝛ dixit ei. Intra fluuium.
ꝛ intrauit. ꝛ non nocuerunt ei crocodili: sed lingebant eū.
Iterum redeuntes inuenerunt mortuum: ꝛ orauerunt su
per illum: ꝛ surrexit. quod miraculū ille frater spiritualis
et religiosus sibi imputabat. sed abbas dixit ei. Propter
obedientiā fratris tui mortuus est resuscitatus: non pro/
pter te. Dixit abbas cuidam suo discipulo qꝫ lignū siccū
quod ipse plantauerat/irrigaret. erat autem ab eis lōge
aqua: vt sero pergeret/ꝛ mane rediret. post tres autē an/
nos viruit contra naturam lignū illud: ꝛ fructum fecit: qꝫ
fuit fructus obedientie. ¶ Joannes abbas in colla/
tione sua de fine cenobite ꝛ eremite ait. Uirtus humilita
tis matris omniū virtutum/ac totius spiritualis structu/
re solidissimum fundamentum/a nostris penitus exulat
institutis. quia subiectionis iugum non sustinere conten
ti/ad presumptionē noxie libertatis protinus euolamus.
quia non sm districtionis regulam sed pro nostri arbitrij
libertate senioris subijcimur imperio. vt nō patientie fru
ctum addiscere/sed tempus adipiscēde licentie expectā/
re videamur. Si illius temporis sancti religiosi hoc dice/
bant: nostri tēporis capitiati ꝛ exterius vix signati in con
tinua viuentes noxia libertate et sub prelatis. Zacha. xi.
idolis victitantes/quid possunt dicere? Idem preceptum
euangelicum de crastino. Matth. vi. non cogitare/ꝛ pre/
lato vsqꝫ ad finem obedire/obseruare: non est minus pfe
ctum anachoritica puritate. Talis enim illū imitatur de
quo dicitur Philip. ij. Humiliauit semetipsum factus obe/
diens vsqꝫ ad mortem. ꝛ Non veni facere voluntatē meā:
sed voluntatem eius qui misit me patris. Jo. vi. Idem:
Finis cenobite est omnes suas mortificare ꝛ crucifigere
voluntates: ac sm euangelium nihil de crastino cogitare.
Matth. vi. quem virum Esaias describens ait Esa. lviij.
Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem
tuā in die sancto meo: ꝛ vocaberis sabbatum delicatum ꝛ
sanctum domini gloriosum: ꝛ glorificaueris cum dū non
facis vias tuas: ꝛ non inuenitur voluntas tua vt loqua/
ris sermonem: tunc delectaberis super dominū. ꝛ sustol/
lam te super altitudinem terre: ꝛ cibabo te hereditate Ja
cob patris tui. Ecce triplex premium religiosorum vere
obedientiū: ꝛ qui vere sanctificant sabbatum: delectatio/
exaltatio/hereditas. Delectationem merentur: ppter car
nis macerationem. Exaltationem/propter voluntariam
subiectionem. Hereditatem/propter voluntariā pauper/
tatem. iuxta illud Mat. v. Beati pauperes spū: quoniā
ipsorum est regnū celorū. In predicta autem authoritate
Esaie ponuntur bona quibus vacare debēt religiosi: ad
quos proprie spectat sanctificatio sabbati. Sāctificatur
autem sabbatū per eos per. vij. scꝫ per obseruantiā quie/
tis spiritualis: per abnegationem proprie voluntatis: per
studium dilecti[...]is spiritualis: per munditiam mentis ꝛ
corporis: per gloriam actoris: per restrictionem concupi/
scentie carnalis: per custodiam oris. Sed hodie communi/
ter religiosi non sanctificant sabbatum. iuxta preceptum
domini. Exod. xx. Memento vt diem sabbati sanctifices.
sed more iudaico ca[...]naliter ipsum maculant: non sancti/
ficant. Judei nāqꝫ tanqꝫ carnales carnaliter sabbatū cu/
stodiebant ocio ꝛ comessationibus vacantes: sic ꝛ religiosi
hodierni ab exteriori opere cessantes sed nō vacātes deo
sed acidiosi ꝛ gulosi de propria salute non curant. Cōtra
quos Augu. Quū deus preceperit obseruari sabbatum:
illi in ijs que deus prohibet exercent sabbatum. Uacatio
nostra a malis operibus. vacatio illorum a bonis operi/
bus. Melius est arare qꝫ saltare. ꝛ melius fodere qꝫ mur/
murare. melius est scribere qꝫ otiari. Caueant tales ne in
tali sabbato moriantur. Matth. xxiiij. Orate ne fiat fuga
vestra. id est mors. sabbato scꝫ acidie. hyeme/torporis ꝛ te
poris. ¶ Eremite vero perfectio est exuere mentē a cun/

Sabbati sanctificatio.

cio terrenis:tamq̃ quantũ humana fragilitas presumit ⁊
imbecillitas finit/viuere cum christo.de quo dr̃:Thren.iij.
Sedebit solitari⁹ ⁊ tacebit:quia leuauit se super se. ⁊ ps.
cj.Similis factus sum pelicano ⁊c̃. Raro ergo est ⁊ pau-
cissimis dono dei concessa perfectio. Iste enim vere ⁊ nõ
ex parte perfectus est:qui ⁊ in eremo squallorem solitudi-
nis/⁊ in cenobio infirmitates fratrum equali magnani-
mitate sustentat.Et ideo in vtraq; professione per omnia
consummatum inuenire difficile est.quia nec anachorita
contẽptum ⁊ priuationem materialium rerũ: nec cenobi-
ta theorie ad integrum potest assequi puritatẽ. Io.cassi.
in.iiij.lib.de institutis renuntiãtium ait/q̃ ingrediẽs mo
nasterium in Egypto primo ponebatur ⁊ probabatur ad
portam monasterij ad seruitium peregrinorũ ⁊ hospitum
per annum.quo cõpleto admiscebatur cõgregationi fra
trum:et tradebatur in cura vni seniori: qui.x.iunioribus
preerat ⁊ gubernabat.Cuius hec erit solicitudo ⁊ erudi-
tio principalis:per quam iunior introductus scandere cõ
sequenter etiã culmina perfectionis preualeat: vt doceat
eum primitus suas vincere voluntates. quem studiose ⁊
diligenter in his exercẽs ea semper illi imperare de indu
stria procurabit:q̃ senserit animo suo esse contraria.Mul
tis siquidem experimentis edocti tradunt monachos et
maxime iuniores ne voluptatem quidem concupiscentie
sue refrenare posse:nisi prius mortificare per obedientiã
suas didicerint voluntates. Ideoq; pronuntiant nullate-
nus vel iram vel tristitiam vel spiritum fornicationis pos
se extinguere:sed nec humilitatem cordis veram nec cum
fratribus vnitatem perpetuam nec firmam diuturnamq;
posse retinere concordiam: sed nec in cenobio posse qui-
dem diutius permanere:eum qui prius voluntates suas
non didicerit superare. Idem Io.cassi.ibidẽ.Tanta ob-
seruantia obedientia regule custoditur:vt iuniores absq;
licentia prepositi sui non solum non audeant cellam egre
di:sed nec ipsi naturali necessitati satisfacere propria au-
thoritate presumant.Sicq; vniuersa complere quecumq;
fuerint ab eo precepta/tamq̃ si ex deo sint celitus edita/sine
vlla discussione festinant:vt nonnunq̃ impossibilia etiam
sibimet imperata ea fide ac deuotione suscipiant: vt tota
virtute ac sine vlla cordis hesitatione perficere ea ac con
summare nitantur.⁊ ne impossibilitatem precepti pro se-
nioris reuerentia metiantur. Itaq; confidentes intra cu-
bilia sua/⁊ operi ac meditationi studium pariter impen-
dentes/quũ sonitum pulsantis ostium audierint/ad ora-
tionem scilicet eos vel ad opus aliud inuitãtis: certatim
vnusquisq; de suo cubili prorũpit. Ita vt is qui opus scri-
ptoris exercet:quam repertus fuerit inchoasse literã fini
re non audeat:sed in eodem puncto quo ad aures ei⁹ so-
nitus pulsantis aduenerit:summa velocitate prosiliens/
nec tãtum quidem more interponat quantũ cepti apicis
cõsummet effigiem:sed imperfecte litere lineam dereline
quens non tam operis compẽdia lucra ve sectetur:q̃ vir-
tutem obedientie exequi toto studio atq; emulatione fe-
stinet.quã non solum operi manuum vel lectioni vel silen
tio ⁊ quieti celle/verũ etiam cunctis virtutibus ita prefe
runt:vt huic iudicent omnia postponenda.⁊ vniuersa dis-
pendia subire contenti sunt dũmodo hoc bonum in nul-
lo violare videantur.¶ § Item Io.cassi.ibidem. Per
humilitatem ⁊ veram obedientiam ceterarum virtutum
quis potest culmina ascendere. sicut in Ioãne abbate pa
tet.qui toto mundo claruit:⁊ vsq; ad gratiam prophetie
per virtutem obedientie extitit sublimatus. Hic itaq; Io
annes ab adolescentia sua vsq; ad virilem etatem senio-
ri deseruiens/donec ille in huius vite conuersatione dura
uit:tanta humilitate inhesit eius obsequijs:vt ipsi quoq;
seni obedientia eius stuporem summũ incuteret. Cuius
hanc virtutem vtrum de vera fide ac profunda cordis hu
milítate et simplicitate descẽderet/an affectatitia esset et
quodammodo coactitia/atq; ad imperantis faciem pre-
beretur/volẽs manifestius explorare:q̃plurima et etiam
superflua minusq; necessaria vel impossibilia frequẽtius
iniungebat. Ex quibus tria ponam quibus manifestari
possit volentibus scire vel mentis eius vel subiectionis in-
tegritas. Sumpsit nãq; lignum aridum ⁊ putre: et fixit
in terra. precepitq; Ioanni vt illud aqua vecta quotidie
bis rigaret: vt in antiquã arborẽ reuiuiscens diffusis ra-
mis amenitatem oculis atq; vmbraculum estu feruenti
subter residentibus exhiberet. Quod preceptum venera
tione solita sine vlla impossibilitatis cõsideratione susci-
piens adolescens/ita quotidianis dieb⁹ expleuit:vt aquã
fere per duo miliaria indefinẽter apportans/nullatenus
lignum cessaret rigare.atq; per totius anni spatium non
infirmitas corporis/non festiuitatis solẽnitas/non occu-
patio necessitatis vllius que illum etiam honeste excusa-
ret ab executione mandati:non denicq; hyemis asperitas
intercidens/ab obseruantia precepti huiusmodi potuit
impedire. Quũq; hanc eius sedulitatem tacitus senex cõ
sideraret: videretq; eum simplici cordis affectu manda-
tum suum velut diuinitus emissum sine vlla permutatio-
ne vultus vel rationis discussione seruare:sinceram eius
obedientiam cõprobans pariter ⁊ admirans tam longũ
laborem quem per totum anni spatiũ studio deuotionis
impẽderat:ad aridum virgultum accedens/O (inquit)
Ioannes: misitne radices hec arbor an non? Quũq; ille
nescire se dixisset: senex velut inquirens rei veritatem ⁊
tamq̃ tentans vtrumnam suis radicibus teneretur:euulsit
coram ipso leui cõmotione virgultum:sicq; projiciens il-
lud/precepit vt deinceps rigare desineret. Hic idem Io
annes ad dicti senis imperium tentatiuũ lenticulam olei
que sola in eremo remanserat: per fenestram cõminuens
dam demisit ad terram: parum cogitans vel retractans
precepti ineptiam/diurnam necessitatem/infirmitatem
corporis/penuriam sumptuum/eremi squallentis angu-
stias ac difficultates. Hic idem ad obedientiam dicti se-
nis saxũ quod multe turbe hominũ mouere non possent:
cõplicita nunc ceruice nunc toto corpore prouoluere con
tendebat:non metiens impossibilitatem precepti pro re-
uerentia senis/⁊ obsequij simplicitate sincera:qua crede-
bat fiducia senem non posse incassum ac sine ratione pre-
cipere. Abbas pater mutius cũ filio suo circiter.viij.an-
norum intrauit monasterium.quadam die quum abbas
infantem vidisset plorãtem: simulans se commotum/ad
probandum patris constantiã mortificationem ⁊ obediẽ
tiam/precepit patri vt tolleret filium:⁊ iactaret in fluuiũ.
quod preceptum velut a deo sibi factum adimplens filiũ
in vlnis rapiens proiecit in fluuiũ.quem tamen procura-
ti fratres post currentes de fluminis alueo leuauerunt.
Reuelatũ autem continuo fuit seniori hac eum obedien
tia.Gen.xxij.Abrae patriarche opus implesse.quem post
se migrans ad christũ abbas successorem monasterio de-
reliquit. Quidam filius comitis ditissimi studijs litera-
libus non mediocriter institutus in monasterio conuer-
sus/ad senioris preceptũ confestim postq̃ intrauit mona
sterium.x.sportas ceruicibus suis portans ⁊ per plateas
circũferens/singillatim mutis ⁊ non vni sicut sibi prece-
ptum erat statuto precio venũdedit:non cõsiderans tam
vilis ⁊ inconsueti officij nouitatem/splendorem nataliũ/
venditionis iniuriam:dũ illam christi humilitatẽ. Mat.
xij.(que est vera nobilitas animum que moribus ornat)
per obedientie gratiam desiderat obtinere. Abbas Py-
nufius abbas in egypto ingentis cenobij signis ⁊ virtu-
tibus gloriosus timens ne fauor populi fructus sibi pre-
mij vacuaret eterni:occulte suũ monasterium fugiẽs ha-
bitu seculari indutus receptus est sicut nouiti⁹ ignotus
in monasterio Tabennisiotarum in Thebaida. datusq; est
tamq̃ senex inutilis ⁊ incognitus in adminiculum cuidam
fratri adolescenti qui hortum susceperat excolẽdum.qui
non solũ omnia que ipse prepositus imperasset ⁊ que in-
iũcti operis cura poscebat/cum summa humilitate com-
plebat:fimum humeris portando/⁊ alia officia vilia su-

ciendo:verūetiam quedam necessaria opera que propter horrorem a ceteris vitabantur noctis labore complebat. tādem cognitus a suis monachis cum querentibus/coactus est ad suū redire monasteriū: dicens se inuidia diaboli proditum/ne bono subiectionis τ obedientie potiretur. Simile fecit idem receptus in monasterio Bethlemitano:qui tādem coactus ad suum redijt monasterium in egypto:τ coactus est esse quod erat. ¶ Quidam iunior cū a suo increparetur abbate cur humilitatem τ obediētiam quā renuntians mundo pro modico tempore retentare cepisset/dimitteret: diabolica inflat⁹ superbia suaq; contumacia respondit. Nūquid ob hoc memetipsum humiliaui pro tēpore:vt semper subditus sim?ad quod eius effrenatū scelestūq; responsum ita est senior stupefactus: percipiens verba hec non ab homine sed ab antiquo lucifero esse prolata:vt nullam vocem aduersus tantā proteruiam de ore suo emitteret:τ non nisi gemitus de corde tātummodo τ suspiria potuerit propalare: tacitus intra se voluens illud qd̄ legitur de christo. Phil.ij. Qui quum in forma dei esset:humiliauit semetip̄m factus obediens: non vt ille diabolico spiritu ac tumore possessus/p tempore:sed vsq; ad mortem. Jo.cassi. Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura cōsurgere:nisi prius iacta fuerint vere humilitatis in corde nostro fundamina: que firmissime collocata perfectionis τ charitatis culmē valeāt sustinere. Jta videl; vt primum fratribus nostris veram humilitatem intimo cordis exhibeamus affectu. in nullo sc; acquiescentes eos cōtristare vel ledere. quod nullatenus poterimus implere:nisi renuntiatio vera que in expoliatione omniū facultatum ac nuditate cōsistit/in nobis fuerit christi amore fundata. deinde obedientie iugum τ subiectio simplici corde ac sine vlla fuerit simulatione suscepta. Jta vt preter abbatis mandatū nulla penitus in nobis viuat voluntas. Quod non aliter poterit obseruari:nisi quis se non solum mortuū huic mundo/verūetiam insipientem iudicauerit ac stultum: vniuersa que fuerint a senioribus imperata/sine vlla discussione perficiens: sacrosancta ea credens ac diuinitus promulgata. Jn qua consistentibus qualitate proculdubio status ille humilitatis vere tranquillus ac immobilis subsequetur: vt nosmetipsos inferiores omnibus iudicantes/vniuersa que nobis fuerit irrogata tametsi iniuriosa sint vel tristia vel dānosa:tamq̄ a superioribus nostris illata patientissime toleremus. hucusq; Jo.cassi.in dicto.iiij.lib.de institu.τc. ¶ B Quū Paulus simplex discipulus magni Antonij semel ex simplicitate presentibus alijs fratribus interrogasset ipsum an christus prius fuerit an prophete beatus Antonius verecūdatus pro eo/q sic eum discipulus suus absurde interrogasset:silere eum ac abire iussit. Jlle vero quia omne quod ab eo dictū fuisset tāq̄ preceptum dei seruare proposuerat:accedens ad cellam suam tāq̄ mandato accepto silentiū gerere instituit:nec omnino aliquid loqui.τ sic.x.annis permāsit. Quod quū percepisset Antonius:mirari cepit vnde hec illi obseruantia placuisset:quā anime sciebat nō esse mandatam. Quūq; eum loqui iussisset:τ cur tantū siluerit indicaret:Tu (inquit Paulus) dixisti mihi vt irem τ silerē. Et stupefactus Antonius ita ab eo sermonē quem ipse negligenter protulerat obseruatum. Omnes nos iste (inquit) condēnat. Quū enim nos de celo nobis non audiamus loquētem: ab isto qualiscūq; sermo qui ex ore nostro processerit obseruatur. multā tamen Antonius docere volēs eum obedientiā/precipere ei solitus erat etiā que ratio non poscebat:in quibus eius animus probaretur. Haurire nāq; aliquādo eum aquā iussit ex puteo:τ in terrā tota die effundere.τ contextas sportellas resoluere:atq; iterum retexere:τ rursus resoluere. Et ita per hec ad obedientiā purissimā informatus in breui ad perfectionem peruenit. Ex cuius exēplo dicebat Antonius q si quis velit velociter ad perfectionem venire:non sibi ipsi fieret magister:nec proprijs voluntatibus obediret:etiam si rectum videretur esse quod velit. sed mandatum saluatoris obseruandum ante omnia/vt vnusquisq; abneget semetipsum sibi τ renuntiet proprijs voluntatibus. Matth.xvi. quia christus dicit Jo.vi. Ego veni non vt faciā voluntatem meā: sed eius qui misit me.τ vtiq; voluntas sua non erat contraria patris:sed qui venerat obedientiā docere/non inueniretur obediens:si propriam faceret voluntatē. quanto magis nos iudicabimur inobedientes:si faciam⁹ proprias voluntates? Deniq; supra dictus Paulus exemplū nobis est. qui obedientie τ simplicitatis merito in tantū spiritualium gratiarum culmē ascendit:vt multo plures τ potentiores virtutes per ipsum q̄ per Antonium dominus faceret. Tante fuit simplicitatis τ fiducie apud deū: vt quodam tempore quum celeriter non curaret quēdam oppressum a dirissimo demone more canis rabiētem:more infantium indignatus dixit ad christum. Vere hodie non manducabo si eum non curaueris.τ mox quasi delicioso infanti satisfactum est a christo.τ statim curatus est rabidus. ¶ Abbas Basilius interrogat⁹ quomodo sibiinuicem fratres obedire deberent:respōdit. sicut serui dominis suis. sicut precepit dominus. quia qui vult in vobis esse magnus/fiat omniū nouissimus τ seruus. sicut filius hominis non venit ministrari. Matth.xx. sed ministrare. Dicebat senex quia nihil sic deus querit ab ijs qui initiū habent conuersionis:quō obediētie laborem. ¶ Quidā secularis renuntiauit seculo:τ venit in monasteriū adducens secum suū filium paruulum infantem. quem abbas tenens osculabatur: et dixit patri suo/Amas hunc?τ ille respondit. etiam. Postea dixit illi abbas/Tolle ergo si amas eum:τ mitte eū in furnum ardentem.τ tenēs eum pater suus iactauit in furnū ardentem.τ statim factus est furnus velut ros. Daniel.iij. Ex quo facto acquisiuit sibi gloriam quemadmodū Abraam patriarcha. Jdem quasi supra eo.li.abbas pater. ¶ Beatus Benedict⁹ iussit dari oleū quod remanserat cuidā subdiacono. sed cellerari⁹ nō obediuit ne fratribus oleū deesset. Jratus pater iussit alijs fratrib⁹ vt ipsum vas vitreū in quo parū olei remāserat/per fenestrā proijceretur: ne in cella aliquid per inobedientiā remaneret. factūq; est. sed proiectū vas remāsit incolume. Tunc collectis fratrib⁹ beatus Benedictus de infidelitate τ inobedientia inobedientē monachū increpauit. ¶ Narrat Greg.in dialogo li.iij.de epo sabino episcopo placētino.q cū Padus fluuius egressus alueū suū terras ecclesie occupasset: dixit diacono suo/Vade τ dic pado/mandat tibi eps vt te cōpescas: τ ad proprium alueū redeas. qd̄ diaconus irrisit:nec obediuit. Tunc vir dei accersito notario dictauit/dicens. Sabinus dn̄i nostri Jesu christi seruus cōmonitoriū Pado. Precipio tibi in noie Jesu christi vt de alueo tuo in locis istis vlteri⁹ non exeas:nec terras ecclesie ledere presumas.τ dixit notario Vade hoc scribe:τ in aquam eiusdē fluminis hoc proijce. Quo facto sancti viri preceptū suscipiens aqua ad alueū est reuersa. qua in re inobedientiū duritia cōfundit̄ quando in virtute Jesu τ elementū irrationale sancti viri preceptis obediuit. ¶ Vir dei cōtra Samariā missus/quia per inobedientiā comedit in itinere:hūc leo in itinere occidit. sed statim illi ut scriptū est.iij. Reg.xiij.vij.q.i. deniq; quia stetit leo iuxta asinū τ nō comedit de cadauere. Ex qua re s̄m Greg.in.iij. dialogorū ostēditur q peccatū inobedientie in ipsa fuerit morte laxatū. Jn libro q̄ dicit̄ paradisus dicit̄ q quū Didimus monachus rogasset beatū Antoniū magnū qui eū ad visitādum venerat:q in cella sua flecteret genua τ precē funderet:statim fecit. at secundo noluit se rogari. ipsis nos rebus docēs sanctorū voluntatibus obedire:quia verus monachus nō contēdit. Joseph in coll. sua de definiēdo dicit. Seniores nostri quoq; fidei apostolicarū signa virtutū testimonia reddiderunt: quiq; vniuersa iudicio potius ac discretione spūs/q̄ rigida animi obstinatione gesserunt; eos q̄ alienis infirmita

ribus ⁊ volūtatibus acquiescerent/multo vberiores fru-
ctus penitētie q̄ eos qui in suis volūtatibus perdurarēt
capere consueuerunt. Denic̨ abbas Piamon post.xxv.an-
nos oblatā sibi vuam ⁊ vinū a quodam fratre sine hesita-
tione suscipiens/cōfestim ea que ingesta fuerant cōtra cō-
suetudinē degustare/q̄ ignote cūctis continentie maluit
propalare virtutē. Idem in eodē. Nunq̄ rationabiles ac
probatos patres duros aut irreuocabiles in suis defini-
tionibus fuisse meminimus. sed velut cerā calore ita etiā
eos ratione mollitos: ⁊ intercedēte saluberiori cōsilio me-
lioribus partibus sine hesitatione cessisse. Quoscūc̨ aūt
vidimus definitionibus ꝓpriis inherere: irrationabiles
semper probauimus ac discretionis expertes. ¶ Quidā
venit ad abbatē Sisoy volens fieri monachus vnicū ha-
bens filiū. cui dixit Sisoy. Si vis fieri monachus proijce
filium in flumen. quo volēte facere missus a Sisoy alius
frater dixit. Ne iactes puerū in aquā. dixit ille. Abbas pre-
cepit vt iactem. Cui frater. Ille ⁊ iterū precipit q̄ non fa-
cias. Ille autē relinquens filiū factus est monachus pro-
batissimus ꝓpter obedientiā. ¶ Dixit abbas Sisoy. Ue-
ni ad abbatē Achillem q̄ fuit magne obedientie. ⁊ ad ab-
batem O: qui magne humilitatis fuit. ⁊ quū starem ibi:
allatus fuit eis quidā piscis modicus: quem quū abbas
Achilles incideret vt pararet eum: vocatus est ab O: ille
autem dimisit cultellū in medio piscis statim: ⁊ non preci-
dit eū: ⁊ cucurrit ad eum. ⁊ miratus sum tātam obedien-
tiam eius. quia nō dixit/expecta donec incidā piscem. Et
dixi ego abbati Achilli/Ubi inuenisti obediētiam hanc?
respōdit. Non est mea: sed istius senis. ⁊ dixit mihi. Ueni
et vide obedientiā ⁊ humilitatē eius. Coxit aūt Achilles
partem piscis malecita vt perderet illū volūtarie. ⁊ appo-
suit seni. ⁊ ille manducauit nihil loquēs. ⁊ dixit ei/Bonū
est senex? ⁊ ille respondit. bonū est valde. Post attulit aliā
partem nimis coctam. ⁊ dixit. Ecce illud perdidi senex: et
istud nimis coxi. Respondit etiā modice mali cibi exiuit.
Et cōuersus ad me abbas Achilles dixit. Uide quia hec
obedientia istius senis est. Et exiui ab eis. ⁊ quicquid ibi
vidi: feci ſm meā virtutem. ¶ Quidam patrū misit disci-
pulū suum procul haurire aquā ad puteū. qui oblit⁹ por-
tare funem/residens super puteum clamauit dicens. La-
cus lacus: abbas meus precepit mihi vt implerem lage-
nam istā aqua. ⁊ statim ascendit aqua vsc̨ ad summū pu-
tei obediens sibi: sicut ipse suo patri spūali. ⁊ impleuit la-
genam aqua: ⁊ reuersa est aqua in locum suū. ¶ Quidā
puer cū patre suo venit instincte ad penitentiā faciendā.
qui quū temptaretur a fornicatione: dixit patri. Uado ad se-
culū: quia nō possum carnis concupiscentiā tolerare. Cui
pater. Accipe panes.xl. ⁊ esto in eremo deferens folia pal
marū.xl. diebus. qui obediens patri quū quieuisset ibi.xx.
diebus: stetit corā ipso velut mulier ethiopissa turpissima
et fetidissima: ita vt abijceret eā a se fetorem non tolerās.
Cui illa. Ego sum que cordibus iuuenū dulcis appareo.
sed propter tuam obedientiam ⁊ laborē ⁊ orationem nō
permisit me deus te seducere. Ille autē surgens nūtiauit
patri. Cui pater. Et ego inquit noui. sed si permansisses.
xl. diebus iuxta mandatū meū maiora vidisses. ¶ San-
ctus Abraam anachorita in cella occlusus perfecte viuēs
rogatur ab episcopo ire ad vicum gentiliū: ⁊ conuertere
eos. cui Abraam. Obsecro inquit sanctitatē tuam vt me
mala mea plangere permittas. Cui eps. Ecce mūdum ⁊
que in eo sunt reliquisti: ⁊ crucē christi amplexus es. atta-
men donec vniuersa hec expleueris: agnosce te obedien-
tiā (que cunctis virtutibus eminet) non habere. Hec ille
quū audiret cepit flere. ⁊ ait. Fiat volūtas dñi. ꝓpter obe
dientiā quocūc̨ iusseris pergam. ¶ Beate memorie Ar-
senius dixit aliquādo abbati Alexandro. Quādo expen-
deris palmulas tuas: tūc veni ⁊ gustabimus. Si autē ali-
qui peregrini superuenerint: comede cū eis. Abbas autē
Alexander leuius operabatur. ⁊ quum facta fuisset hora
māducandi: supererat adhuc ei de palmulis suis, sed vo-
lens custodire sermonem senis sustinuit donec explicaret
palmas. Abbas aūt Arsenius quū videret quia tardaret:
gustauit. existimās quia forte peregrini superuenerant: ⁊
cū ipsis gustasset. Abbas autem Alexāder. postq̄ explica-
uit palmulas: vespere perrexit ad Arseniū. Et dixit Arse-
nius. Peregrinos aliquos habuisti? Et ille respōdit/nō.
Et Arsenius. Quare ergo nō venisti? Et respōdit. Tu di-
xisti mihi/quādo defecerint palme: tūc veni. ego habens
sermonē tuū in animo meo non veni. q: modo adhuc cō-
pleui opus. Et miratus est senex scrupulositatē obedien-
tie eius: ⁊ dixit. Citius disiungere ab opere tuo: vt ⁊ mini-
sterū psallendi facias ⁊ aquā tibi haurias. Alioquin cit⁹
debilitabitur corpus tuū. ¶ Uenerunt aliquādo fratres
quatuor vestiti pelliceas tunicas deserti ad abbatē Pam-
bo. Et indicauit vnusquisc̨ virtutē alterius non presente
eo de quo loquebatur. Unus aūt ex eis ieiunabat multū.
Alter vero nihil possidebat. Tertius vero habebat pluri-
mā charitatem. De quarto dixerunt. q̄.xxiij. annos habe-
bat permanēs in obediētia senioris. Respōdit eis abbas
Pambo. Dico vobis q̄ istius virt⁹ maior est aliorum. q̄m
vnusquisc̨ vestrū virtutem quā possidet propria volūta-
te retinuit. hic aūt solus suam voluntatē abscindens alie-
ne voluntatis se seruum fecit. Tales enim veri cōfessores
sunt si vsc̨ ad finē ita perseuerauerint. Dicebant senes q̄
ista querit christus a christianis: vt obediat quis diuinis
scripturis. quoniā inde accipiet loquendorū ⁊ agendorū
formā. Et vt cōsentiat prepositis ⁊ patrib⁹ suis orthodo-
xis. ¶ Item sciendū q̄ vbi inferior prelatus vel iudex ali-
quid precipit: ⁊ superior alius contrarium: superiori obe-
diendū est. quod qualiter intelligatur no.xi.q.iij. qui resi-
stit. vbi de hoc. Unde super illud Rom.xiij. Qui superio-
ri resistunt: ipsi sibi dānationem acquirūt. dicit glos. Aug.
Si quis iusserit: nūquid faciendū est: si contra proconsu-
lem iubebatur? Rursum si q̄d ipse procōsul iubeat: ⁊ aliud
imperator: nūquid dubitatur illo contēpto illi esse seruiē-
dum? De hoc etiā habetur di.viij. que cōtra mores. Notat
etiam Innoc. ex͂ de appel. ad hec. q̄ in dubijs maxime in
spiritualibus obediendū est. De hoc etiam plene no. ex͂ de
tēpo. ordi. ad aures. ¶ Itē non tenentur subditi obedire
prelatis in his que nō pertinēt ad officiū suum. xviij.q.ij.
hoc tantū. ⁊ no. in pre. c. ad aures. Dicit enī Seneca in.iij.
lib. de beneficijs. Errat: si q̄s existimat seruitutem in totū
hominē descendere. pars ei⁹ scʒ corpora obnoxia ⁊ adscri-
pta sunt dominis. mens quidē sui iuris est. Et ideo in ijs
que pertinēt ad interiorem motū vel votū voluntatis: nō
tenetur homo obedire homini. sed in ijs que exterius per
corpus sunt agenda. In quibusdā tamē que ad naturam
corporis pertinēt/homo homini obedire nō tenetur: sed
soli deo. quia oēs homines natura sunt pares. puta in ijs
que ad corporis pertinent sustentationē ⁊ prolis genera-
tionē. Unde non tenētur nec serui dominis/nec filij parē-
tibus obedire in matrimonio cōtrahendo: vel virginita-
te seruāda: aut aliquid hmōi: nisi de bono ⁊ equo. de hoc
legitur ⁊ no. ex͂ de despon. impub. c.j. ⁊ no. ex͂ de regu. cum
virum. in glos. paterna deuotio. ⁊ .xxv.q.j.c.j. ⁊ de coiu. ser-
uo. c.j. xxxij.q.j. integritas. Sed in ijs que pertinēt ad dis-
pensationem actuū ⁊ rerum humanarum tenetur subdi-
tus suo superiori obedire: ſm rationem superioritatis: si-
cut miles duci exercitus in ijs que pertinent ad bellum.
xxiij.q.j. quid culpatur. vbi de hoc. Seruus domino in ijs
que pertinent ad seruilia opera exequenda. liij. dist. quis-
cūc̨. ⁊ quasi per totum. ⁊ ex͂ de iudeis. c.ij. Filius patri in
ijs que pertinent ad disciplinam vite ⁊ curam domesticā.
xxij.q.iiij. duo ista. de obedientia religiosorum supra ple-
ne dixi. ¶ Tenentur etiam christiani potestatib⁹ se-
cularibus obedire infidelibus. per fidem enim non tolli-
tur ordo iustitie: sed magis firmatur. sed ordo iustitie re-
quirit vt inferiores suis superioribus obediant. aliter enī
non posset humanarum rerum status conseruari. ad hec
j. Pet.ij. Serui subditi estote in omni timore dominis: nō

In q̄b⁹ sit obe-
diendū
sup̄iori.

tantū bonis ⁊ modestis/sed etiam dyscolis.xi.q.iij.iulia-
nus.⁊.§. Item in psalmis.⁊ ex̄ de iude.multorū. lxxxix.di.
ad hoc. Non tamen per hoc possunt iudei aut saraceni ha-
bere seruos christianos.quia prohibitū est ex causa. ex̄ de
iudeis.c.j.⁊.ij.⁊.c.ad hec.⁊.c.fi. Excōmunicatis etiam do-
minis.quādiu extat excōmunicatio/non tenētur vasalli
obedire. Ad hec.xv.q.vj.c.nos sanctorū. ⁊.c.iuratos. vbi
de hoc. Nec hereticis.ex̄ de here.c.vlti. Nec tyrannis vsur-
pantibus publice principatum:nisi iam cōfirmatis. iij.q.
vij.§.tria.℣.verūtamen.in glos.ecce quātum. Item supe-
riori iudici/vbi sunt duo/obediendum est.vt dictum est in
pre.c.qui resistit.⁊ hoc habet locum quando ad superio-
rem appellatum est.vel quādo vnus iudex habet iurisdi-
ctionem ab alio.vt officialis ab episcopo.ff.de iudi. iudi-
cium.C.de offi.rec.prouin.potiores. ad hec faciunt.xxi.di.
inferior.ex̄ de offi.leg.volentes. Ubi autem sunt equales
domini quibus aliquis tenetur:⁊ precipiunt diuersa:obe-
diat vtriq; si potest.ff.de ope.liber.libertus.⁊ no.de peni.
di.j.§.hoc idem.℣.nemo em̄.in glos.diuersis.als obediat
cui primo iurauit.quia primū iuramentum seruandū est.
ex̄ de iureiur.tua.⁊.c.veniens. Si autem quis in duobus
beneficijs intitulatus est:⁊ sub diuersis prelatis:tūc obe-
diat ei a quo maius habet beneficium:⁊ qui vtilius preci-
pit.ar.ex̄ de testa.cum in officijs.⁊.c.relatum.ij.⁊ ex̄ de po-
stu.c.fi. Si in omnibus sunt equales: locus est gratifica-
tioni.ff.ad syluia.senatusconsul.si qs in graui.§.sicut ois.
Hec in ordinarijs iudicibus locum habent. In delegatis
vero seruatur quod dicit̄ ex̄ de rescrip.cum cōtingat. Itē
tam in ordinarijs q̄ in delegatis locum habet.ex̄ de sen.⁊
re iudi.c.fi. ¶ Si precipiat episcopus sacerdoti excōmu-
nicare vel denuntiare aliquē quē sacerdos ⁊ maior pars
parochie scit innocētem:nihilominus obediat sacerdos.
xi.q.iij.sententia.xxiij.q.j.quid culpatur.ex̄ de offi.delega.si
quādo.c.pastoralis.§.quia vero. Unde Bern̄. ad Adam
monachum. Quedam sunt pura bona.quedam pura ma-
la.⁊ in his nulla debetur obedientia hominibus.quia nec
mala agenda:nec bona sunt propter obedientiam dimit-
tenda.sed inter hec sunt media. ⁊ in ijs nō est fas sensum
nostrum preferre sententie magistrorum: scʒ vt vigilare/
disciplinare/ieiunare/peregrinari/⁊ similia. ¶ Si episco-
pus precipiat clerico suo vt eat Romam propter negotia
ecclesie:non potest se excusare ab obediendo/quia dicit q
alij sunt ibi magis idonei. quia in legationibus non est
ordo seruandus.ff.de lega.secūdo.§.penulti.⁊ no. de hoc
xvj.q.j.vos autem. Nec potest se excusare pretextu cure fa-
miliaris.quia cōmunis vtilitas preferenda est priuate.ex̄
de postu.pre.bone.⁊ hoc tamen intelligas scḋm ea que no.
vij.q.j.scias. Non tamen tenetur obedire vt promoueat
negotium cōtra semetipsum.ff.de lega.secundo.§.si accu-
satio.⁊ ar.ex̄ de iureiur.peritie.⁊ faciunt ea que no.xxij.q.
v.de forma.in glos.sic ergo. ¶ Item nō tenetur clericus
obedire prelato suo ad dādū ei vel suo nepoti libros suos:
vel renūtiare beneficio vel ecclesie sue.quia non pertinet
hoc ad officiū prelati.vij.q.j.quia frater. Ideo dixit can-
to: Parisiensis q non tenentur clerici ad obedientiā bur-
salem siue argentinam/siue mulinam/siue equinam. Si
tn̄ iste clericus sit habens clericos dure ceruicis:sit ⁊ ipse
superior:precipit q cōmodet clerico bone indolis ⁊ inge-
nij: vt studio theologie ad quod mittit ipsum pficiat vel
iuris canonici aut ciuilis:tunc obediendū est ei.quia non
mouet ipsum cupiditas:sed charitas ⁊ ecclesiastica vtili-
tas.ar.pre.c.quia frater. ⁊ ex̄ de magistris. super specula.
Et hoc intelligas quando ille clericus cui talis obedien-
tia iniungitur/libros de bonis ecclesie acquisiuit.als se-
cus.ex̄ de testa.requisisti.⁊.c.quia nos. ⁊ de iure patro. cū
dilectus. §. nos igitur.xij.q.iiij.c.j.⁊.ij.⁊.q.v. fictum. ⁊ no.
xij.q.j.res ecclesie. Ray. Greg. in moral. Obedientia que
habet aliquid de proprio/in psperis nulla est aut minor.
quia scʒ voluntas propria non videtur principaliter ten-
dere ad implendum preceptum; sed ad adsequendū pro-
prium volitum. In aduersis autem nisi ex semetipso ani-
mus appetat:obedientie sibi meritum minuit.quia ad ea
que in hac vita despecta sunt/inuitus nolensq; descendit.
viij q.j.sciendum. ¶ Religiosi profitentur obedientiam
quantū ad regularem cōuersationem scḋm quam prelatis
suis subduntur. Ideo quantū ad illa sola obedire tenen-
tur: que possunt ad regularem obseruantiam pertinere.
Et hec est obedientia sufficiens ad salutem. Si autem in
alijs obedire voluerint:hec erunt ad cumulum perfectio-
nis.dummodo ista non sint contra deum aut contra pro-
fessionem. Unde Bern̄.dicit in lib.de precepto ⁊ discipli-
na. Subditus nec citra promissum est inhibēdus: nec vl-
tra promissum cogendus per legem obediētie. Credo ta-
men q ista regula fallat in obedientia fratrum minorum:
qui per regularem professionem suam tenentur eorū pre-
latis obedire in omnibus que non sunt contra regulam/
aut contra deum/aut animā.sicut in eorum regula conti-
netur. Et hec obedientia strictior: ⁊ perfectior est obediē-
tijs aliarum regularum. Et hoc est proprie scḋm euangeliū
seipsum ex toto abnegare. Matth.x.⁊.xvj. Mar.viij. Lu.
ix.⁊.xiiij. Nihil enim fratres minores excipiendo in obe-
dientia regule ad omnem sunt generaliter obedientiam
obligati.j.Cor.xv.⁊ Heb.ij.ex̄ de priuil.quia circa.cum si.
vbi de hoc. ¶ I Religioso imponuntur aliqua q̄ sunt
scḋm regulam.vt que continētur in regula:⁊ ea que ad de-
bitam illorum obseruantiam expediunt vel requiruntur.
Et in hoc non est dubium q religiosus tenetur suo obedi-
re prelato.nisi impedimento legitimo excusetur.ex̄ de ma-
lo.⁊ obe. cum in ecclesijs. ex̄ de simo.ne dei. Aliqua vero
imponuntur preter regulam.vt que nec ibi continentur:
nec expediunt ad illam: nec ordinantur.vt eleuare festu-
cam.⁊ hic etiam non tenetur obedire.quia non tenet̄ nisi
quatenus se obligauit sua professione.vt supra dixi. Per-
fecta tamen obedientia est in his obedire. Aliqua impo-
nuntur contra regulam. Et hic distinguendum est. quia
quedam sunt in quibus prelatus potest dispensare.vt ab-
bas in esu carnium ex causa.vt no.ex̄ de statu.mona. cum
ad monasterium.in glos.sic ergo.⁊.xx.q.vlti.c.vlti. Et tūc
tenetur obedire.quia melius est mactare mentem q̄ ven-
trem.viij.q.j.sciendū. Quedam in qbus non potest dispē-
sare.vt in castitate:⁊ in habēdo proprium:⁊ similibus.ex̄
de sta.mona.c.ij.⁊.c.cum ad monasteriū.§.fi. Et tunc non
debet obedire. Aut dubium est an dispēsare possit aut pre-
cipere. Et tunc obediendum est.xxiij.q.j.quid culpatur.et
de hoc satis notatum est supra. ¶ Item tenetur religio-
sus obedire suo prelato precipienti q stet in scholis vel q
addiscat.quia non est hoc contra professionē regularem.
excepto studio physice/⁊ legum/eis prohibito.ex̄ ne cleri.
vel mona.nō magno. De quo textu arguo q studere in sa-
cra theologia ⁊ sacris canonibus qui practicāt ipsam nō
est ipsis prohibitum. Et ar.decre.eiusdē ti. super specula.
§.si.⁊ expressum.ex̄ de renū.post translationem.§. ceterū.
ibi. Ac per exercitiū lectionis scientie reperit sciētie mar-
garitam.de cōse.dist.v.nunq̄.ibi. Ama scientiam scriptu-
rarum.⁊.xvj.q.j.doctos.in primo verbo.⁊.c.legi.ibi. ⁊ cū
desit ei instructio necessaria. Idē dico etiam eis cōcessum
studere in liberalibus artibus tēperate ⁊ fine debito ad
sacras literas melius intelligendas/errores vitandos ⁊
confutandos.xxxvij.dist.qui de mensa.⁊.c.si quid.⁊.c.tur-
bat.⁊.§.ecōtra.⁊.§.cur ergo.excepta Arithmetica ⁊ Geo-
metria ⁊ Astronomia: que non sunt scientie pietatis scḋm
Hiero. Sciētia autē pietatis est legere ⁊ studere in sacris
literis.xxxvij.dis.si quis grāmaticam. Astronomia autem
prona ad idololatriam in desuetudinem abijt.xxvj.q.j.§.
his ita. ¶ Ad hoc tamen q possit religiosus sacro studio
intendere/duo precipue exiguntur. Primū/vt ex obedien-
tia cogatur.vide ex̄ ne cleri.vel mona. vt periculosa.li.vj.
quia scḋm apostolum sciētia inflat.j.ad Cor.viij.⁊ ex̄ de re-
nun.nisi cum pridem.§.pro defectu. Et q dicit inflat.i.ad
superbiam inclinat. Inflatio enim pro superbia accipi-

A qbus studijs arceant̄ religiosi

tur.xx.q.iij.ſi autem. Et dicit Bern. Sicut cibus indige/
ſtus corrūpit ſtomachum ⁊ hydropicum facit:ſic ſcientia
adiecta niſi ſit feruore charitatis decocta malos mores
generat. Et quia ex ſe ſemꝑ debet in clauſtro manere.xvj.
q.j.placuit.ibi. Sit clauſtro ſuo cōtentus. quia ſicut piſcis
ſine aqua caret vita:ita ſine monaſterio monachus. Se/
deat itaq̃ ſolitari⁹ ⁊ taceat:quia mūdo eſt mortuus: deo
autem viuit. Secundū ꝙ intentio eius nō ſit ad gloriam
nec appetitū honoris:ſed ad ſapientiā/dictam a ſapore ⁊
guſtu diuino/adſpirare. quia monachus nō docentis ſed
plangentis habet officiū:qui ⁊ ſe ⁊ mūdum lugeat.xvj.q.
j.monachus.vij.q.j.hoc nequaq̄. Et dicebat ſacer Fran/
ciſcus requiſitus a fratre quid legeret/ꝙ ſufficiebat ei le/
gere in libro crucis. Et dicebat fratribus ſuis. Tot erunt
vacantes ſcientie: ꝙ beatus erit ille qui ſe ab ea ſterilem
fecerit propter deum. ¶ Nec poteſt abbas nō exemptus
mandare per obedientiā monacho ſuo ꝙ non cōfiteatur
epiſcopo vel penitētiario ſuo. quia eſt ordinarius omniū
de dioceſi clericorum ⁊ monachorū.xvj.q.vij.omnes baſi
lice.ex̄ de offi.ordi.conquerēte.ex̄ de offi.archipreſ.officiū.
ex̄ de preſcrip.cum olim.§.ſi.ibi. Penitentia in leuioribus
culpis. Nec tenetur monachus denuo ſuo abbati peccata
illa de quibus ſemel fuit confeſſus ⁊ abſolut⁹ ab epiſcopo
vel penitentiario/confiteri.de peni.diſt.j.§.his authorita
tibus aſſeritur.H.nec eſt neceſſe.niſi in caſibus poſitis ibi
in gloſ.que incipit/in caſibus tamē. Unde dicit Thomas
ꝙ non poteſt quis authoritate cuiuſcūq̃ hominis cōpel/
li ad confitendū peccatum quod alteri confeſſus eſt q̄ ab/
ſoluere potuit. quia confeſſio peccatorū eſt quoddā ſacra
mentale diuino imperio ſubiacēs:non humano. Non te/
nentur religioſi etiam non exēpti obedire in omnib⁹ epi/
ſcopis. Unde ſi precipiant prelato eorū vel fratri ꝙ vadat
ad papā vel regem pro ipſis aut pro alijs:aut ꝙ recipiant
cōmiſſiones eorum in cauſis:vel executiones teſtamēto/
rum aut ſimilia:non tenetur obedire. Ad hoc.xviij.q.ij.c.
hoc tantū.xvj.q.j.de preſentium.ex̄ de ſimo.ne dei. Crede/
rem tamen ꝙ propter neceſſitatem vel magnam vtilitatē
poſſunt epiſcopi talia demandare. ⁊ ipſi tunc obedire te/
nentur.per ea que leguntur ⁊ no.xvj.q.j.qui vere.⁊.c.quiſ
dam monachi.vbi de hoc.⁊.ij.q.vij.cura paſtoris. ¶ Non
poſſunt religioſi non exēpti ſine licentia dioceſani vel eo/
rum vicariorum vel capituli vacante eccleſia ad ordines
promoueri per alium epiſcopū. quia ſubſunt epiſcopis:⁊
de eorum iuriſdictione ſunt. vt ſupra probatum eſt. ex̄ de
preſcrip.veniens.§.chriſma.expreſſum ex̄ de tempo.ordi.
cum nullus.§.inferiores.lib.vj.⁊ ſm illum.§.⁊ ſequētem
intellige quod dixi ſupra de vicarijs. ¶ Si epiſcopus ve/
lit monachū inſtituere rectorem in eccleſia ſeculari: ⁊ ab/
bas nolit:obediet monachus abbati.xvj.q.j.cum pro vti/
litate.⁊.c.monachi.lviij.diſt.c.j.⁊.ij. Si tamen vtilitas ec/
cleſie exigit:cogendus eſt abbas per ſuperiorem conſen/
tire:⁊ monachū licentiare.vt pre.c.cum pro vtilitate.⁊ ex̄
de iure patro.nullus.⁊ facit ex̄ de ſta.mona.quod dei. Si
prelatus vocet ad ſe aliquem religioſum ad ſuū comita/
tum vbi ille religioſus regulam ſuā vel ſtatuta alia regu
laria ſeruare non poteſt:cōſulo vt ad clauſtrū propriū re/
uertatur:nec periculum ſuum exponat cōmodis alienis.
xlvij.di.ſicut. Si vero de precepto pape vel ſuperioris co/
gatur:⁊ nequeat miſericordiā inuenire:neceſſe eſt obedi/
re.ar.ex̄ de offi.deleg.ſi quādo.xix.diſt.in memoriam.c.di.
contra morem.⁊ ibi prout poterit regulam ſuā obſeruet.
quia gratia dei vbiq̃ datur. ⁊ regula vbilibet difficulter
ſeruari poteſt. quia nec ſocietas nec locus eſt de ſubſtātia
regulari.ar.bonū.xl.diſt.illud.⁊.c.quelibet. ¶ Itē notan
dum ꝙ regulares longe magis ſunt adſtricti prelatis ſuis
obedire. vtpote q̄ renuntiauerūt omnibus ⁊ proprie volū
tati.q̄ clerici ſeculares epo.xi.q.j.non dicatis.ex̄ de offi.
or.quāto.⁊ ſupra dixi. Et clerici magis ſunt adſtricti obe/
dire epo q̄ laici.ar.lxxj.di.primatus.viij.q.j.quid aūt. Te/
netur monachus obedire epo inuito abbate vocatus pro
cubiculari.licet videatur priuilegiū papale.no.ij.q.vij.cū
paſtoris.ſm additionē Bar.licet alij ſint contra. vide qđ
no.ſupra.§.ſed vt ſciant.H.inquiūt.⁊ in additione ibi po/
ſita.in ar.xx. ¶ Non ſolū non eſt obediendū precepto in/
iuſto manifeſte:ſed etiā inhoneſto ⁊ incommodo.no.xj.q.
iij.non ſemper.hucuſq̃ Ray.ab illo.H.ſupra ſi eps. ¶ E/

Terum ad ampliorem obediētie notitiā ve/
niamus:⁊ primo eā deſcribamus. Obedien
tia eſt voluntas faciendi preceptū vel man/
datum ſuperioris. Et intelligas mādatum
quod ſit mediate:vel per nuntiū:vel per lite
ras. Preceptū vero quod ſit immediate. Uel mandatum
intelligas volūtatem iudicatā que eſt ſine coactione im/
perij. Preceptū vero eſt quando eſt imperij coactio. Pro/
batur hec deſcriptio.xiij.q.j.quod precipitur. vbi etiā de
hoc no. Item ſic deſcribitur. Obediētia eſt ſpontaneum
⁊ voluntariū ⁊ rationabile ꝓprie voluntatis ſacrificium.
Probat hec deſcriptio.xx.q.iij.preſens.xv.q.j.non eſt.viij.
q.j.ſciendū. Uel obedientia eſt pio ſtudio ꝓprie volun/
tatis abnegatio.ad hoc.xij.q.j.non dicatis. ¶ Et notan/
dum ꝙ ꝓpria voluntas dupliciter accipitur. Uno eīn mo
do dicitur volūtas ꝓpria:que non eſt deo ſubiecta. Et ſm
hoc abnegatio ꝓprie voluntatis ſit:quū voluntas noſtra
diuine voluntati ſubijcitur. Phil.ij. Io.iiij.⁊.vj. Luc.xxij.
Mar.xiiij.⁊ Matth.xxvj. Alio modo dicitur ꝓpria volū/
tas:que non eſt ſubiecta homini.⁊ ſm hoc volūtas ꝓpria
abnegatur in eo qui ſe voto obligans homini volūtatem
ſuam ſubdit volūtati humane. Et ſic abnegatio ꝓprie vo
lūtatis ſpecialiter videtur pertinere ad religioſos.vt pre.
c.non dicatis.⁊ ex̄ lib.vj.de elec.ſi religioſus. ¶ De prima
abnegatione magiſter Hugo de ſancto victore ait ꝙ ſpi/
ritus hoīs in medio quodā loco cōſtitutus/ſupra ſe crea/
torem ſuū habet:cui ſubiectus eſſe debet.ſub ſe carnē ſuā:
cui debet eſſe prelatus. Rom.viij. Aliud ergo debet crea/
tori ꝓpter ſubiectionem. aliud carni propter prelationē.
Creatori debet vt nūq̄ preter eius volūtatem ſe moueat
extra illā effluendo. Gen.xlix.ad Heb.ij.preſumens illa q̄
non debet:vel infra illam ſubſiſtendo:torpens ab ijs que
debet. Carni vero ſcȝ ancille debet vt eam ſm arbitriū ra
tionis ſcȝ dñe diſponat. Hec caro non eſt habenda odio.
ſm apoſtolū Ephe.v.xiij.q.ij.non exiſtimemus. Ber. Nō/
ne odit carnē ſuam qui ei cumulos gehenne mercatur:et
ſm duritiam ſuam ⁊ cor impenitens theſaurizat iram in
die ire: Optime diligit carnē qui conculcat ⁊ macerat eā:
ſicut pannus a fullonibus cōculcatur: vt mundior et me/
lior ſiat. Apoca.vij. Hi ſunt qui venerunt de tribulatione
magna ⁊ lauerūt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Itē Anſ.
Non eſt aliud peccare/q̄ nō reddere deo debitū. Omnis
enim volūtas rationalis creature ſubiecta debet eſſe vo/
lūtati diuine. Hoc eſt debitum qđ debet angelus ⁊ homo
deo. Et hec eſt iuſtitia ſiue rectitudo voluntatis:q̄ iuſtos
facit ſiue rectos corde.i.volūtate. Hic eſt ſolus ⁊ tot⁹ ho/
nor quē debemus deo:⁊ a nobis exigit deus. Sola nāq̃
talis volūtas facit opera deo placita: quū poteſt operari
⁊ quū non poteſt. Ipſa ſola per ſe placet.q: nullum opus
ſine illa placet. Hunc honorem debitū qui deo nō reddit:
aufert deo quod ſuū eſt:⁊ deū exhonorat. ⁊ hoc eſt pecca/
re. Roma.ij. Per preuaricationem legis deū inhonoras.
Nihil enim minus tolerandū eſt in rerū ordine:q̄ vt crea
tura debitam ſubiectionem ⁊ honorem ſuo creatori aufe
rat:⁊ nō ſoluat quod aufert. Neceſſe ergo eſt vt aut abla
tus honor ſoluatur:aut pena ſequatur. Nā aut homo de/
bitam ſubiectionem deo volenti ſpōtaneam exhibet: aut
deus eum inuitum ſibi torquēdo ſubijcit.⁊ ſic ſe dominū
eius oſtendit. Un̄ Ezech.xx. Uiuo ego dicit dñs deus. q̄m
in manu forti ⁊ in brachio extēto ⁊ in furore effuſo regna/
bo ſuper vos. ¶ Pio ſtudio dicit̄ in deſcriptione/ad diffe
rentiam illorum qui voluntatem ſuam humane volunta
ti ſubdunt timore ſeruili:qui non eſt in charitate.j. Ioan.
iiij.de quo etiam habetur.xxiij.q.vj.§.vlti. Obedientia

Obediē
tie deſcri
ptio.

butē vera charitate perficitur.j.Pet.j. Castificantes animas vestras in obedientia charitatis. Vel p lucro terreno.qđ excludit sibi meritū dandum a deo. Propter deū em̄ nō ꝓpter lucrū humanū subiecti esse debem⁹.j.Pe.ij. Subiecti estote ꝓpt̄ deū oib⁹.ex̄ de ma. ꝛ obe. solite.j.rn. Et intellige hic pium studium/vehementē animi applicationē ad cultum dei.vt pium hic dicat a pietate:que dr theosebia ſm Greg. ¶ Item notandū ꝙ obediētia pur est virtus specialis: attenditur respectu eoꝝ que sunt indifferentia. vnde Augu.de vera religione. Peccatum est nō solum malum sed etiā vetitum facere. inferens a simili ꝙ opus virtutis est nō solum bonū sed etiam p̄ceptū facere. Unde dñs obediētiam Ade experiri voluit in eo qđ erat ſm se indifferēs. scꝫ in comestione fructus ligni scientie boni ꝛ mali.Gen.iij.xj.q.iij.quid ergo. Itē obedientia generalis virtus est. mouere em̄ pōt ad oia opera virtutum:omne em̄ opus virtutis iuberi pōt a superiore/vel deo/vel hoie. Unde si aliquis velit exire in op⁹ virtutis:q: iussum est a superiore: voluntas illa erit obedientis. Unde voluntas faciēdi iussum superioris: quia iussum est:est specialis actus obedientie. Item sciēduꝫ ꝙ quū subdere se alteri/sit humilitatis ꝛ obedientie: differunt tamen.Subdere em̄ se alicui ſm reputationē/est humilitas.Hoc em̄ electoꝝ ꝓprium esse solet: vt de se minus sentiant ꝙ sint.iuxta verbū Greg. Item quū supbia sit appetitus ꝓprie excellentie.iuxta Bern. in eplis. Ad humilitatem etiā ptinet amor inferioritatis vel vilitatis. ſm verbum Bern.sup Cāti. Verus inquit humilis vilis vult reputari. ꝛ Luc.xiiij.Quū vocatus fueris scꝫ ad nuptias: vade ꝛ recūbe in nouissimo loco.Subiectio humilitatis respicit ꝑsonam ſm se. Subiectio vero obediētie respicit eam ꝑsonam cui aliquis subditur inquātum est ꝑcipiens:ꝛ ꝑsonam que subditur inquantum est agens. Exemplum harū duarū subiectionū habemus in christo ꝛ Joanne.Matth.iij.ꝛ Luce.iij.Subiectione obediētie subiecit se Joānes christo:quādo consensit vt baptizaret christum prout christus volebat.Unde dicit ibi glos. Vera est humilitas quā non deserit comes obediētia.Christus vero subdidit se Joāni subiectione humilitatis:volēs a Joāne minori baptizari. Unde ꝛ dicit ibi. Sic nos implere opꝫ oēm iustitiam.i.humilitatem:que est subdere se minori.ſm glos.ibi. Superioris est baptizare. inferioris est baptizari.Actuū.xx.Beatius est dare ꝙ accipere.¶ Ad cōmendationē obedientie faciūt admonitiões sacre scripture. Roma.xiij.Ois aia potestatib⁹ sublimioribus subdita sit.ex̄ de censi.ois. Ephes.vj. Filij obedite parentibus vestris in dño.Colos.iij.Filij obedite parentibus vestris per oia.Heb.xiij. Obedite p̄positis vr̄is ꝛ subiacete eis.ipsi em̄ peruigilāt quasi rationē p aiab⁹ vestris reddituri.Obediunt etiā deo creature insensibiles.ps.cxlviij. Preceptum posuit:ꝛ nō p̄teribit.Baruch iij.Stelle vocate sunt:ꝛ dixerunt adsumus.ps.ciij. Terminū posuisti quē non transgredientur. Mat.viij. Luce viij.Marci.v. Quis est hic cui mare ꝛ venti obediunt? Ambro.in hexameron. Non mediocris pudor est iperio dei insensibilia elementa parere:ꝛ hoies nō obedire:quibus sensus ab ipso tributus est authore. Paruerūt rane beato Ambrosio que eū predicantē impediebāt: ꝛ tacuerunt. Paruerunt hirūdines beato Francisco predicanti:ꝛ tacuerunt. Paruerunt ei cicade/ꝛ cuniculi/ꝛ ceruiꝛ ouis/ꝛ agnus/ꝛ lynx/ꝛ phasianus/ꝛ alie aues. vt habetur in eius legenda.Sancto etiā Martino (vt habet in legenda sua) obediebant ignis/ꝛ aqua/ꝛ arbor/ꝛ canes/ꝛ serpentes.vñ semel ingemiscēs ait. Serpentes me audiunt:ꝛ hoies non audiunt. ¶ Exempla obedientie p̄mo in capite nostro christo obediēte vsqꝫ ad morteꝫ. Phil.ij. Item obediētia Abrae. Triplici aūt p̄cepto pbauit dñs obedientiā Abrae. In p̄rie desertione. Gene.xij. Egredere de terra tua. In circūcisione.Gen.xvij. In filij imolatione.Gen.xxij. In p̄mo fuit renūtiatio quātuꝫ ad

Abrae obedientia.

uerauerit. vij. q. i. suggestum. Idez. Quid currere pdest:
τ ante metam cursus deficere? Sic currite vt compreben
datis. i. ad Cor. ix. Greg. in moral. Incassum quippe bo
num agitur: si ante vite terminuz deseratur. quia frustra
velociter currit: qui prius q̄ ad metaz perueniat deficit.
de hoc de peni. dist. iij. incassum. et de hoc legitur τ no. ex̄
de renun. c. i. ¶ Hi sunt septem gradus scale quam vidit
Jacob. Gen̄. xxviij. Hanc visionem vidit iacob dormiēs
in itinere lapide supposito capiti. glos. Caput ponit in la
pide: qui christo inheret mente. Et sm̄ Augu. In itinere
dormire: est in via huius seculi ab impedimēto seculariū
actionum quiescere. Beatus Basilius τ Augustinus τ
Benedictus τ Franciscus qui religiones instituerunt:
quū christo corde adhesissent: τ a curis huius seculi quie
scerent: spiritualiter viderunt visionem illam. Scala hec
obedientia est. iuxta illud. Si vis ingredi ad vitaz: serua
mandata. Matth. xix. Mar. τ. Luce. xviij. Cuius duo la
tera possunt intelligi paupertas voluntaria τ continen
tia: vel abrenuntiatio proprij sensus τ proprie volunta
tis. ¶ Attendenda autem sunt quatuor que de hac scala
dicuntur. τ tria infra adduntur. Primū est q̄ erat stans
super terram. in quo notatur rectitudo intentionis. que
debet esse in ijs qui viam obedientie aggrediuntur. τ ex
cluditur per hoc macula intentionis terrene eorū qui ha
bent terrenā intentionem in religione. in q̄bus scala non
stat sed potius iacet sup terrā. Eccl'e. iiij. Custodi pedem
tuū. i. intentionez τ affectionem ingrediendo domū dei.
¶ Scd̄m est. cacumen eius tāgebat celū. in quo figura
tū est q̄ couersatio religiosorū in celis dz esse. iuxta Pau
lū. Nostra couersatio in celis est. Phil. iij. Uel q̄ imedia
te trāsit⁹ est in morte a via pfecte obediētie i celū. q: sm̄

Qd̄ pce ptū est ci to ipleat

Circa scala iacob visam cōsiderāda.

Bern. A cella sic in celum. Parum em̄ vel nihil morantur perfecte obedientes in purgatorio: quia hic in purgatorio vixerunt. Uera em̄ religio purgatorium et fornax est: in quo purgantur et depurgantur viri religiosi. de quo purificatorio igne. xxvij. q. j. pudicos. et iuxta illud. Tanquam aurum in fornace etc. Sapie. iij. Et illud Eccli. ij. et xxvij. vasa figuli probat fornax. de pe. di. ij. si em̄. vltra. iiij. colū. Mi. sedet. Et quia magis lucri est obediētia: vt supra plene ostēsum est: ideo sufficit hic soluere debita. quia in ipso obediente christus viuit et operatur. Gala. ij. Uiuo ego quasi nō ego. viuit vero in me christus. Nec est verisimile quod in futuro deus sit eorum vltor. quorum hic est author. ¶ Tertium est quod Jacob vidit angelos ascēdentes et descendētes per scalam illam. in quo insinuatur quod via obedientie vita angelica est. siue em̄ descendant vere obedientes fratribus suis ministrādo. ps. ciij. Qui facit angelos suos spūs: et ministros suos ignem vrentem. siue ascēdant deo adsistēdo in oratiōe, meditatione, lectione, sicut angeli qui semper vident faciē patris. Matth. xviij. ad modum angelorum voluntatem dei peragūt. ad hoc etiā de renun. nisi cum pridem. §. porro. xxvj. dist. c. vlti. Unde quātum ad illos īpletur illa oratiōis dnīce petitio, Fiat volūtas tua sicut in celo et in terra. Matth. vj. ¶ Quartum est quod domin⁹ erat innitus scale. in quo insinuatur quod pfecta obedientia se habet immediate ad deum. Nullum em̄ interuallum vel modicum est inter mortem veri obedientis et diuinam visionem. ps. lxxij. Tenuisti manum dexterā meā: et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria suscepisti me. Esa. lviij. Si auerterit a sabbato etc. et sequitur, Dum nō facis volūtatem tuam etc. sequitur. Sustollam te super altitudinem terre: et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Multum debet incitare eos q̄ sunt in cella obedientie ad ascendendum viriliter spes et desiderium videndi dominū innitum scale. sicut quū clamatur in obsidione alicuius castri illum habiturum centum libras qui pmo intrauerit spes. et desideriū tanti lucri facit aliquos per scalam ascendere tenentes clypeos supra se: licet lapidibus desuper percutiantur. Sic spes et desiderium paradisi deberent facere vt homines per scalā obedientie ascenderent: omnes aduersitates que occurrerēt superando. Matth. xj. Regnum celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. Uere enim violēti sibi sunt: qui abnegantes ppriam voluntatem, cogunt se alijs obedire. Felix talis coactio que est regni possessio. Item insinuatur ex hoc quod domin⁹ innitus erat scale: quod ipse paratus est iuuare et cōseruare eos qui viam obedientie aggressi sunt quasi suos. ps. lxij. Adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Attendendum est etiam qd sequit. Uere domin⁹ est in loco isto. dicit Jacob. Deus se exhibet specialiter vere obedienti: eum iuuando, conseruando, prouidendo. et merito: quū ille exhibeat se seruū dei voluntatem eius adimplēdo. ¶ Itē attende quod Jacob postea dixit. O terribilis est locus iste. sanctus locus religionis pper dñi pñtiam. solicite em̄ se debēt habere pcipue q̄ sunt in religione: pro eo quod ibi domin⁹ presens est. Hoc est vnū illorum que deus requirit ab homine: scilz solicite ambulare coram deo suo. Michee. vj. Terrorem domini incutere ijs qui peccant in locis sanctis pena eorum qui in locis sanctis peccauerunt: vt pena Luciferi. Esa. xiiij. xvj. q. ij. c. visis. Et pena adam. Gen. iij. de vtroque. xl. di. quelibet occulta. Et Heliodorus quia profanauit templū: accipiens pecunias depositas in erario eius: calcibus equi terribilis apparentis percussus semiuiu⁹ relictus est. ij. Machab. iij. sequitur. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Domus dei dicitur religio: quia in vere obediētibus domin⁹ habet domū. Porta vero celi vocatur religio: pper ppinquitatem quā habet perfecta obedientia ad dei visionem. Sed ve illis qui de porta celi faciunt portam inferni: de domo dñi speluncam latronum. vt qui simoniace intrant religionem aliquā: vel proprietarij sunt ibi, vel inobedientes, vel incontinētes. Mat. xxj. Marci. xj. Luce. xix. et Jo. ij. Domus mea domus orationis vocatur. Uos autem fecistis eam speluncam latronū. j. q. ij. saluator. Nil em̄ prodesse humilibus obedientia videretur: si contemptus contumacibus nō obesset. ex de postu. pre. c. j. §. nos igitur. ij. q. v. quāto. Item ve illis religiosis qui de scala celestis regni scalam faciūt confusionis. quorum peccata tanto amplius ferēt hominibus: quāto ipsi in altiori gradu sanctitatis consistunt. stercus enim hois qui est post angelos nobilior creatura: horribilius fetet quam aliarū creaturarū. ¶ In comitatu senensi cuidā simplici laboratori apparuit hec visio tēpore meo non phantastica sed verissima. videbat em̄ ille in domibus religiosorum mendicantiū scalam positam: cuius cacumē celos tangebat. que erat in terra fixa. et videbat continue p scalam illam homines ascendere vsque ad celum: ppellentibus eos religiosis illis qui stabant ad pedē scale. Et quū per eādem scalam ipsi religiosi ascendere niterentur: per pauci ascendebant: propellentibus eos deorsum cadere alijs viris fulgentibus qui super scalam inniti erant desuper. quā reuelationem quia simplex erat non intelligebat. vnde eā in domo predicatorum retulit. sed in parabolā versa est. Ego aūt de visione timeo. quia reuera religiosi huius tēporis cum nostris pdicationibus multos ad celum mittimus. sed quia dicimus et nō facimus. Matth. xxiij. in pn. xix. di. scdm. j. q. j. nō qles. multos nō saluādos formido. ¶ P Sequit de partibus obedientie. Et notandū quod est obedientia reprehensibilis: et obedientia commendabilis. Obedientia reprehensibilis est triplex. Prima est quū quis obedit creature inferiori hoie. vt pecunie. Eccle. x. Pecunie obediūt oia. Scda est quū et remissione superioris et quū ceruicositate inferioris fit. quū ille scz obedit qui debet imperare. et ille imperat q̄ dz obedire. quū scz ille est supra q̄ debuit esse infra. et mēbrū supra verticē se extendit. Prouer. xxx. Per tria mouetur terra: et quartum qd non potest sustinere. Per seruū quū regnauerit. facit. lxxix. disti. ad hoc. hoc est quū ratio obedit sensui carnali: et lex rationis legi carnalis. Roma. vij. xxxij. q. v. si paulus. Tertia est quū quis in malo simpliciter scz in pctō obedit. Greg. Nunquā p obedientiā malū fieri debet. xj. q. iij. quid ergo. c. julian⁹. Bern. Facere malum. i. pctm̄ quolibet etiā iubente cōstat nō esse obedientiam: sed inobedientiā. Greg. Caueāt subditi ne plus quam expedit sint subiecti etc. ij. q. vij. admonendi. Aug. Sic modus obedientie tenēdus est: vt bonis in malo nō consentias. nec malis in bono contradicas. de hoc. xj. q. iij. §. Item est qn̄ contra equitatē. cū. c. multis se. Et de hoc satis supra in pncipio hui⁹ materie scz de obediētia dictū est. Obedientia vero cōmendabilis quedā est necessaria: quedam abundans vel perfecta. Necessaria est quū aliquis obedit in ijs in q̄bus tenet obedire. Abundans vero est quū obedit in ijs in q̄bus non tenetur obedire. Bern. Subiectus hmōi obedientiā q finibus cohibet nouerit impfectam. Nam pfecta obedientia legem nesciat: terminis non arctatur. neque contenta angustijs pfessionis largiori charitate et humilitate fertur in altitudinem charitatis. Hec est pfessio fratrū minorum regularis: q̄ iubet in oibus obedire que nō sunt contraria aie et regule. Nulla alia regula talem et sic strictā obedientiā hz: sed limitatā. ar. xviij. q. ij. hoc tm̄. Et de hoc supra satis dictū est: maxime in isto articulo. §. sed iterū facta. ib. religiosi. post. v. folia. ¶ Item ad pfectionē obedientie ptinet facere nō solū qd iubetur: sz etiā sicut iubet. Ber. Illū optimū dixerim obediētie gradū: quū eo aio opus iniūctum recipit, quo et precipitur. Gen. xvij. dr de Abraā. Et circūdit carne preputij eorum statim ipsa die sicut preceperat ei dño. Mat. j. Exurgēs Joseph a somno fecit sicut ei pcepit angelus. Jo. xiiij. Sicut mandatū dedit mihi pr̄ sic facio. ¶ Et est notandū quod est obedientia q̄ debetur ex natura: vt illa que debetur deo. Actuū. v. Obedire opz deo magis quam hoibus. et illa que debetur

Obediētia rephēsibilis triplex.

Obediētia cōmēdabilis duplex

debetur parentib⁹ carnalibus. Ephe.vi. Filij obedite parẽtibus vestris per oia. hoc em̄ et iustũ est. ⁊ Col.iij. Filij obedite parẽtibus vestris per oia. hoc em̄ beneplacitum est in domino. lxxxvi. dist. nõ satis. ℣. ceterũ. Item est obediẽtia que nõ debetur ex natura: sed habuit voluntatem principium sui: vel voluntatem liberam: vel non liberam. Uoluntatem non liberã principium sui habuit obediẽtia quã seruus debet dño. Col.iij. Serui per oia obedite dñis vestris. Uoluntatẽ vero liberã sui principium habuit obediẽtia quã vxor debet viro: vel quã subdit⁹ plato. Ephe. v. Mulieres subdite sint viris suis in oib⁹. Geñ.iij. Sub viri potestate eris: et ipse dñabitur tui. xxxiij. q.v. manifestũ. c. est ordo. c. cum caput. c. mulierem. c. mulier. Heb.xiij. Obedite ergo prepositis vestris.

Obediẽtie aduersantia.

Multa autẽ sunt que obediẽtie aduersant. et primo potissimũ proprius sensus et ppria volũtas: sicut equus vidẽs non est idoneus circũire ad molam: Sic qui hz ppriũ sensum: non est aptus volubilitati obediẽtie. Deutero.xij. Nõ facietis ibi qd nos facimus hic hodie singuli quod rectũ sibi videt. Judic.xvij. In illis diebus non erat rex in isrl: sz vnusquisq3 qd sibi rectũ videbatur hoc faciebat. De christo dicit Luc.ij. Et erat subditus illis. Bern. Quis non erubescit obstinatus esse in cõsilio suo: quãdo sapiẽtia ipsa ipsum deserit? Proprius sensus oculus est veteris hominis qui inimicus est deo: ⁊ ideo eruẽdus est. Mat.xviij. Prouerb.iij. Ne innitaris prudẽtie tue: ⁊ ne sis sapiẽs apud temetipsum. ex de cõst. c.j. c. ne innitaris. Ue qui sapientes estis in oculis vestris: ⁊ corã oculis vestris prudentes. Esa.v. Quõ sensus pprius obuiet obediẽtie: et quõ non: quere. viij. q.j. sciendũ. Dicebat almus frãciscus. Nõ est sine loculis: qui loculos pprij sensus sibi reseruat. Ad literã verus obediẽs stultus fiat vt sit sapiẽs. j. ad Corinth.iij. De cõsilio pprio nõ sequẽdo, quere collationẽ moysi de discretione scdam. in li. coll. Joan. cassi. vbi etiã dicit de paulo: qui euangelium quod didicerat per reuelationẽ predicauerat cum virtute et signorũ operatione: voluit cõferre cum Petro Jacobo ⁊ Joanne. Gala.ij. Dicebat pater Pinufius cuidam iuueni, quẽ ad professionem recipiebat: q esset cecus ⁊ stultus vt esset sapiẽs. vt dicit in.iiij. li. institutionũ Joã. cassi. Et tota synodus Nicena. cccxviij. patrũ stetit sentẽtie solius pannutij. xxxi. di. Nicena.

Uolũtatis ppe incomoda.

¶ De ppria volũtate notandũ est q ipsa multũ deo displicet: diabolo multũ placet: homini multũ nocet. Nec mirũ si multũ deo displiceat. ipsa enim est que primo deo iniuriatur. ipsa sola aufert dñium suum deo et dat illud diabolo. Sicut em̄ obediẽtia efficit hoiez seruũ dei: sic ppria volũtas efficit seruum diaboli. et ideo multũ sibi placet. Eccli.xviij. Post cõcupiscẽtias tuas nõ eas: et a voluntate tua auertere. si em̄ prestas aie tue cõcupiscẽtias ei⁹: faciet te in gaudiũ inimicis tuis. Propria voluntas homini multum nocet. Primo enim aufert deum. Bern. sup Cant. Non dabit inobedienti copiã sui tãtus obediẽtie amator, vt mori q nõ obedire maluerit. Secũdo beneficia dei homini subtrahit. Grego. Dignum est vt ab ei⁹ beneficijs quilibet sit extraneus: q eius iussionib⁹ nõ vult esse subiectus. Tertio meritũ euacuat. Esa.lviij. Quare ieiunauimus et nõ aspexisti: et subdit. Ecce in die ieiunij inuenit voluntas vestra. Bern. sup Cant. Grande malũ voluntas ppria: qua fit vt bona tua tibi bona nõ sint. Quarto hoiem excõmunicat. ij. Thessa.iij. Siquis non obedit verbo nro: p epistolã, hunc notate: et ne cõmisceamini cũ illo. xxiij. dist. si inimicus. Frater qui corripit ab ecclesia et non obedit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Mat.xviij. xxiiij. q.iij. notandũ. ij. q.j. si peccauerit. ex de iudic. nouit. nemo excõmunicat nisi p cõtumacia. xj. q. iij. nemo. Quinto hominẽ furẽ efficit. ille em̄ q est in religione proprie voluntatis: contrectat rem alienam scilicet seipsum domino inuito. legitur et no. ex de elec. dudum.

Matth.xvi. Siquis vult post me venire: abneget semetipsum. vbi Grego. in homil. Non est laboriosum homini relinquere sua: sed valde laboriosum est homini relinquere semetipsum. minus q̃ppe est abnegare qd habet. valde autẽ multũ est abnegare quod est. Luce.xiiij. Ois ex vobis qui non renũtiat oibus que possidet: non potest me⁹ esse discipulus. Inter alia possessa et corpus et anima est. vnde Luc.xxi. In patiẽtia vestra possidebitis aias vras. Uerus ergo obediẽs nedum alijs: sed et seipso expropriatus est. vnde nec animã habet: nec corpus quodãmodo: quia prelati sunt ad vtendũ. xij. q.j. non dicatis. ex de elec. si religiosus. li.vi. Sexto reddit hominem maledictum. Deutero.xxviij. Si audire nolueris vocẽ dñi dei tui: vt custodias ⁊ facias mandata eius: venient super te maledictiones iste: ⁊ apprehendent te. maledictus eris in ciuitate ⁊c. Septimo idololatriaz efficit. j. Reg.xv. Quasi peccatum ariolandi est repugnare: et scelus idololatrie nolle acquiescere. vbi dicit expositor. Idolum hominis est quicquid plus q deũ colit ac diligit. Filijs ergo inobedientie volũtas sua idolum est: cui⁹ nutus contempta dei voluntate sequũtur. et quicquid ipsa iusserit: quasi sacrosanctũ adorant. ad hoc. lxxxi. dist. si qui. xxxij. dist. §. verũ. ℣. porro. ibi, ait em̄ samuel. Et de hoc etiam. s. glos. sola est obediẽtia que fidei meritũ possidet: sine qua infidelis quisq3 cõuincitur: etsi fidelis esse dicatur. Inobediẽs negat deum inquantũ dñs est. Grego. in moral. Contra deum superbire, est precepta eius peccãdo transcẽdere: q: quasi iugum a se dnationis excutit: cui per inobediẽtiã subesse cõtenit. Octauo hominẽ a dignitate eijcit: vt patet in Saul. cui dicit samuel. j. Reg.xv. Quia proiecisti sermonẽ dei: proiecit te dominus ne sis rex super israel. facit. xix. distin. nulli fas. Nono aduersarium suscitat. iij. Reg.xj. fecit salomõ quod non placuerat dño: ⁊ suscitauit dñs aduersariũ salomoni. Decimo hominẽ cõfundit. Osee.x. Confundetur israel in voluntate sua. Esa.xlv. Confundantur oẽs q repugnant ei. In hoc confunditur qui in religione ppriã voluntatem sequit: quia cõtrarium accidit ei illius quod intendit. querit alicubi consolationem: et ex hoc post habet maiorem desolationem: vel in remissione conscientie: vel impugnatione penitẽtie: vel infirmitatem que quandoq3 ex hoc sequit. Qui plus vult facere in religione voluntatem suam: plus cogitur facere cõtra eam. multa non conceduntur sibi que conceduntur vero obedienti. Jonas fugere voluit voluntatem dei: ⁊ tñ impleuit eam inuitus. Jone.iij. Grego. Ecce ionam fugitiuũ dei potestas inuenit. sors ligat. mare recipit. et q: authoris voci obedire renuit: ad locũ quo missus fuerat: suo reus carcere portatur. Undecimo hominem affligit. Unde saul inobedientem malignus spiritus exagitat. j. Reg.xvi. Homo proprie voluntatis in religione animũ habet inordinatum: et ideo affligitur. Aug⁹. in. j. li. cõfessi. Jussisti dñe: ⁊ sic est: vt pena sit vnicuiq3 ois animus inordinatus. Duodecimo hoiez morte tẽporali ⁊ eterna dignũ efficit. Deutero. xvij. Qui superbierit nolẽs obedire sacerdotis imperio: moriatur. ex qui fi. sint leg. per venerabilem. §. rationib⁹. et de ma. et obe. c.ij. Deutero.xxi. Si genuerit homo filium cõtumacem: qui non audiat patris aut matris imperiũ: ⁊ coercitus obedire cõtẽpserit: lapidib⁹ eũ obruet ppls. Josue.j. Qui cõtradixerit ori tuo (⁊ sequit) moriat. iij. Reg.xiij. Uir dei q inobediẽs fuerit ori dñi: percussus est a leone: ⁊ tñ alter ppha deceperat eũ: dicẽs q angel⁹ dixerat ei vt inuitaret eũ. Bern. Quid odit de⁹: aut qd punit: pter volũtatem ppriã? cesset em̄ ppria volũtas et infernus nõ erit. ¶ Quidã heretic⁹ (sicut i actis reperi) dixit. q nihil aliud erat infernus: nisi nõ facere ppriã volũtatẽ. sup quo vide qd scripsi. s. in. §. rursus q dicit. in illo. ℣. in ar.lij.

Obediẽtia q̃druplex.

¶ Sciendum insuper est q est quadruplex obedientia. Una que obedit inspirationibus sanctis dei. de qua ps. lxxxiiij.

Audiam quid loquatur in me dominus deus. huic inspi/
rationi obediuit illa mulier Sareptana de qua dicit dñs:
iij. Reg. xvij. Precepi mulieri vidue vt pascat te. Hoc pre
ceptum. ſm Aug. non fuit vocale: ſed in mente inſpiratio.
de qua etiam obedientia poteſt intelligi illud ps. xvij. In
auditu auris/ſcilicet interioris/obediuit mihi. De interio
ri etiam locutione. Job. iiij. c. Ad me dictum eſt verbum
abſconditum. i. carnalibus ignotū: et quaſi furtiue. i. latē
ter ſuſcepit auris mea/ſcʒ cordis venas ſuſurrij ei⁹. Vene
ſuſurrij ſunt modi qb⁹ ad intelligētiā nřam venit inſpira
tio dei. vide. ſ. e. ar. §. et ſm eorū. A. ſi nunqd. Scda obe/
diētia eſt/que fit legi dei et eccleſie. ex̄ de ma. ⁊ obe. c. j. ⁊. ij.
Theſſa. ij. Siquis non obedierit verbo meo: per epiſto/
lam ⁊c. Tertia que fit rectoribus et prelatis. de qua ple
ne. ſ. dictum eſt. Quarta que fit priuato homini propter
deum. de qua Petrus. j. Pet. ij. et ex̄ de ma. et obe. ſolite.
j. reſpōſo. ⁊ illud pauli/ad Ephe. v. Subiecti inuicem in ti
more chriſti. Tres prime ſunt neceſſarie ad ſalutē: quarta
de bene eſſe eſt et perfectorū. Quinta poteſt addi: vt qs
obediat ꝓprie rationi ſequens eam. de qua dicit dñs Sa/
maritane. Vade voca virum tuum. i. intellectum et ratio/
nem. ſm Aug. pugnantem cōtra ſenſualitatem. Joā. iiij.
Leo. Tunc eſt vera pax hominis: et vera libertas: quādo
et caro iudice regitur: ⁊ animus deo per fide gubernatur.
Quātum obediens eſt ſpiritus deo: tantum et caro ſpiri/
tui. ſm Hugo. ſancti victoris. ⁊ quātum deo ſpiritus recal
citrat: tantū ſibi caro. ¶ De errore vero illorum qui dicūt
deo/⁊ nō homini obediendum: plene. ſ. ſcripſi inter erro/
res beghardorum. et ꝙ plurimis authoritatib⁹ ⁊ teſtimo
nijs noui et veteris teſtamenti/⁊ iure canonico ⁊ ciuili ꝓ
batum eſt/non ſolum deo: ſed etiam hominib⁹ neceſſario
obediendum eſſe. vnde hic nō repeto: ſed ibi vide in iſta
ſcda parte iſtius operis. in. §. tertius error. i ar. liij. ¶ Sed
adhuc de virtute obedientie inſtruat nos ille humilis et
obedientiſſimus ſacer Franciſcus in ſuis legendis. Legi
tur ꝙ quodā tēpore ſedens ipſe inter fratres/tale quod/
dam emiſit ſuſpirium dicēs. Vix aliquis religioſus eſt in
toto mūdo: qui perfecte obediat prelato ſuo. permoti fra
tres et timore perculſi: dixerunt ei. dic nobis pater q̄ ſit ꝑfe
cta obediētia. At ille verum deſcribens obedientem ſub
figura corporis mortui. Coll. iij. xvj. q. j. placuit. ij. reſpōſo.
tolle inquit corpus exanime: et vbi placuerit pone. vide/
bis non repugnare motum. non murmurare ſitum. quod
ſi ſtatuatur in cathedra: nō alta: ſed ima petit. Hec eſt hu/
militas ſine qua nullus obediens eſt. vt. ſ. dictum eſt. ps.
cxj. Humilia reſpicit. ſi collocetur in purpura duplo pal/
leſcit. Hic ait verus obediens eſt: qui cum mouetur: non
dijudicat. vbi locetur: non curat. vt tranſmutetur: nō ſup
plicat: nec inſtat. erectus ad officium ſolitam tenet humi
litatem. xcv. diſt. epiſcopus in eccleſia. c. diſt. cōtra morem.
plus honoratus plus reputat ſe indignum. ¶ Alia vice
de hoc loquēs. cōceſſas poſt petitionem ꝓprie licentias/
dixit. iniunctas vero nec poſtulatas ſacras obedientias
nominauit. vocauit autē obedientiā altiorem ꝙ licentiā:
q: in iſta prima volūtas regnat: et ideo non eſt pura obe
diētia. xij. q. j. nolo. ⁊. c. non dicatis. Summā vero obediē
tiam/⁊ in qua. ex̄ de ſacra vnc. c. vnico. §. ad exhibendum.
ibi. vt cortina cortinā trahat. nihil habet caro et ſanguis.
illam eſſe credebat qua diuina inſpiratione. xx. q. ij. due.
ex̄ de regu. licet. inter infideles itur. ſiue ob proximorum
lucrū: ſiue ob martyrij deſiderium. hāc vero petere multū
deo dijudicabat acceptū. per obedientiā vero raro precī/
piendum cenſuit. nec primo iaculum fulminandū: quod
debet eſſe extremum. Vide quod no. xxv. diſt. c. j. gloſ. fi.
⁊ quod no. ſ. in iſto ar. in. §. cōmendabilis. A. valet etiam.
Ad enſem inquit nō cito manus mittenda eſt. enſem vo/
cabat obedientiam. ſicut vocatur excōmunicatio. xvj. q. ij.
viſis. Quum vero qui precepto obedientie obedire non
feſtinaret: nec deum timere: nec hominem cenſuit reuere
ri. Nam quid in temerario preceptore authoritas impe/
randi: niſi gladius in manu furioſi? quid vero deſpecti/
rius religioſo obedientiā contēnente? Tā vberem aſſere/
bat obediētie ſancte fructū: vt eis qui iugo eius colla ſum
mitterent: nil tēporis ſine fructu tranſiret. quere. ſ. in iſto
ar. Et dicebat in prelatione caſus. xl. diſt. ante oia. xiij. diſt.
nerui. in laude precipitium vane glorie. vj. q. j. ſunt pluri/
mi. xj. q. iij. inter. in humilitate ſubditi anime lucrū eſt. q:
in vero obediētie nihil tēporis ſine lucro tranſit. vt proxi.
dicit. ſ. cur ergo periculis plus ꝙ lucris attendimus: quū
tēpus ad lucrandum acceperimus? Gala. vj. Dum tēpus
habemus operemur bonū. Grego. Omne tēpus tibi im/
penſum/requiretur a te qualiter fuerit expenſuʒ. dñs eñ
non venit miniſtrari: ſed miniſtrare. ⁊ dixit: Quicūqȝ in/
ter vos voluerit maior fieri: erit veſter miniſter. et quicūqȝ
voluerit primus fieri: erit veſter ſeruus. Luce. xxij. Mat.
xx. diſt. xl. quicūqȝ. Abhorrebat quippe ſanctus Frāciſcus
ſuperbiā oim malorū originē: et inobedientiā peſſimā ei⁹
prolē. Tob. iiij. Nam inobediētis fratris capitiū in mediū
flammarū fecit proijci vt oēs aduerterent quāta/qualiqȝ
vindicta ſit offenſa inobediētie percellenda. Dicebat etiā
chariſſimi fratres ꝑmo verbo ꝑceptum implere: nec expe/
ctetis iterandum. Idem poſui. ſ. in pn. iſtius ar. in. §. j. qđ
dicit. Nihil etiam impoſſibilitatis cauſemini: qm̄ et ſi ſu/
pra vires ipſe mandarem: merito obediētia non careret.
Ipſe etiā in quodā capitulo ſancte marie de portiuncula
reſignauit officium miniſtri generalis: et promiſit obediē
tiam fratri Petro cathanij/ſicut generali. ac deinde vſqȝ
ad mortem ſemꝑ remanſit ſubditus quaſi vnus de alijs
fratribus. immo non ſolum generali miniſtro et prouin/
ciali ſubditus eſſe voluit: qm̄ in quacūqȝ prouincia mora
batur vel iret ad predicandum obediebat miniſtro illius
prouincie. ſed etiam propter maiorem perfectionem ⁊ hu
militatem longo tēpore ante mortem ſuam. Quadā vice
dixit generali miniſtro. Volo vt cōmittas vicem tuam de
me ſemꝑ vni de ſocijs meis cui obediam vice tua: quoniā
propter bonum et virtutem obediētie in vita et in morte.
ſemꝑ volo ꝙ maneas mecum. Et exinde vſqȝ ad mortem
ſemꝑ habuit vnū de ſocijs ſuis guardianum/cui obediē
tiā promittebat et ſeruabat vice generalis miniſtri. Dixit
etiam quadā vice ſocijs ſuis. inter alias hanc gratiam cō/
tulit mihi altiſſimus: ꝙ ita libenter obedirem fratri noui/
tio qui intraret hodie in religionē: ſi eſſet meus guardia/
nus: ſicut illi qui eſſet ſanctus et antiquus in religione:
qm̄ ſubditus ſuum prelatum non hominē debet cōſidera
re: ſed deū. ꝓ cui⁹ ar. Luc. x. Qui vos audit ⁊c. xj. di. in no
uo. ⁊. viij. q. j. qui vos. ij. q. vij. accuſatio. amore ſibi ſubdi/
tus eſt. Et quāto prelatus vilior eſt et ſimplicior: tanto ei
obediens ꝓpter deuʒ maius meritū hʒ: q: humilius agit.
ar. j. q. j. non quales. ſubditus eñ prelatum ſuū vice dei ſu
pra caput ſuum poſuit. xix. q. iij. ſtatuimus. ex̄ de elec. ſi reli
gioſus. li. vj. xvij. q. iij. §. j. in fi. ps. lxv. poſuiſti homines ſu/
per capita noſtra. Similiter dixit. non eſt prelatus in toto
mūdo: qui tātū timeatur potius ametur. di. xcv. eſto. a ſub
ditis eta fratribus ſuis: quantū dñs faceret me timeri a
fratribus meis ſi vellem. ſed hanc gratiam cōtulit mihi al
tiſſimus: ꝙ volo eſſe cōtentus oibus et cōmunis ſicut qui
minor eſt in religione. vnde quū alij fratres non ſatiſface
rent ſibi in neceſſitatibus ſuis: vel dicerent ei aliqđ verbū
per quod ſolet homo moueri ad ſcandalū: ſtatim ibat ad
orationem: ⁊ in reuerſione ſua nolebat recordari: dicens
talis frater mihi nō ſatiſfecit: vel dixit tale verbum: q: cha
ritas oia ſuſtinet. j. Cor. xiij. mihi. immo quodā tpe ſue in/
firmitatis/oēs ſuos ſocios reſignauit generali miniſtro
dicens. nolo habere ſocium ſpecialem: ſed ꝓpter amorem
dñi dei fratres de loco ad locū mihi prouideant ⁊ me aſſo
cient. ſicut dñs inſpirauerit eis. Et ait. vidi iam cecum q̄
non habebat niſi caniculā pro duce itineris ſui. Dixit etiā
ſemel ſocio ſuo. non videor mihi frater minor eſſe: niſi fue
ro in ſtatu quem tibi deſcribam: Ecce prelatus fratrū exi/
ſtens; vado ad capitulū predico et cōmoneo fratres ⁊ in

sine dicat supra me. nō cōuenis nobis q: illiteratus. xxxvi. dist. illiteratos. es elinguis: idiota et simplex. xxxix. dist. petrus. tandem eijcior: vilipensus/cum opprobrio ab omnibus. Dico tibi nisi eodem vultu. eadem mentis leticia. et eodem sanctitatis proposito/hec verba audiero que audiui quū factus fui prelatus ꝛ a fratribus laudatus: vere mortuus erat mūdo. Col. iij. frater minor nō sum. et ideo: quia humillimus et obedientissimus fuit: obediat ei dominus ad votum et creature. vt. s. in isto ar. dixi in. §. ad cōmendationē. W. j. vt apparet in sua legenda. Exponebat etiam illud Luce. xiiij. ꝛ Joā. xij. Qui non renuntiat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Mat. x. Et qui voluerit animā suam saluam facere: perdet eam. Ille homo relinquit omnia que possidet: et perdit corpus suum: qui semetipsum totum prebet ad obediendum in manibus sui prelati. Et quicquid facit aut dicit quod ipse sciat ꝙ non sit cōtra voluntatem eius: dummodo bonuz est qd facit aut dicit: vera obediētia est. Et si quādo subditus viderit meliora anime sue/ꝙ ea que prelatus sibi precipit: suam voluntatem deo sacrificet: que autē sunt prelati studeat adimplere. Nam hoc charitatiua. j. Pet. j. obedientia est que deo et proximo satisfacit. Si vero prelatus precipit aliquid cōtra animā suam subdito: licet ei nō obediat: vt plene dictuz est in prin. istius ar. in. §. j. tamē ipsum prelatū non dimittat. viij. q. iiij. nonne. Et si ab aliquo inde persecutionē sustineret: magis eos diligat ppter deū Matth. v. nam prius sustineat: ꝙ velit a suis fratribus separari. ad hoc. xxiij. q. iiij. c. j. cum. vij. se. c. vij. q. j. §. hoc tm̄. W. cum autē. viij. q. iiij. nonne. Talis non recedens: nec peccato obediens/vere permanet in perfecta obedientia: q: ponit aiam suam pro fratribus suis. Joā. x. Unde et dicebat. sunt multi religiosi/quibus sua meliora videntur: ꝙ que sui prelati precipiunt. Luce. ix. ꝛ tales retro. de pe. di. ij. pēnata. aspiciunt: ꝛ ad vomitum proprie voluntatis redeunt. ij. Pet. ij. hi homicide sunt. ꝛ ppter mala sua exempla multos animas suas perdere faciut. xj. q. iij. precipue. Exponebat etiam verbum illud domini. Non veni ministrari: sed ministrare. Matth. xx. Illi qui sunt super alios cōstituti prelati/tantū de illa prelatione glorientur: quātum si essent ad abluendum pedes fratrum in officio. Et quātum magis turbantur de ablata sibi prelatione/ꝙ de pedum officio: tanto magis loculos ad periculum aie cōponunt: quia ambitiosi. j. q. vj. sicut. Et dicebat. beatus ille prelatus/q̇ inuentus est ita humilis inter subditos suos: sicut qn̄ est inter dn̄os suos. Et beatus ille seruus q̇ semp est sub virga correctionis et obedientie. talis enim purgatur: quia obedientia purgatorium vt dixi. s. in isto ar. ꝛ purgat a malo crescit in bono in virtute proficiendo. de pe. dist. ij. dum sanctam.

Dicebat beatus egidius beati Francisci socius: et erat laicus: quātomagis est cōstrictus religiosus amore dei sub iugo obedientie: tāto maiorem reddit fructum. Et quātomagis est religiosus obediēs ꝛ subiectus prelato suo propter honorez dei: tāto magis est verus pauper carens sensu proprio/pauper spū. Matth. v. idest humilis et timens deū sm̄ Aug. ꝛ mūdus a peccato suo purgatus in camino paupertatis/vincens cor suū de sensu pprio: quod est difficillimū. Esa. xlviij. Elegi te in camino paupertatis. l. dist. ꝛ purgabit. Pre ceteris hoibus huius mūdi religiosus bene obediēs similis est militi bene armato sedenti sup bonum equum: qui transit securus inter hostes: et nemo pōt offendere eum. Religiosus autē obediens cū murmure/similis est militi insidenti equo malo: qui transiens inter hostes cadit: et ab inimicis capitur/vulneratur ꝛ vinculatur: et in carcere mittitur: ꝛ quādoq̧ occiditur. Religiosus qui in propria vult viuere voluntate: ad ignem inferni vult ire per propriam voluntatem. sm̄ Bern. ꝛ dixi. s. eo. ar. §. multa. in fi. Et ꝙdiu bos

Religiosus obediēs cui cōparet.

tenet caput sub iugo implet horreū frumēto. xiij. q. j. §. his ita. Bos autem non tenens caput sub iugo: sed vagando discurrens: sibiipsi magnus dn̄s videt: sed frumento horrea non implentur. Magni sapientes ponunt caput sub iugo obediētie humiliter. stulti de iugo obedientie caput abstrahūt. Religio scilz mater qn̄q̧ filium scz religiosum exaltat: q̇ postꝙ magnus effectus est: matri ppter suā superbiam non obedit: sed eam deridet et spernit. imo mater lactat. ij. q. vj. ad romanā. ij. filium. ꝛ ipse in sinu eius egerit. ar. ex̄ de iude. et si iudeos. Magis reputo obedire prelato homini ppter deū: ꝙ obedire creatori ipsi p seipsum mandāti: q: maior fides et reuerentia. Videtur autē mihi/ꝙ siquis esset in tanta gratia/ꝙ cum angelis loqueret: si vocarētur ab hoie cui promisit obedientiā: deberet colloquium angelorū dimittere: ꝛ hoi cui promisit obedientiā obedire: q: dū subditus est in hoc mūdo/tenetur obedire prelato creature/cui subiectus est ppter creatorem ꝛ hoc signum: q: dn̄s Samueli nō manifestauit voluntatē suā anteꝙ licētiam habuissent ab Heli. j. Reg. iij. Qui caput posuit sub iugo obedientie: et postea vt viā sequat perfectionis extrahit caput de sub iugo obediētie: hoc est signum superbie magne: q: vult viuere in sensu pprio: qd est ppriū superborum. Immo abbas Joānes probantissimus anachorita dimisso eremo venit ad cenobiū sub abbatis obediētia moraturus asserens maiorem fructum assequi de obedientia ꝙ de anachoresi. vt narrat Joā. cassi. in li. coll. in coll. de fine cenobite et anachorite. ¶ Dicebat quidam sanctus frater minor laicus florētinus Guido noie/ꝙ si angelus de celo descenderet et predicaret in platea florentina: ꝙ non peteret licentiam a prelato audiendi eum. Renuebat cū dauid ps. lxxvj. cōsolari in anima sua: vt se in vera obediētia abnegaret. Matth. xiiij. ꝛ magis meretur renuntiās dei cōsolationi propter deum: quod perfectorū est in cruce gloriantium: nō hic consolationem querentium. Gala. vj. Et nunꝙ reperitur/ꝙ in vita sua licentiam aliquā petiuisset a prelato pro re aliqua: nisi ꝙ semel petiit se remoueri p custodiam de officio porte: q: tēpore hyemali prohibitus fuit a guardiano intromittere intra portam loci in vestibulo pauperes: qui expectantes eleemosynam extra portam frigore cruciabātur. non potuit pati videre tantā crudelitatez. Quū sanctus Franciscus cōsiderans sanctitatem fratris Egidij/dixisset ei vt pergeret quo vellet. Respōdit frater Egidius ꝙ in tā libera obediētia ire et viuere nolebat. ¶ De obediētia aūt fratrū minoꝝ sic ait frater Joānes de pichano magister in theologia sup regulam eorū. Primam virtutem prefert regula obediētiā. non qualemcūq̧: sz que illā dn̄i nostri emuletur: vt humana fragilitas patitur: qui vsq̧ ad mortem patri humiliter obediuit. Phil. ij. Quū igitur obediētes religiosi alij soleant obediētiā promittere salua stabilitate ad locū. ex̄ de iureiuran. sicut ex lris. ꝛ non supra regulam quam vouerūt: sciat frater minor nullum ius sibi esse in loco: nec sibi in aliquo loci ambitu obediētiam coarctari: aūt etiā terminari. Sciat etiam nihil intolerabile posse supra ius obediētie esse asserere: nisi cōtrariū sit regule vel saluti generaliter vel ex euidenti causa aliqua speciali. de hoc etiā. s. in hoc ar. in. §. cōmendabilis W. obediētia vero. ꝛ in. §. sed iterū. W. religiosi. Sciat etiā quo est asperius humilius carni horribilius/qd sibi cōtinget obediētialiter imponi: eo ad id debet esse paratior ex aio. viij. q. j. sciendū. Obediētia vero fauorabiles p viribus declinare. hoc est em̄ obediēdo scdm̄ euangeliū obseruare. Sicq̧ sibi pspiciat: vt q̇cq̇d facit per superiores obediētiā faciat: vt dū bona facit ex charitatis ꝛ obie radice: ex concursu harū duarū virtutū semp meritū duplicet. ¶ S

Ad commedationem huius alme virtutis obediētie/scale celi/extirpatricis superbie/filie humilitatis/singularis dei cultricis/exterminatricis casus/filie primogenite fidei/ma

Obediētie commendatio.

tris castitatis/pacificatricis fratrū et ꝑlatorū/mortue in
aīe ⁊ in corpore/nutricis vite/et reductricis protoplasto
rū et ꝓpaginis eorū in paradisum non terrestrem:sed dei
viuentis celestem. ⁊ pro expeditione eius aliqua iungam
originalia preter superius allegata. ¶ Valde iniquū est
velle sibi obtēperari a minorib⁹ et nolle obtēperare maio
ribus. glos.j.ad Cor.xj.facit.ij.q.vj.qui se scit. Qui se scit
alijs esse ꝑpositū:nō moleste ferat aliquē sibi esse ꝑlatū.
Redde reuerētiam ⁊ obediētiā prelato.quarū altera cor
dis est:altera corporis. Nec eñ sufficit exterius obtēpera
re maioribus nostris:nisi ex intimo cordis affectu sublimi
ter sentiamus de eis. Bern. in sermonib⁹. Bene ita regi
est cum timore honorem impendere. glos.ad Hebre. xij.
Tanto citius quisq̃ deum placat: quāto ante ei⁹ oculos
repressa arbitrij sui superbia/gladio precepti se immolat.
viij.q.j.sciendum. Greg. in moral.li.xxxv. ¶ Ad obedien
tiā requirūtur. Rectū: q: non est obediendū cōtra deum.
xj.q.iij.si is. Voluntarium: q: quod ex necessitate fit: non
est bonū.ex̄ de re.iu.qui ex timore.xv.q.j.non est. Purū: vt
intentio sit pura: q: si oculus simplex est: totum corpus lu
cidum est. Luc.xj. Mat.v.⁊.xviij. Discretū: ne quid nimis.
qui eñ ratione offert: si non ratione diuidat: peccat. de cō.
dist.ij.si credis.de off.cust.c.j. Firmū.i.perseuerans. perse
uerantia eñ oia claudit ⁊ tenet. nullum bonum sine per
seuerantia est. vij.q.j.suggestum. vt aūt perseuerantiā ha
beat manus obediētie inherere sibi debent propugnacu
la patientie. Bern.in sermonib⁹. Sic multorū vsq̃ hodie
pusillanimitas et peruersitas exigit: vt ab eis queri opor
teat a prelatis/quid vis vt faciam tibi? Luc.xviij. non ipsi
querere/dñe quid vis me facere. Act.ix. Tales cōsiderāt
quid sibi precipi velint: non que sit voluntas preceptoris.
qui aperte vel occulte satagit: vt quid vult ipse. hoc enim
prelatus iniungat. ipse se seducit et frustra sibi de obediē
tia blanditur. non eñ in ea re ipse prelato: sed magis ei ꝑ
latus obedit. Ber.in sermonibus. ⁊ de hoc etiam.s. Qui
importabilib⁹.ex̄ de pac.c.si.exceptis partē acerbissimam
seruitutis elegit.scʒ facere qḋ velit. nō qui iussus facit mi
ser est: sed qui inuitus facit. Seneca in epl̄is. Dixit dñs ad
adā Geñ.ij.xi.q.iij.qd ergo. de oi ligno paradisi comede:
de ligno aūt sciētie boni et mali nō comedas. De oi ligno
paradisi poterat comedere: q: dū non venit cōtra obediē
tiam nō peccauit. ille eñ comedit de ligno scientie boni: q̃
voluntatē suaʒ sibi appropriat: et se exaltat de bonis que
dñs dedit: ⁊ opatur per eum ⁊ per suggestionem diaboli
et transgressionem mandati.factū est ei pomū sciētie ma
li. vnde oportet ꝙ sustineat penā. ¶ Franciscus. obedien
tia est mater quodāmodo custosq̃ oīm virtutum. Aug.in
li.xiiij.de ciui.dei.c.xv. Sicut abrae non immerito magna
obediētia ꝑdicatur: cui vt occideret filium res difficillima
est iperata. Geñ.xxij.xxij.q.ij. ꝓphetauit.de quo plene.s.
c.ar. Ita in paradiso tanto maior inobediētia fuit: quāto
id quod preceptum est nullius difficultatis fuit. Magna
eñ est hoīs miseria aduersus eum ipsum inobediētia ei⁹
ipsius. qm̄ nec voluit quod potuit: quod non potest velit.
ex̄ de off.deleg.qm̄.in paradiso eñ.etiam si nō omnia po
tuit ante peccatum: quicquid tñ nō poterat non volebat.
et etiam poterat oia que volebat. Nunc aūt ꝑs.cxliij. ho
mo similis factus est vanitati. Quis enumeret q̃ multa q̃
non potest: velit: dum voluntati sue ipse animus: eoq̃ in
ferior caro non obtēperet. Rom.viij.xxij. q. v.si paulus.
Ipso nāq̃ inuito et animus plerūq̃ turbatur: ⁊ caro do
let et veterascit et morit̄. Aug.de ciui.dei.li.xv. diuino in
tonante ꝑcepto obediēdum est. xiiij.q.j. quod precipitur.
non disputandum. Aug⁹.li.quo.s. Diuinis imperijs cedē
dū est obtēperādo: nō resistendū disputando. Aug.cōtra
Faustū. Ut sciremus non dei creaturam esse culpabilem:
sed inobediētiā cōtumacem ⁊ cupiditatem inordinatam:
non ꝓpter potum: sed ꝓpter pomum/primus homo in
uenit mortem. Et esau primatus suos non ꝓpter gallinā
sed ꝓpter lenticulā perdidit. Geñ.xxv. Aug.super Joan.

Ad obe-
diētiā re-
quisita.

homil.xix.facit.xl.di.ꝙ quis.⁊.c.delicie.⁊.xiiij.q.vlt.c.vlt.
Qui se sibi magistrū cōstituit: stulto se discipulum subdit.
et eñ quid alij de se sentiant ignoro: ego de me expertus
sum quod dico: et facili⁹ imperare ⁊ securius preesse alijs
multis ꝙ mihi. Bern.in epl̄a ad odonem. Quicquid no
bis a senioribus fuerit imperatū/sit tāq̃ si de celo sit ore
dei prolatum. nihil reprehēdas nihil despicias: in nullo
penitus murmurare presumas: q: in monasterio seruire
venisti: non imperare. obedire: non iubere. totum sanctū.
totum vtile iudica: quicquid aut tibi aut alijs videris im
perari. Cesarius in sermone. Obediētia in omni rationa
li creatura est oīs iustitie origo atq̃ ꝑfectio. Unde ꝑ obe
dientiā ⁊ inobedientiā distinguit̄ christus ab adā. Unde
apl̄s ad Rom.vj. Sicut ꝑ vnius hoīs inobedientiam ⁊c.
Aug.sup questiones.lxx. Prepositū monasterij timeas:
vt om̄n diligas: vt patrē credas tibi salutare quicquid ille
ꝑcipit: nec de maioris sentētia iudices: cui⁹ est officiū obe
dire: et q̃ iubent̄ implere. Hiero.in epl̄a ad Rusticū. Didi
cit ex his q̃ passus est obediētiam. ad Heb.v. Hoc duplici
ter pōt intelligi. aut eñ dictū est/didicit q̃ alios discere fe
cit: aut q: experimēto didicit quod per scientiam nō igno
rauit. Anselm⁹ in li. Cur deus homo.c.xj. Aliqñ precipitur
bene ⁊ obedit̄ bene: vt quū precipit̄ seruari castitas. aliqñ
precipit̄ male ⁊ obedit̄ male: vt quū alicui ꝑcipitur furari
aliqñ ꝑcipitur bene ⁊ obedit̄ male: vt cum alicui captiuo
dicit̄/fuge ⁊ ero ꝓ te in vinculis et penam pro te accipiā:
vt fecit Sacculus pro diacono capto a longobardo: vt
narrat Greg.in.iij.li.dialogorū. Bona quidē est talis ꝑce
ptio: q: ex perfecta charitate: sʒ mala obediētia: q: obuiat
charitati. Aliqñ precipitur male et obedit̄ bene: vt quum
prelatus sibi ꝑcipit afferri a subdito q̄d qḋ sine periculo
esse non potest: vt dauid qui precepit sibi aquā deferri de
cisterna bethleē cum periculo missis: quā ꝓpterea effudit ⁊
dño libauit. Anselmus de similitudinib⁹. ij. Reg.xxiij.xli.
dist.delicie. Omnis virtus ab obediētia incipit: quēadmo
dū omne vitiū ab inobediētia processit. Frustra nāq̃ vel
in obediētia rebelli vel cōtumaci doctrina: vel non intel
ligenti preceptū daretur. Hugo de similitudinibus.j.par
te.xiiij.c.iiij. Obediētia ad omne quod iniungit̄ sponta
neo vigore: aliterq̃ animo fertur: modū non cōsiderans
in infinitum libertate extenditur. Unde etiam si impossi
bilia iniunguntur: confidens de dei bonitate/obedit ex cha
ritate. Bern.de ꝑcepto. Obediētie limes sm̄ tp̄s est ipsa
tēporis extremitas: vt sit terminus obediētie/ qui ⁊ vite:
quod nobis maxime cōmendat vnigeniti dei exemplum:
qui fact⁹ est patri obediens vsq̃ ad mortē. Phil.ij. Bern.
de precepto. Obediētia nō seruili metu: sʒ charitatis affe
ctu seruanda est. nō timore pene: sʒ amore iustitie. Greg.
in mora. sed a timore incipit ⁊ in charitatem ꝑficit. de pe.
dist.ij. sicut sera. ¶ Bonus obediētie gradus si ꝓpter me
tū gehenne: siue ꝓpter factam professionē/quā professus
est: quisq̃ obediat. Melior aūt cū dei amore obedit. illa
quippe obediētia necessitatis: ista charitatis est. Ille aūt
optimus est obediētie gradus: quū eo aīo opus iniunctū
recipit̄: quo et precipitur. Greg.ibidē. Imperfecti cordis/
et infirme volūtatis indiciū est statuta senioꝝ studiosius
discutere: rationem ad oia que iniunguntur exigere. de q̄
busq̃ male suspicari. de oi ꝑcepto (cui⁹ causa latuit) nec
vnq̃ libēter obedire: nisi ⁊ audire cōtigerit/qḋ forte libue
rit: aut qḋ nō aliter licere vl' expedire mōstrauerit: vel ap
ta rō: vel indubitata authoritas. Greg.ibidē. Etsi oīs in
obediētia inexcusabiliter sit culpabilis: nulla tñ eternali
ter est dānabilis: nisi quā remedium penitētie non sanat.
nulla est letaliter criminalis: nisi que cōtemptum supbie
non euitat. Uñ si iubente seniore vt sileam: verbum mihi
forte per obliuionem elabitur: reum me fateor inobediē
tie: sed venialiter. Sed si ex contēptu. xi.q.iij. §. premissis
et. §. cum ergo. in fi. xxiiij.q.iij. notandum. in fi. ex̄ de cleri.
ex.mi. si celebrat. in fi. sciens et deliberans in verba prorū
pier silentium rumpo: preuaricatorem me constituo ⁊ cō

minaliter peccō: et ſi impenitēs vſq ad mortem perſeue-
ro: dānor. Grego. ibidē. Adoleſcens ſine obedientia inter
ſeculi abuſiua eſt. obediētia mater oīm diſciplinarum eſt.
Cyprianus de. xij. abuſiuis. vide. ſ. e. §. cōſequēter. ꝟ. inter
xij. abuſiua. in ar. xviij. qui obedit prelatis: hꝫ ſibi corpus
obediens. Bern. in ſermo. feſti. Erat ſubdit⁹ illis. Luc. ij.
Quis: quibus: deus hoībus. deus cui angeli ſubditi ſunt
erat ſubditus marie. nec tm̄ marie: ſed etiam Joſeph pro-
pter mariam. Mirare ergo vtrūq: et elige quod ampli⁹
mireris. filij benigniſſimā dignationem: an matris excel-
lentiſſimā dignitatem. vtrūq ſtupor. vtrūq miraculum.
et ꝙ deus femine obtēperet: humilitas ſine exemplo. ⁊ ꝙ
femina deo precipiat: ſublimitas ſine ſocio. In laudibus
virginum. Apocal. xiiij. dicitur ſingulariter. ꝙ ſequuntur
agnum quocūq ierit. Quibus ergo laudibus iudicas di-
gnam: que etiam preit? Addiſce homo obedire. certa ſub-
di. diſce obtēperare. De authore noſtro et preceptore dici-
tur: Et erat ſubditus illis. Erubeſce ſuperbe cinis. dn̄s ſe
humiliat: et tu te exaltas. deus ſe humilibus ſubdit: et tu
te preponis authori. Quoties em̄ preeſſe deſidero: toties
deum meum preire cōtendo. Si hominis o homo imitari
dedignaris exemplū: certe non erit tibi indignum imitari
authorem tuū. Bern. ſuper Miſſus. Homo ſubdere ei q̄
ſupra te eſt. ⁊ infra te erunt illa quib⁹ ꝑpoſitus es. Quia
em̄ homo deſeruit eum ſub quo eſſe debuit: ideo ſubdit⁹
eſt eis ſupra q̄ eſſe debuit. Supra te deus eſt: ſub te peco-
ra. agnoſce eum q̄ ſupra te eſt: vt agnoſcant te que infra te
ſunt. Ideoq quū Daniel cognouiſſet ſupra ſe deū: agno-
uerūt illum ſupra ſe leones. Daniel. vlt. Si autem ſuperio-
rem contēnis: ſubderis inferiorib⁹. ꝓpterea ſuperbia egy-
ptiorū de ranis. Exod. viij. ⁊ muſcis cōdēnata eſt. poterat
deus leones mittere: ſꝫ aliquis magnus leone terrendus
eſt. quāto illi erant ſuperiores: tāto de rebus cōtemptibili-
bus ⁊ abiectis fracta eſt eorū ceruix mala. Aug. ſuper epi-
ſtolā Joā. homil. viij. Non erit caro ſubiecta anime: nec vi-
cia rationi ſuccumbent: ſi animus nō eſt ſubditus authori
ſuo. Tunc aūt rationi ſubijciuntur nobis omnia que no-
bis ſunt: ſi nos ſubijcimur ei a q̄ nobis illa ſubiecta ſunt.
Nam que videntur ſubiecta ei eſſe qui deo ſubiectus non
eſt: non ſunt vere ſubiecta ei: ſed ille potius ſubijcit̄ eis
qui ſuam voluntatē ſubiugabit eis. Iſidorus de ſummo
bono. li. j. Dei prouidentia regens miniſtris ſuis vniuer-
ſam creaturam naturas et volūtates. Naturas vt ſint. vo-
luntates autem vt nec infructuoſe bone: nec impunite ſint:
male ſubdidit. Primus ſubdidit oīa: deinde creaturā cor-
poralem creature ſpūali. irrationalem rationali. terreſtrē
celeſti. femineam maſculine. minus valentem valentiori.
indigentem copioſiori. Aug. ſuper Gen̄. li. viij. Puer pa-
rentibus ſubditus erat. Luc. ij. doctrina em̄ deus appare-
bat ⁊ actib⁹ hō. Aug. de vera religione. c. xx. Oīs creatura
velit nolit ſubeſt creatori. Sed a creatura rōnali volūta-
ria ſubiectio tripliciter eſſe debet. vt ꝙ certū eſt deū velle
id qꝺ nos velimus. ⁊ id quod certum eſt eum nolle id exe-
cremur. quod autē incertū eſt vtrū velit an nolit: neq ve-
limus ex toto: neq penitus non velimus. Bern. Quidaꝫ
amant ſubeſſe vt poſſint preeſſe. honores fugiūt vt hono-
ribus obuient. Hugo de clauſtro. li. iij. Et de hoc. ſ. in hac.
ij. parte. in. §. porro. ꝟ. quidam amant. in ar. xxiij. Bonum
eſt obedire maiorib⁹: parere perfectis: ⁊ poſt regulas ſcri-
pturarū vite ſue tramitem ab alijs diſcere: nec preceptore
vti peſſimo. ſcꝫ preſumptiōe ſua. Hiero. in epl̄is. Seruias
fratribus: hoſpitum pedes laua: paſſus iniuriam taceas:
prepoſitum monaſterij timeas vt dn̄m: dilige vt patrem:
credas tibi ſalutare quicquid ille precipit: nec de maiorū
ſententia iudices: cuius officiū eſt obedire et implere q̄ iuſ-
ſa ſunt. Hiero. ibidem. ⁊ de hoc etiam. ſ. in ar. xxi. §. porro.
Quedā ſunt pura bona: quedam pura mala. in his nulla
debetur hoībus obedientia. qm̄ nec illa omittenda ſunt/
etiam quū prohibentur. nec iſta etiam quū iubentur ſunt
cōmittēda. Porro inter hec ſunt media q̄dā: que pro mo-
do loco et tēpore iudicio et perſona ⁊ mala poſſunt eſſe
et bona. Et in his lex poſita eſt obediētie tāq̄ in ligno ſcie-
tie boni. Gen̄. ij. vide. ſ. eo. ꝟ. dix. ⁊ mali. qꝺ erat in medio
paradiſi. in his omnino prelatorū nec iuſſio: nec prohibi-
tio eſt contēnenda. Bern. in epl̄is. Monachū obedien-
tiſſimū dico: cui ex quibuſlibet ſeniorū verbulis/ne vnū
quideꝫ iota pretereuolat. Matth. v. nec attendit quale ſit
quod precipitur. ⁊ ſit obediētia ſine mora. Bern. ibidem.
Quū ſemel vicarius beati Franciſci teneret capitulū: et
ipſe in cella ſua oraret: vnus ex fratrib⁹ defenſionis quo-
dam cōtextus palliolo non ſe diſcipline ſubdebat. vidēs
hoc vir ſanctus abſens in ſpū/vocauit quēdam de fratri-
bus et dixit ad eum: vidi frater diabolum ſuper illius fra-
tris inobedientis dorſum/collū eius tenentē adſtrictum:
qui tali ſeſſori ſubiectus/obediētie freno ſpreto inſtinct⁹
eius ſequebatur habenas. ⁊ cū rogarem deum pro fratre
ſubito ꝯfuſus demon abſceſſit. vade igitur et dic fratri vt
obediētie ſancte iugo collū ſine mora ſummittaet. moni-
tus per internuntium frater ſtatimq cōuerſus ad deum/
ad pedes vicarij humiliter ſe ꝓiecit. In legēda beati Fra-
ciſci/in titulo de intelligentia ſcripturarū/⁊ ſpū ꝓphetie.

¶ Articulus. lxx. A

Ontra ſanctaꝫ obe-

dientiam/aut ei⁹ puritatē ſupra copioſiſſime
approbatam cōmendatam et deſcriptā/mul-
tipliciter ſit a religioſis iſtius tpis hypocrita-
lis: qui ei capita ſummiſerunt. ¶ Et primo et grauius: qꝛ
multi ex eis nedum non obediunt ſimpliciter: ſꝫ precipiē-
tibus eis prelatis multas verbales inferūt iniurias. ⁊ ali-
quoties (qꝺ eſt deſperatius) manus mittunt in chriſtum
dn̄i prelatum ſuū. cōtra illud. j. Reg. xxiiij. ⁊. ij. Reg. j. ij. q.
vij. §. de his etiam illud. ꝟ. Itē in libro regū. ex̄ de ſen. ex-
cum illorū. ¶ Scđo/qꝛ etſi non iniuriantur ꝑlatis: ſicut ſe-
pe eis iniuriantur: vt vidi fieri dicentibus ſubditis: tantū
tibi obedirē: quātum cani vel aſino. non tn̄ obediunt: ſed
inflati tacēt vel recedūt a facie eius: ſicut cayn a facie dn̄i.
Gen̄. iiij. et de pe. diſt. j. ⁊ venit. Vidi quēdam fratrem. et
vtinam ſolus eſſet. in eremitorio chiborolí in cuſtodia pe-
ruſina in prouincia beati Franciſci: vbi eram de familia:
qui in mea preſentia: quū precepiſſet ei gardianus/ꝙ red-
deret mantellos ſuperfluos quos habebat in cella ꝓ fo-
renſibus fratribus/q̄ venerant: noluit reddere. et quū fra-
ter fugeret ad cellam recedens a facie Gardiani/cucur-
rit poſt eum gardianus cū oculo: et ego cum eo. et retroue-
niens mandauit ei iterū per obedientiā/ꝙ redderet mā-
tellos. ille nunc nolens audire obediētiam quam ante ta-
men audierat: cum ambab⁹ manibus clauſit aures ſuas:
et ſicut ſerpens obturauit aures ſuas. ad literā ne vocem
incantatoris. i. preceptoris audiret: ⁊ cellā ſuam ſic intra-
uit. pſ̄. lvij. Cōtra tales Hieremias. Hiere. xxij. Locutus
ſum ad te in abundantia tua. i. ſuperbia vel auaritia. que
vtraq fuit in iſto fratre. et dixiſti nō audiam. ⁊ Ezech. iij.
Domus iſrael noluīt audire te: qꝛ nolūt audire me. Oīs
quippe domus iſrael attrita fronte eſt et corde duro. Itē
cōtra tales Act. vij. Dura ceruice et incircūciſis cordibus
et auribus ⁊c. Contra tales etiaꝫ dicit̄ Job. xix. Seruum
meum vocaui: et nō r̄ndit mihi. Contra tales etiam dicit̄
Eſa. xxx. Aures tue audient poſt tergū monētis te. Zach.
vij. Auerterūt ſcapulas ⁊ aures aggrauauerūt/ne audi-
rēt. Eſa. xlvj. Audite me duro corde qui longe eſtis a iuſti-
tia. Eſa. xxx. Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit re-
ſpōdebit tibi. ¶ Tertio/aliquoties reſpondēt ſuis prela-
Re. xi. de pe. di. i. ꝟ. ex his itaqȝ. ꝟ. dicendū quoqȝ. ⁊ de pe.
di. ij. ꝟ. opponitur vbiaȝ. ꝟ. vnde quid. ꝟ. ⁊ tn̄. nosipsos for
tiores reputamus. quod nature impossibile est. huiusqȝ
Ioā. Cli. ¶ Dixit Abraam discipulus abbatis. Sisoy ad
eum. Pater senuisti. eamus parum iuxta mundum. Dixit
ei sisoy. Ubi non est mulier illo eamus. Dixit ei abraaȝ. Et
vbi est locus qui non habeat mulierem: nisi forte in solitu
dine? Dixit ei senex. Ergo in solitudinem me tolle. ¶ Cui
dam seni seruiebat quidam frater ⁊ quedam virgo. acci/
dit vna die ꝙ vterqȝ sibi ad senem venientes occurrerunt
in via. Quumqȝ sero facto ad sua remeare nō possent: im
prudenter egit: ⁊ causam crimini prestitit. lxxxiij. di. error.
facit quod legi ⁊ no. ex̄ de iude. ita. ⁊ i glos. ar. posuit mat
tam senior inter vtrosqȝ vt dormirent. Frater ille carnis
sue pugnam non ferens/ miserandā virginem stuprauit.
quod peccatum ex occasione ꝑpetratum est. ex̄ de eo q̇ cor/
gno. consan. vxo. veniens. ij. ibi. Et qm̄ se opportunitas in
gerebat cognoscebat vtramqȝ. ¶ Quidā senex egrotās
videns laborem fratrum sibi seruientium: dimisso deser/
to iuit in Egyptū. cui tn̄ dixit abbas Moyses ꝙ nō iret:
q: in fornicationē caderet. cui senex cōtristatus ait. Mor/
tuum est corpus meum: ⁊ tu mihi ista dicis? Quum ergo
abijsset in Egyptum: virgo quedam fidelis obtulit se in
eius obsequiuȝ. Et post aliquātulū temporis quum pau/
lulū cōualuisset: incurrit in eam. ⁊ cōcepit. Et interroga/
ta a vicinis a quo: dixit ꝙ a sene. Illis vero nō credētib⁹/
dixit senex. ego h̄ feci. Sancta verecūdia ⁊ cōfessio. de pe.
di. iij. ille rex. ⁊ distin. i. quē penitet. sȝ custodire mihi infan
tulū quem pepererit. Ablactatum autem eum tulit senex
in humeris suis. ⁊ die q̄ erat festiuitas in scythia intrauit
ad multitudinem fratrū. Illi aūt videntes fleuerūt. ⁊ di/
xit senex. Uideris infantem hunc? filius est inobedientie.
Cauete ergo vos. q: in senectute hoc feci. ⁊ orate pro me
Quia iste sibi non pepercit: deus sibi pepercit. ignouit ei
christus: q: etiam ipse peccatum suum publice agnouit.
de pe. di. i. veritas. cum. §. pre. quecūqȝ. alia sunt. §. sub. c. qs
aliqñ. Ubi etiam dicitur per Aug. in persona peccatoris.
Tu ne punias q: ego punio. Et ignosce q: ego cognosco.
pergens ad cellam suam ad initium prime conuersionis
sue reuersus est. ¶ Item quidam frater iter faciens secū
suam matrem habebat iam vetulam. qui quum venissent
ad quendam fluuium: non poterat illa transire. ⁊ tulit fi
lius suus frater ille pallium suum: ⁊ inuoluit manus suas
ne aliquo modo tangeret corpus eius. ⁊ ita portās eam
transiuit fluuium. Dixit autȝ mater ei. vt quid operuisti
man⁹ tuas fili? Respōdit. Quia corpus mulieris ignis
est. xxxij. dist. hospitiolū. cum. c. sequenti. Hiero. Quid ar/
denti corpusculo oleum adijcim⁹? facit. xxxiij. q. iiij. vir cū
propria. ibi. Qui in igne positus nescit ardere. ¶ Greg.
in. iiij. li. dialogorū. ⁊ est. xxxij. di. presbyter. Quidam gre/
cus presbyteram suam a tempore accepti sacri ordinis vt
sororem diligebat. sed quasi hostem cauebat. ⁊ ad se nun/
q̄ ꝓpius accedere sinebat. Tandem ad extrema dedu/
ctus est post longam etatem. Quē quum presbytera sua
conspiceret si quod ei adhuc vitale spiramen inesset. nari
bus ei⁹ apposita curauit aure cognoscere. Quod ille sen
tiens quantum a visu potuit/ se recolligens ait. Recede
a me mulier. adhuc igniculus viget. paleā tolle. Ad quē
statim apostoli Petrus ⁊ Paulus venerūt. quos vidēs
ait. Ecce venio. gratias ago. ⁊ inter hec ꝟba aīam reddi/
dit. Grego. iij. libro dialogorum sic ait. Quid diuina mi/
sericordia circa Andreā Fundane ciuitatis episcopū fece
rit: quatenus legentes vt videant exhortor. qui corpus
suum continentie dedicant: habitare cum feminis non p̄
sumant. ne ruina menti tantomagis repentina subrepat:
quāto plus ad hoc quod male concupiscitur in presentia
concupite forme famulatur. Hic nempe vir venerabilis
plenus virtutibus quamdam sanctimonialem certus de
sua eiusqȝ continentia secum habitare permisit. Ex qua
re actum est vt antiquus hostis apud eum aditum tenta/
tionis inueniret. Nam cepit speciem illius oculis mentis
imprimere: vt illectus nefanda cogitaret. Nam ⁊ vn⁹ ma
lignus spiritus animam ei⁹ per speciem illius sanctimo/
nialis in tentationem carnis commouit. adeo vt in tergū
illius sanctimonialis episcopus blādiens alapam daret.
Quaȝ tentationem episcopus per quemdam iudeum q̄
hoc audierat in conuentu demonum/ sciens: ⁊ orationi
se dans: non solum illam sed omnem quoqȝ feminam de
suo habitaculo expulit. atqȝ omni illa tentatione fundit⁹
caruit. xxxij. di. hospitiolum. ¶ Item in vitis patrum legi
tur ꝙ quidam frater multum tentabatur de quadam pul
chra muliere nupta: quam viderat in seculo. que tandem
mortua fuit. quod ille frater audiens iuit de nocte ad se/
pulcruȝ ei⁹: ⁊ fodiens extraxit de putredine corporis ei⁹:
⁊ portauit in cellam. ⁊ ponēs frequēter ante se ⁊ os suuȝ/
dicebat sibi. Ecce quod desiderabas. satiare ex eo. ⁊ sic fa
ciebat donec satietate fetoris moreretur cōcupiscētie ei⁹.
bon⁹ medic⁹ fetore fetorē expellēs. ar. ex̄ de re. iur. ois res.
Item dixit senex. Cum muliere non comedas: etiam si
sit mater vel soror: que pugnam augent. ¶ Item Ioan.
cas. in coll. Serapionis de octo vitijs ait. Puritati studē/
tibus plurimū confert vt carnaliū passionum ipsas mate
rias sibi penitus et penitus subtrahant: quibus potest
vel occasio vel recordatio earūdem passionum egrotan/
tium adhuc aie generari. Necesse est enim vt morbo du/
plici duplex adhibeatur curatio. Nam corpori (ne carna/
lis concupiscētia in effectū tentet prorūpere) necessario
effigies et materia illiciens subtrahenda est. et anime ni/
hilominus ne eam contagionē concipiat/ attentio et me/
ditatio scripturarū et solicitudo peruigil ac remotio so/
litudinis vtiliter apponenda. ¶ Item Ioan. cass. in coll.
Sereni de mobilitate aie dicit de abbate Paulo/ ꝙ quuȝ
ad visitandum quēdam fratrem eunti mulier occurrisset
offensus occursu eius tanta fuga ad monasterium est re
uersus/ pretermisso quod arripuerat visitationis officio
quanta nullus a facie leonis aufugeret. quod licȝ castita
tis et puritatis ardore fecisset: tamen quia nō habuit sciē
tiam (non enim solā familiaritatē que vere est nexia fe/
minarum: sed ipsam quoqȝ figuram sexus illius credidit
execrandam) tali confestim correptione percussus est: vt
eius vniuersum corpus paralysis valetudine solueretur.
Dicitur paralysis a para quod est dis et lysis quod est so/
lutio quasi corporis dissolutio. Est autem paralysis lesio
partis cum priuatione siue diminutione sensus vel mot⁹
vel vtriusqȝ. Eo autem redactus est: vt infirmitati ei⁹ nul
lo modo virorum diligentia deseruire sufficeret: nisi sola
ei in quodam cenobio virginum per annos fere quatuor

idest vsq; ad vite sue terminum muliebris sedulitas mini
strasset. a quo tamen tanta virtutum gratia procedebat
vt quum de oleo quod cadauer suum potius ꝙ corp⁹ con
tigisset vngerentur infirmi: confestim cunctis valitudini
bus curarentur. ❡ Item in vitis patrum quidam frater
in templo idolorum vidit sathanam sedentē et omnē mi
litiam adstantem ei. et quum multi spiritus narrarent ei
mala que fecerant: ⁊ hec ei pauca et parua viderentur ei:
iussit eos flagellari. Alius vero demon adueniens ado
rauit et ait. In eremo fui .xl. annis impugnās quemdam
monachum: ⁊ hac nocte preualui vt facerem eū fornica
ri. Quod diabolus audiens/ surgens osculatus est eum.
⁊ tollēs coronam quam in suo habebat capite: fecit eum
sedere prope se: coronans eum illa corona dicēs. Magnā
rem fortiter egisti. Et propter hoc ille frater fact⁹ est mo
nachus. ❡ Item narrat Joan. cass. in dicta coll. Sereni
ꝙ quum quidā ex fratribus in quodam antro quadam
nocte mansisset: cepit subito cateruas demonum intueri.
inter quas vnus magnitudine cunctis procerior ⁊ vul
tu terribilior aduenit. qui vniuscuiusq; actus cepit dis
cutere. ⁊ eos qui eorum emulos homines necdum po
tuissent circūuenire/ velut pro mercede a conspectu suo
iubebat expelli. illos vero qui nuntiabāt sibimet cōsigna
tos decepisse/ summis laudibus attollebat. In quorū nu
mero quum quidam nequissimus spūs terior aduenisset:
asseruit quemdam monachum post .xv. annos quibus eū
iugiter obsedisset: ipsa nocte ruina fornicationis turpiter
elisisse. super quo magnis preconiis a principe tenebra
rum coronatus abscessit. Frater autem visionem videns/
accedēs ad locum vbi ille habitabat monachus: inuenit
ꝙ ille monachus monasterio derelicto/ cum quadā puel
la casu miserabili corruisset. ❡ Item Jo. cas. in coll. abba
tis Joannis de fine cenobite sic ait. Quemadmoduꝫ cor
poris vsus libidinis carnisq; vicinitas: ita etiam menti me
moria eius penitus est subtrahenda. satis em̄ periculosum
est adhuc infirmis pectoribus vel remissam recordatio
nem huius passionis admittere. ita vt nonnunꝙ eis sub
recordatione sanctarū feminarum velut sub sacre lectio
nis historia noxie titillationis stimulus excitetur. cuius
causa seniores nostri huiusmodi lectiones sub presentia
minorum solent consultissime preterire. Sane perfectissi
mis quibusq; ⁊ summo affectu iam castimonie confirma
tis probationes quibus se examinare valeant deesse non
possunt: quibus perfectissima mētis integritas ⁊ cordis
incorrupta conscientie iudicio comprobetur. Erit enim
cōsummatissimo viro probatio sui: scꝫ qui radicem mor
bi huius luxurie penitus iam se extirpasse cognouerit: ex
plorande gratia castitatis interdum etiā aliquā explora
tione sui imaginationem femineam possit admittere. Ce
terum ab iis qui minus firmi sunt: hanc examinationem
nullatenus conuenit vsurpari. vt coniunctionem femine
am ⁊ palpationem quodāmodo teneram ac mollem cor
de pertractent. erit enim eis noxia: nō salubris. Quū ergo
perfectissima quis virtute fundatus/ ad illecebram blan
dientium cogitationum nullum mentis assensum. nullā
cōmotionem carnis in se deprehenderit excitari: certissi
me puritatis sue capiat documenta. ita vt ad hanc se firmi
tatē puritatis exercens/ castitatis atq; incorruptiōis bo
nū non solum mente possideat: sꝫ etiam si corporalē femi
ne attactum causa cuiuslibet vt adsolet necessitatis attule
rit: passionis sensum penitus ignoret. ❡ Item Jo. cass. in
coll. abbatis Pinufii de fine penitentie sic ait. Solet etiā
frequenter accidere vt dum vel suos vel aliorū lapsus im
peritorum quispiam miserātis retractat affectu: ipse etiā
subtilissimi teli voluptario perstringatur assensu, ⁊ initiuꝫ
sub specie pietatis exortū obsceno ⁊ noxio fine cōcludat.
⁊ quod erat ad remediū: tendat ad noxam. .xlv. di. licet. ij.
⁊ c. de excep. pia. §. rh. li. vi. ❡ Itē in vitis patrū quum ab
bas Arsenius sederet in canopo: q̄dā virgo Romana pre
potēs ⁊ diues venit ad cellā eius. ⁊ contigit ꝙ tunc extra
ambularet Arsenius. quem vt illa vidit: ante pedes eius
se in faciem prona prostrauit. quā ille cū festinatione suscitās
ita compellabat. Si faciē meā tm̄ peruidere desideras: intue
re. Illa vero pre verecundia oculos suos nō audebat at
tollere. sed ait. Exoro vt pro me ores: ⁊ me in memoria ha
bere digneris. Cui Arsenius. Oro deū meū vt deleat tuā
ex corde meo memoriā. Quo verbo illa infirmata est, pre
tristitia. quā archiepiscopus Alexāder cōfortās ait. Num
quid nescis te esse feminā? ⁊ quia per feminas solet inimic⁹
hoiem impugnare: ideo vultum tuū de corde suo deleri
dixit. Nam pro aīa tua dn̄m deprecatur. Quibus verbis
recreata recessit. ❡ Itē in vitis patrū quedā mulier inho
nesta submissa a iuuenibus/ venit in desertuꝫ sero ad quē
dā solitarium nominatū. que quū pulsasset ostium celle/
dicens se a via errasse: petebat ingressum. quā ille etsi tur
batus introduxit in atriū celle sue. ipse vero clauso ostio
intrauit cellam. Illa vero nocte clamabat. Abba: fere me
comedunt. Ille vero turbatus est timens iudiciū dei: di
cebatq;/ Unde venit mihi fera hec? ⁊ aperiens ostium in
troduxit eam intus. Cepit autem diabolus cor eius sagit
tare. Quod senex cognoscens dixit in se. Uie inimici tene
bre sunt. Ro. xiii. Filius aūt dei lux est. Jo. viii. Accendit
ergo lucernā. ⁊ quuꝫ iusti āmaretur dicebat. Qui talia agūt:
in tormentis vadūt. i. Thessal. iiii. ij. Pet. ij. ibi. nouit de⁹
Et mittens singulatim oēs digitos in lucernā/ nō sentie
bat propter flāmā libidinis. ⁊ sic faciens vsq; mane eos cō
bussit. Quod videns illa velut lapidea effecta est. Mane
venientes qui eā submiserāt: eā mortuā inuenerunt. Se
nex vero ostendens digitos ait. Ecce quid fecit mihi ista
filia diaboli. ⁊ narrauit eis rērationē suā. ⁊ ait. Non red
damus malum pro malo. j. Pe. ij. Ro. xij. xxiij. q. iiij. cū in le
ge. ⁊ resuscitauit eā. Illa vero postmodū in penitētia mā
sit. ❡ In vitis patrū quidam magnus senex versabatur
cum quadā virgine sacra: que ei sepe arridebat: ⁊ cum eo
iocabat. Ad vltimū cōceperūt dolorē ⁊ pepererūt iniqta
tē. ps. vij. ⁊ mansit cū ea mēsib⁹ sex. qua derelicta a deo cō
punctus intrans eremū ⁊ nudus coopert⁹ capillis penitē
tiam fecit: habens palmam que quolibet mense vnū botryo
nem dabat: qui ei sufficiebat per totuꝫ mensem. ❡ Itē in
vitis patrum dixit senex. Nō habeas amicitiā cum mulie
re/ neq; cum puero/ neq; cum hereticis. ⁊ erit mēs tua pa
cifica. ❡ Itē in vita Captiui monachi dicitur ꝙ cuꝫ qua
dam muliere captiuus esset. ⁊ quum eorum dn̄i coge
rent eos ad matrimonium: simulauerunt nuptias. ⁊ quū
soli habitarēt ⁊ pascerent pecora: nunꝙ tm̄ nudū corpus
mulieris vidit monachus. nunꝙ eius carnem tetigit: ti
mens in pace perdere qđ in prelio seruauerat. diligēs eā
vt sororem: non tm̄ se ei credens vt sorori. ❡ Item in vitis
patrum quidā duxit secum in desertum Scythie filiū la
ctantem vbera. qui in monasterio nutrit⁹ nesciebat quid
essent mulieres. qui quum factus esset maior: ostenderūt
ei demones de nocte habituꝫ mulierum. ⁊ mirabatur pa
ter. cui hoc filius reuelauit. Semel etiā cū patre suo ascen
dit in egyptum. et videns mulieres dixit patri suo. Abba:
ecce isti q̄ veniebāt ad me i Scythia nocte. ⁊ dixit ei pater
Isti sunt de sctō monachi fili. alio habitu vtunt isti. alio
eremite. Et mirat⁹ est senex quōmō ⁊ i Scythia ostenderūt
demones imagines mulierū. ⁊ statim reuersi in cellā suā.
❡ Item in legenda Balaam legitur ꝙ magus quidam
consuluit regi patri Josaphat conuersi a Balaā ꝙ a filio
suo cunctos remoueret: et puellas decoras ⁊ honoratas
introduci preciperet. vt semp cuꝫ eo essent: sibiq; ministra
rent. nihil enim sic potest iuuenes seducere sicut facies
mulieris. Nam rex quidam quū filium habuisset: dixerūt
ei peritissimi medici ꝙ si intra decem annos solem vide
ret: oculorū lumine priuaretur. Rex ergo in quadam spe
lunca toto illo tempore filium esse fecit. Quo finito/ iussit
rex vt omniū rerum genera ante eū adducerētur. vt oim
nomina et notitiaꝫ habere posset. Adductis ergo ante eū
auro/ argento/ lapidibus preciosis/ vestimētis preciosis/

et equis/mulieribus ꝛ aliis omnibus/puer de quolibet
per se quid esset querebat. et ministri sibi omnia ꝑ sua no-
mina indicabant. Quū autem nomē mulierū anxie que-
reret discere: spatari⁹ regis ludēdo dixit. Demones sunt
qui seducunt homines. Rege ergo querente a filio quid
sibi de oībus amplius placuisset: ait: Demones qui sedu-
cunt homines mihi super omnia placuerunt. in nullo eñ
vt ħs anxia facta est anima mea. ¶ Legitur etiā in legen-
da beati Andree ꝙ diabolus se transformauit in speciem
cuiusdam pulcherrime mulieris ad decipiendum quēdā
sanctum episcopū deuotum beato Andree. quam quum
episcopus ad prandiū inuitasset: episcopus et illa ex op-
posito consederunt. intendebat autē in eam crebro epus:
eiusq; faciem non desinebat intueri et pulchritudinē ad-
mirari. Sicq; dū oculus figitur: animus sauciatur. xxxii.
q. v. nec solo. Et dum eius faciem nō desinit intueri: et pul-
chritudinem admirari: antiquus hostis cor eius graui ia-
culo vulnerauit. quem tamen demonē transfiguratū bea-
tus Andreas in forma peregrini ad ostium episcopi ve-
niens effugauit. ¶ Legitur etiam in legenda almi Fran-
cisci ꝙ ipse mulierū familiaritates colloquia ꝛ aspectus/
que multis occasio sunt ruine/solicitius euitari iubebat:
asserens per huiusmodi debilem frangi/et fortē sepe spiri-
tu infirmari. Harum contagionem euadere conuersantē
cum eis tam facile dixit ꝙ iuxta scripturā in igne ambula-
re: ꝛ nō comburere plātas. Esa. xliii. Quū ambulaueris
per ignem non combureris. Siquidem ipse adeo auerte-
rat oculos suos ne huiusmodi vanitatē viderēt. ps. cxviii.
Auerte oculos meos ne vid. vani. Quod sicut aliquādo
socio dixit/quasi nullam recognoscebat in facie. nō enim
securum esse putabat earum formarū introrsus haurire
imagines. q̄ possunt aut edomite carnis resuscitare igni-
culū: aut pudice mentis maculare nitorem. Asserebat etiā
friuolum mulieris esse colloquium: excepta sola cōfessiōe
vel instructiōe leuissima. xviii. q. ii. in decima. i fi. iuxta qđ
et saluti expedit ꝛ cōgruit honestati. Que sunt inquit re-
ligioso cum muliere tractāda negotia: nisi quum sanctā
penitentiam vel melioris vite consiliū religiosa petitiōe
deposcit. Utinam nunq̄ hodie cōmuniter fratres confes-
siones mulierū etiā religiosarum audirēt: nec tali audiē-
di confessiones priuilegio vterentur. q: quod ꝓuisum est
ad salutem confitentium: tendit ad notam confessiones
mulierū audientiū. xlv. dis. sed illud. Ex nimia securitate
minus cauetur hostis. Diabolus si de suo capillum habe-
re potest in homie: cito excrescere facit in trabē. Hac etiā
ratione precepit in sua regula ꝙ fratres non haberent su-
specta consortia vel consilia mulierum. ¶ Sanctus etiā
Lodoicus episcopus tolosanus frater minor filius regis
Sicilie dñi Caroli quum semel aliunde veniens Neapo-
lim accessisset: regina mater eius occurrēs amplexata est
eum. et more gallicorum et prouincialiū voluit eum oscu-
lari. sed pudicus iuuenis faciē suā ab ea auertit: ne oscu-
laretur eum. Cui quum mater diceret. Numquid nō ego
mater vestra sum: et osculari possum? Respondit virgina-
lis et tantus iuuenis. Mater quidem estis: et femina. qđ
verbum de corde mundissimo emanauit. Dicebat etiam
frater Jacob⁹ benedicti Tuderti frater minor perfect⁹.
Ego tñ curarem si viderem pulchram faciem mulieris:
quātum si viderem caput asini sed iste modus nō est tu-
tus neq; pro omnibus. ¶ Quando sanctus Franciscus
cum femina loquebatur: sonora vt ab omnib⁹ posset au-
diri voce dicēda promebat. Interrogatus a socio cur nō
respexerit quamdam virginem visitantem et corporaliter
ipsum reficientē: rñdit: Quis nō dz timere sponsam chri-
sti? ꝙ si oculis pudicis. ar. xxxii. q. v. nec solo. predicatur: et
facie ipsa me viderit: non ego illam. Ordinauit etiā bea-
tus Franciscus propter honestatem et deuotionem loci
sancte Marie de angelis/ꝙ nulla mulier deberet intra-
re claustrū illud. ¶ Legit de sctō Rogerio ꝓuinciali fra-
tre minore summe cōtēplatiuo/ꝙ quū quadā die iret cum
socio suo: obuiauit cuidam domine: quam pluries ipse vi-
sitauerat in domo sua: et cum qua pluries locut⁹ in porta
eccl'ie fuerat. Quum igitur eā obuiantem salutasset: ꝛ sic
transisset: interrogauit socium an illa erat talis dña. cui
dixit socius ꝙ sic. et adiecit socius. Numquid vos nō con-
gnoscitis eam? non (inquit) quia nūq̄ vidi eam in facie.
etiam matrē meā postquā fui frater minor. Tūc soci⁹ qui
sciebat eū valde securū: dixit ei. Quū sciatis vos in facto
mulierꝫ securū sic esse: vnde est ꝙ tātū timeatis eas aspice-
re? Et ipse respōdit. Frater (inqt.) in potestate hois est vi-
tare occasiones peccādi. et iō q̄diu homo facit qđ in se est
et dñs facit quod in se est: tuendo hoīem a pctō. Impossi-
bile est eñ ꝙ vnq̄ dñs deserat mentem quā possidet: nisi
homo habeat culpam dum nō vitat omnē occasionē pec-
candi. Ex quo tu exponis te periculo per occasionē quam
potes vitare: maxime in tali tentatione ad quam multū
declinat homo ex corruptione nature: cōfidens de virib⁹
tuis: iam tunc dñs non tenetur te defendere: sed pōt sine
omni iniustitia tuis viribus in q̄bus ꝯfidisti te dimittere.
Et ideo vulgariter dicit/ Qui se custodit de⁹ eū custodit.
ii. Parali. xv. Dñs vobiscum: q: fuistis cū eo. si quesieritis
eum: inuenietis. si autem dereliqueritis eū: derelinquet
vos. Et propterea (inquit.) et mens que deum diligit: ita
tarde declinaret scienter ad venialissimum peccatū sicut
ad mortalissimū. Item Hugo de sctō victore in libro de
claustro ait. Mulieris vox blanditur auribus: ꝛ facies
oculis. Isaac de Syria ait. Quādo hō accedit ad deum:
fedus init cum eo non videre faciem mulieris. Job. xxxi.
nec aspicere formosorū aspectus. Nam et quidam de reli-
giosis certatoribus videns quemdā fratrē imberbem si-
milem mulieribus: reputauit hoc nociuū menti atq; dā-
nosum in pugna sua. Unde nō acceptauit vt intraret cel-
lam eius vt salutaret eum. Decreuit eñ prudenter ille se-
nex. q: si cogitauero tñ hac nocte ꝙ hic sit talis: fiet mihi
iactura non parua. Et quum discipulus eius ei diceret.
Nūquid ꝛ tu pater talia times? Rñdit. Ego quidem fili
non timeo. veruntamen nolo mihi inducere pugnam in
vanum. Nā taliū recordatio infructuosam facit mēti tur-
bationem. Ad vnūquodq; membrū corporis hz pugnam
homo. ꝛ debet custodire seipsum: ꝛ diminuere pugnā in
ipsis. q̄q̄ homo sibi faciat violētiā ad bonū. ꝓdicatur tñ
semp. Uidendo atq; cōcupiscendo quecūq; ferunt nobis
confusionem in recordatione sui: expedit nos timere: nec
conculcare. Itē conscientia maius est oībus: vt causas pu-
gne prolongemus a nobis: q̄q̄ et hoc corpus angustiā
patiatur. q: timēdum est quum venerit occasio: ne ruinā
quis incurrat. ex de eo qui cogno. consan. vxo. sue. veniēs
Idem. Qui occasionem peccati non tollit: inuitus trahit
ad peccatū. quia quū rerum opportunitates accipimus:
nosipsos nō possumus cōtinere. Idem. Sepe multis san-
ctorū inimicus illudit phantasmatibus pulchritudinem
mulierū. Multoties autem ꝛ ad illos qui sunt in mundo
vel appropinquāt mūdo q̄si vno miliario vel duobus vel
vnius diete spatio/ipsas mulieres cōuertit adducā. Distā-
tibus vero a mundo quibus hoc nequit facere: in phātas-
matibus ostēdit earū pulchritudinē. quandoq; in ornatu
vestiū in impudico aspectu: aliquoties in specie nude mu-
lieris superauit eos. Idem in eodem. Non appropies cor-
pori alicuius preter necessitatis causam. nec corpori tuo
permittas aliquā appropiquare: nisi (vt dixi) ex causa ra-
tionabili. Compulsus loqui cum muliere verte faciē tuā
a visione: et sic cum ea loquere. A monialib⁹ fuge sicut ab
igne et laqueo diaboli. Obuiationem earū et collocutio-
nem fuge: ne colorent cor tuū sordibus vitiorū. Quāuis
sint sorores tue sm carnem. lxxxi. dis. legitur. sicut ab extra-
neis te custodi. A fiducia iuuenum et locutione sicut ami-
citias diaboli fuge. Melius est tibi habitare cū dracone
mortifero: q̄ cū muliere comedere. q̄uis sit mater vel so-
ror tua. Meli⁹ est habitare cū dracone: q̄ dormire cū ali-
quo: et cooperiri cum eo. q̄uis sit tibi frater sm carnem.

In vitis patrũ. Qui cum puero fatue loquitur: iam cũ eo mechatur. In vitis patrũ. Quum quidã frater iuisset ad quãdam sororem suã que erat in monasterio: ꝙ vellet eam visitare. r̃ndit illa sanctimonialis. Sufficiat tibi frater ꝙ videamus nos in alia vita. Item ibi. Monachus occurrit ancillis dei in itinere quodã. quibus visis diuertit extra viam. cui dixit abbatissa. si tu perfect[us] monachus esses: nõ respexisses nos vt agnosceres: q: femine eram[us].

Item ibi. Beata Syncletica dixit. Nos qui religioni nos submisimus: castitatem summa debemus diligẽtia custodire. nam plures seculares videntur castitatez seruare: sed adest eis stultitia: dum per alios omnes sensus peccant. nam et aspiciunt indecenter: et rident inordinate: audiũt turpia et loquuntur: ⁊ cogitant feda. Castus autem sensibus mortuus est.

Otium fornicationis occasio.

¶ Alia occasio fornicationis in religiosis est otium et negligentia: cui multũ vacant. Pro nihilo habent tẽpus perdere in vanis locutionibus et vagationibus et nimio somno multi ex eis. et ppter hoc cadunt in illud peccatũ. Ezechi. xvi. Hec fuit iniquitas Sodome sororis tue / supbia / saturitas panis / ⁊ abundantia / et otiũ ipsius. Ad hoc facit qḋ legitur et no. ex̃ de renun. nisi cum pridem. §. verum. in glos. Iuxta illud Ouidij de remed.

Otia si tollas: periere cupidinis arcus.

Queritur / Egistus quare sit factus adulter:

In promptu causa est. desidiosus erat.

Ad idem qḋ legitur ⁊ no. de cõse. dist. v. nunꝙ. in glos. vlti. Vñ et ibi dicit Hierony. Ama scientiã scripturarũ: ⁊ carnis vitia nõ amabis. Aqua que nõ mouetur: generat vermes. ⁊ otium tentationes carnales. Plures fornicatores inueniũtur in ciuitatibus. q: ibi magis vacatur otio: ꝙ̃ in castris vel villis. q: ibi laborant hoies. Qui confessiones audiunt sciunt hoc. Somnus autem nimius inimicus et emulus castitatis est. vnde et ibi plerũq3 contingunt religiosis pollutiones nocturne. de qbus. vi. dist. testamẽtũ.

Arrogantia.

¶ Alia occasio luxurie in religiosis maxime est arrogantia ⁊ elatio ⁊ superbia. Vere enim hodie cõiter incõparabiliter arrogãtiores sunt secularibus. Prouer. xvi. Contritionem precedit superbia: ⁊ ante ruinam scz fornicatiõis exaltatur spũs. Et iteruz Prouer. xvi. per alia verba. ⁊ est alia translatio. Immundus est apud deuz ois qui exaltat cor suũ. de peni. distin. ij. si em̃. vltra mediũ. ver. nonne tibi videtur. Unde Climacus in gradu. xv. de castitate ait. Lapsus corporis ex elatiõe alta sapere est sepe. Humiliat em̃ deus cor altum per lapsum carnis. Unde in vitis patrum legitur de quodã eremita: qui quum polleret virtutibus: cepit intra se inaniter gloriari. ad quez nocte venit diabolus in specie mulieris. ⁊ tetigit membra eremite singulatim. et quum latus inclinaret vt cõmisceretur cũ ea: euanuit diabolus: et ipse fedatus remansit. ⁊ diabolus cum multitudine demonũ deridens eum exclamauit. O monache qui te vsq3 ad celos extollebas: quomodo demersus es in infernum disce. Qui se exaltat humiliabit̃. Luce xiiij. et. xviij. Mat. xxiij. Ille vero se desperãs omni se immunditie mancipauit. Item quum vna virgo sanctimonialis clara semel dixisset ꝙ nollet ꝙ esset Magdalena: quasi maius premiũ expectaret ꝙ̃ illa que fuit famosa meretrix. Luce. vij. i. q. vij. siquis cõmunem. illa nocte in fornicationẽ cecidit. Vñ Ioã. cassi. in coll. Theremõis de castitate sic ait. Quantũ em̃ qs in leuitate ⁊ patiẽtia cordis: tantum in corporis puritate proficiet. quãtoq3 longi[us] ppulerit iracũdie passionem: tanto tenacius castitatez seruabit. q: beati mites: qm̃ ipsi possidebũt terrã. Matth. v. scz corpa sua. ne scz germinet eis spinas ⁊ tribulos. carnalium scilicet tentationum ⁊ cogitationuz. Gen. iij. Nulla res sic castitatẽ conseruat: sicut timere / ⁊ humile sapere.

¶ Alia occasio luxurie in religiosis est / q: recipiũt ephebos ⁊ ipuberes ⁊ pueros ad religionẽ ⁊ pmittũt eos adinuicem cõuersari: ⁊ cũ alijs fratribus indistincte. et qua familiaritate ⁊ receptione multa in ordinibus sunt flagitia subsecuta. ⁊ multa scãdala suscitata: ⁊ multa infamia etiã apud seculares exorta: ⁊ multa apostasia prouenit. q: pauci postꝙ̃ incarcerantur pro tali flagitio: remanent in ordine confusi rubore. Et q: tales in ordine communiter non promouentur: nec ordo de eis confidit: cõsternantur mente ⁊ non contentantur de ordine. ⁊ ex hoc dant in cõmotionem pedes suos. Non em̃ tales dolẽt q: deum ⁊ ordinem offenderunt: sed q: hic suam gloriam perdiderũt. ⁊ ideo raro contriti sunt: nec penitẽtiã dignã agunt. sicut expertus fui sepe in fratribus cadentibus in ordine quũ eos ad penitẽtiam confortarem. Ad hoc de pe. di. i. qs aliquando. post. c. mensurã. Unde Io. cass. in. ij. li. de canonico orationum modo ait. Summa namq3 obseruantia custoditur ne quisꝙ̃ cũ alio ac precipue iuniores vel ad punctum temporis pariter substitisse aut vspiaz recessisse vel manus suas inui. cem tenuisse deprehendantur. Dantur etiam in ordine minorũ sub specie cõmunitatis tante carnium ⁊ falernoruz portiones puberibus sicut ⁊ senibus. Plures ex religiosis senes ⁊ iuuenes plus comedunt de carnibus in religione: ꝙ̃ in seculo comedissent. ⁊ plus bibunt de vino: ꝙ̃ bib[i]ssent in mundo. ⁊ ideo cõmuniter sunt carnales. q: quod natũ / supple ⁊ nutritũ / est ex carne caro est. Io. iij. Qui christi sunt: crucifigũt se in carne. Nõ saturant se carne. Gala. v. Scḋm carnem viuẽtes moriũtur. Ro. viij Unde merito contra tales dispensatores dicitur verbum Hiero. Quid ardenti corpusculo ignẽ carnis / ⁊ per consequẽs libidinis adijcimus? De periculo familiaritatis iuuenũ. s. prime dixi.

¶ Alia occasio immũditie in religiosis est couersatio cum sanctimonialibus. Habent em̃ in monasterijs deuotas suas: cum quibus se ⁊ sepius longe ⁊ longius absq3 arbitris colloquũtur extorta potius a prelatis licentia ꝙ̃ obtenta. ibi risus incõditi. ibi reciproci oculi. ibi verba scurrilia ⁊ vana ⁊ carnalia. ibi tactus venerei. ibi corda igne estuantia. ibi omnes fenestre aperte ad mortez q̃ ibi fiunt. Hiere. ix. Alia inhonestũ est scribere: sz scelestissimũ ẽ facere. ppter huiusmodi multi incarcerati sunt. multi abierunt retrorsum. Mittuntur ibi ad predicandũ ex parte prelatorũ: sz ipsi tales potius vadunt ad sic fornicandũ. In cõmuni ibi p̃dicant sed in speciali ⁊ cum speciali se ⁊ ordinẽ vituperãt. Quod in cõmuni edificat talis p̃dicatori speciali destruit. Munuscula sibi dant ⁊ mittunt. ⁊ ignem succendunt. Quicquid misera talis impudica religiosa ⁊ die ac nocte laborauit: totũ corruptori suo erogauit. Dicit se talis eleemosynã fratri dedisse. ego dicam eã immũditie pabulũ prestitisse. Vix aliqua sanctimonialium sine deuoto carnali stat. vnde ⁊ primã fidem irritã facit christo. xxvij. q. i. de vero. Talẽ deuotionem ego appello corruptionem. Cõtra tales deuotiones frequẽter in monasterijs p̃dicaui. ⁊ eorũ ⁊ earũ odiũ incurri. Sciunt hoc abbatisse ⁊ earũ prelati. ⁊ murmurant: sed nõ corrigunt. q: indignationẽ eoz et earũ timẽt. immo (qḋ est nefandius) specialẽ licentiaz habẽt ab earũ qbusdã plat[is] ppter ruffianio earũ de hmõi deuotionibus. ⁊ q̃dã earũ nõ verecundant̃ inter alias. et derelictã se tenẽt que talẽ suũ deuotũ immo corruptorez non hz. Sciunt hoc seculares ⁊ eorũ parentes. ⁊ murmurãt ⁊ scandalizãtur ⁊ conqueruntur platis. ⁊ parũ proficit. q: ignis carnalis vsq3 ad consumptionẽ deuorãs. Iob xxi. accensus est: ⁊ non põt extingui: quousq3 veniat ignis qui deuorat tales qui in tanto ⁊ tã nefando ardent igne. ps. xx. Pones eos vt clibanũ ignis. q: in ordinibus maxime mendicantium multi prelati qui deberent alios corrigere / sunt alijs subditis cum deuotionibus eorum mortis occasio ⁊ exemplum. xi. q. iij. precipue. ⁊ ex̃ de vo. ⁊ vo. re. magne. Et adde hic quod no. s. c. §. feminaruz. ar. lxvij. in ar. xlvi.

¶ Totum quod dictum est de ista pestifera deuotione quam habent religiosi cum sanctimonialibus: est cõtra mẽtẽ ⁊ verba canonum. xxvij. q. i. c. i. ibi. Quãto magis vidue q̃ dei religiositatẽ mutauerũt / crimine adulterij notabunt̃. si deuotionẽ quã spõte nõ coacte deo obtulerunt / libidinosa voluptate corruperint ⁊c̃. et in fi. ca.

Habentes dannationem:q꞉ primam fidem irritam fece/
rũt.τ.c.viduas.in fi.ibi.Quia nõ solũ qui faciũt: sed etiã
qui consentiunt facientibus/rei iudicandi sunt.τ.c.nec ali/
qua.in princi.ibi. Etsi incorrupta inuenta fuerit virgo ea
parte qua mulier põt esse:poterit tñ ex alia parte idest aia
que est pars corporis.sm Hug.corporis:peccasse:que cor
rumpi potest/et tamen inspici non põt.xxxij.q.v. magis ti
meamus.τ.c.seq.Certe ipse cõcubitus non carne:sed cõ/
placentia τ volũtate/ipse complexus/ipsa cõfabulatio/τ
osculatio.et.j.Quantũ dedecoris et criminis cõfitentur.
et.j.Christus dñs et iudex noster quũ virginem suã dica/
tam sibi et sanctitati sue destinataz iacere cũ altero cernit
q̃.i. quãtũ indignatur ei et irascit᷑.τc. et.j.Aut si cũ eisdẽ
in vna domo et sub eodẽ tecto τc. et. c. nuptiarũ bonum.
ibi.Etiã si nõ nubat:nubere velle damnabile est.τ ibi. Ha
bentes quidem dãnationem:qm̃ primam fidẽ irritam fe/
cerunt:etsi non nubendo/tamẽ volẽdo. τ ibi. Dannatur
propositi fraus.dannatur fracta fides voti.τ.j.Et volũ/
tas que a proposito cecidit appareat esse damnãda. xviij.
q.ij.peruenit.vbi prohibẽtur mulieres ad monasteria ac/
cedere:τ monachos cõmatres facere.τ.§.non solum. cuz
c.seq.vbi prohibet᷑ q̃ non habitẽt in vno monasterio mo/
nachi τ monache.adulterium enim intercipit cohabita
tio si habeat aditum monachus ad monacham vel mona
cha ad monachũ secreto singulariter ad collocutionem.
Non cubet monachus in mulierũ monasterio: nec cũ mo
nacha singulariter conuiuetur.τ.j.Porro si contigerit et
aliquã propinquam suaz videre voluerit monachus; in
presentia abbatisse huic cõfabuletur permodica et com/
pendiosa verba:τ in breui ab ea discedat.τ.c.in nullo.τ.c.
monasteria.τ.c.in decima.ibi.Ea tñ circa monachos cau/
tela seruata:vt remoti ab earuz familiaritate nec vsq; ad
vestibulum habeant accedendi familiare pmissum.Sed
neq; abbatem vel eum qui preficitur extra eaz que preest
loqui virginibus christi aliquid qđ ad earuz instructionẽ
vel administrationẽ pertinet licebit.nec cum ea sola que
preest frequẽter eos loqui oportet:sz sub testimonio dua/
rum vel trium sororũ.ita vt rara sit accessio et breuis om/
nino locutio.De prohibita τ periculosa familiaritate mu
lierũ.di. xxxij.hospitiolũ.τ.c.presbyter.xxxiiij.dis. c.j. lxxxj.
dist.clericus.τ.c.nolumus.cũ omnibus.c.vsq; ad fi. distin
ctionis.ex̃ de cohabi.cleri.τ mu.c.j.τ.ij.τ de vi.τ hone.cle.
monasteria.De corruptione mentis sine corruptione cor/
poris.xxxij.q.v.magis.τ.c.sicut.cum.c.seq.vsq; ad.§. q̃uis.

circũstã/tie grauiora fa/ciẽtes religiosoꝝ scelera.

¶ Multa autem sunt que aggrauant peccatum immũ/
ditie in religiosis/maxime in sacris ordinibus cõstitutis.
Primum est voti fractio.q꞉ castitatez promisit religiosus
in professione.xxvij.dist.diaconus.et ordinis susceptione.
quã aufert deo quum fornicatur.que res irrecompẽsabi/
lis est.quia ois ponderatio non est digna aie continentis
Eccli. xxvj. legit᷑ et no.ex̃ de sta.mona. cũ ad monasteriũ.
§.fi. Est etiam furtũ.q꞉ contrectat rem alienã scz seipsuz
qui se deo totaliter dedit:inuito dño.ex̃ de elec.dudum.ij.
§.predictis. Committit etiã sacrilegiũ de se. q꞉ res obla
ta deo est ipse.xxiij.q iiij.quid ergo.xxvij.q.j.sciendũ. Itẽ
scandalum τ derisio populi.ex̃ de pur.ca.c.ij.ij q.j.p̃sbyter
τ.c.si mala. Itẽ quãto sapiẽtior/tãto magis peccat.xxxvij
di.§.fi.Et Grego.Ubi maius donũ scientie: transgressor
maiori subiacet pene. Item q꞉ est de familia dñi ad eius
expensas τ vestes.xij.q.j.clericus.xxj.di. cleros.in prin. ps.
liiij.Si inimicus me᷑ maledixisset mihi τc. fact. xciij. dis.
si inimicus. Item q꞉ decipiunt populũ de cuius eleemo
synis viuunt:τ pro quibus tenẽtur orare.sed quõ orabũt
in scelere dño displicẽtes? Ad hoc.j q.j.ipsi sacerdotes.iij.
q.j.nulli.iij.q.vij.in grauibus. Et Bern. Ue qui ambulãt
in carne.et placere non pñt:τ placare deũ velle p̃sumunt.
Roma.viij.Et q꞉ si presbyteri sunt:adhuc offendunt am/
pli᷑.xlix.dis.sacerdotes.j.q.j.sacerdotes.vñ Amb.Qui in/
digne christũ sumit.idẽ ẽ ac si iterficiat.Et sup illõ Heb.x.
Filium dei conculcauerit.Augu.Conculcat christum qui
libere peccat et absq; timore:et qui eo indigne participat.
Item quia minister dei est qui debet esse mundior. ps̃.c.
Ambulãs i via imaculata h mihi ministrabat. Et.j.Reg.
ij.dicitur de Samuele q̃ puer Samuel ministrabat domi
no accinctus ephot lineo.i.munditia castitatis. Augusti.
Melius est spũalia penit᷑ omitti: q̃ indigne tractari vel
tangi. In ecclesiasticis beneficijs dñs non frequentiã mi/
nistroꝝ/sed deuotionem probat animoꝝ.ex̃ de cle.et qua;
cum sit.in fi.xciij.dis.talea. Item q꞉ angeli vocitur.Ma
lachi.ij.xliij.dist.sit rector. Immo maiorem dignitatẽ hñt
presbyteri q̃ angeli:qui non possunt christi corpus confi/
cere:nec habent ordinem talem. Nec angelis dr/Quoꝝ
remiseritis peccata τc. Joan.vlti.Mat.xviij. de peni.dis.
j.quẽ penitet. Item q꞉ vt deus noster in terra.ps.lxxxj.τ
Joan.x.Ego dixi dij estis.τ Mat.xvj.ibi. Uos aũt quem
me esse dicitis? dicit interlinearis glos.Uos ab illis discre/
ti non hoies sed dij.Unde in Exo.xxij.c.τ ex̃ de hereti. cuz
ex iniuncto. Dijs non detrahes. glos. i. sacerdotibus . Et
quale est hoc? q꞉ ille amat vt porcus qui est vt deus. Itẽ
quia filius dei est singularius q̃ alij christiani. Narrat au
tem Moyses causam diluuij Gen.vj.xxv.q.j.cum igitur
et ibi notatũ habes.s.parte prima. ar. xxxvj.litera.f. M
filij dei.i.de genere Seth qui successit Abel/filias homi/
num qui descenderũt de Cayn acceperunt.Quantum er
go credendum est deo displicere:q̃ filij dei peculiares scz
religiosi cum filiabus hominũ fornicãtur? Item q꞉ cetus
religiosoꝝ nobilior pars est sponse christi. scz ecclesie. vñ
per faciem intelligitur Can.ij.Ostende mihi faciem tuã.
Et ideo sponso maxime displicet macula in facie sponse.
Unde iudei in faciem christi spuerunt:vt contumelia ma
ior esset.Mat. xxiij. Job.xxx.Esa.l. Sic christo magnã cõ
tumeliam faciunt:qui faciem sponse/p qua abluenda fa/
ciem suam sputis iudeoꝝ opposuit/maculant in se vel in
alijs. Item cõmittit apostasiam. quia rumpit pmissam
castitatez.de quo Prouer.vj. Homo apostata vir inutilis
quia quicquid facit in claustro remanendo in immũditia
nõ valet ei ad meritum vite eterne.Quantũ placeat dia/
bolo hoc peccatum in religiosis/ptz per exemplum quod
supra dixi de sathana coronante alium demonem qui mo
nachum instigauerat fornicari.ibi.idem narrat.cum ver.
prece. ¶ Hoc etiam peccatum in sanctimonialib᷑ non so
lum est fornicatio et religiosis:sed etiam adulteriuz τ in/
cestus et stuprum cõtra naturã peccatum et sacrilegium.
Adulterium quidem:quũ ibi fit accessio ad sponsam chri
sti.Unde beata Agnes dixit. Ipsi suz desposata cui ange/
li seruiũt τc.Et si seruanda est pactio hoibus: quãto ma/
gis deo.xxvij.q.j.viduas.τ.c.nec aliqua.ibi.Si supueniẽs
maritus sponsam suam iacentem cũ altero videat:nonne
indignat᷑ et fremit:et per zeli dolorẽ portat gladiũ in ma/
nu sua? Et christ᷑ dñs et iudex noster quũ virginẽ suã di/
catam sibi τ sanctitati sue destinatam iacere cũ altero cer
nit:q̃ indignat᷑ et irascitur? τc.et.j.ibi.Que christi adulte
ra est.τ.c.siqs episcop᷑.ibi.Quia spõsam christi corrupit
et.c.hec vero.ibi.Nã si inter hoies solet bone fidei contra
ctus nulla rõne dissolui:quãto magis ista pollicitatio quã
cum deo pepigit/solui sine vindicta non dx? et.c.que chri/
sto spũaliter nubunt τc.et ibi.Que ante se immortali spõso
coniunxerat.τ.c.siqua monacharũ.ibi.ad lapsum adulte
rij deducta fuerit.τ.c.nuptiarũ.ibi.Ne ipse christ᷑ (qđ sen
tire nefas est) adulteriũ faciat:cui viuẽte marito nubit.τ
ibi.Quũ christus eis videat᷑ quasi scđs marit᷑.τ ibi.Sed
plane non dubitauerim dicere lapsus τ ruinas a castitate
sanctiori q̃ vouetur deo/adulterijs esse peiores. In tali
etiã adulterio ẽ pditio.sicut dicebat sctũs Joseph de vxo
re dñi sui tentãte eũ ad pctm̃. Gen.xxxix.Quõ possuz face
re hoc malũ? Ita etiã est dilecta ista spõsa deo: q̃ incluse
cã zelans eã.ex̃ de sta.regu.periculoso. lib. vj. Tñ ad hoc
adulterium põt reduci. Prouerbi.vj. Zelus et furor non

parcet in die vindicte. Committitur etiam cũ talibus incestus. q: cũ sponsa patris nr̃i que est nobis affinis. xxvij. q. j. virginib⁹ sacris. ibi. Incestu. xxxv. q. iij. de incestis. c. nec eam. ⁊ xxxvi. q. j. §. cũ ergo. Christi incestus est consanguineorum vel affinium abusus: ⁊ etiã sanctimonialiũ. q̃ incest⁹ maior est adulterio. xxxvij. q. vij. adulterij. Ad hoc potest etiam referri. j. ad Cor. v. Auditur inter vos fornicatio. ⁊ talis fornicatio ⁊c. Et geñ. penult. Ruben effusus est ⁊c. Committitur etiã cum talibus stuprũ quod cõmittitur cum virgine. vt p̃. §. cũ ergo. ⁊ legit̃ ⁊ no. ex̃ de adul. c. ij. in glo. stuprum. Est etiam peccatũ cõtra naturã. q̃a peccant cum religiosis que mundo mortue sunt. xvi. q. j. placuit. Est etiam peccatum sacrilegij. quia religiosi ⁊ religiose sunt templa dño consecrata. xvij. q. j. sciendũ. xvij. q. iiij. §. sacrilegiũ. xij. q. ij. c. iij. Quod prohibitum est in genere de familiaritate mulierum. in. iiij. occasionibus seq. prohibet̃ in specie. Dicebat frater Egidius laicus socius beati Frãcisci. Caro nostra est sicut porcus: qui auidius currit in lutum ⁊ delectatur in luto esse. ij. Pe. ij. Sus lota in volutabro luti. de pe. di. ij. sunt qui dicũt. Caro est sicut crabro qui sup stercus se voluere delectat̃. Johe. ij. Cõputruerũt iumenta in stercore suo. G. reg. Jumẽta in stercore putrescere ẽ hoies carnales in carnevitã finire. Caro est pugil diaboli. Esa. liiij. Ego creaui fabrũ. i. diabolũ sufflantẽ in igne. i. carnes prunas scz tentationes. ¶ Dixit frater quidam patri Egidio. Quomodo possum⁹ vincere vitia carnis? Rñdit ei. Qui vult transferre saxa magna et magnas trabes: studet ea transferre ingenio magis q̃ viribus. et in hoc facto est similiter procedendum. Omne vitium ledit castitatem. Est enim sicut speculum clarũ: quod per halitum solum obscurat̃. Impossibile est hoiem venire in gratiã dei: dum in carnalibus delectatur q: ſm Paulũ. Qui in carne ambulant: deo placere non possunt. Rom. viij. Volue igit̃ et reuolue desuper et desubter hinc et inde. et non est aliud nisi pugnare contra carnem: que vult te tradere nocte ⁊ die. quã qui vincit: oẽs inimicos suos vincit: ⁊ venit in omne bonum. Ad Rom. vij. Quis me liberabit de corpore mortis huius. xxxij. q. v. ꝯ paulus. Dicebat autẽ: Ego inter oẽs virtutes preligerẽ castitatẽ sctãm? Dixit ei frater. Nõne maior virt⁹ est charitas. j. Cor. xiij. Rñdit Egidius. Et quid est castius charitate? Et frequẽter canẽdo dicebat. O sctã castitas: qualis es: qlis es? Tu es talis et tanta qual ẽt quantam ⁊c fatui non cognoscunt: ⁊ sine qua nemo videbit deũ. Hebre. ij. Que autem sit differentia inter virginitatẽ / pudicitiã / ⁊ castitatem. no. xxxij. q. v. in summa. ¶ Est etiam religiosis ⁊ alijs alia occasio fornicandi: scz aspectus mulierum. Unde Geneb. iij. Vidit mulier q̃ bonum esset lignum ad vescendum: et pulchrum oculis. aspectuq̃ delectabile ⁊c. vbi Gregor. et dixi. ẽ. Non debemus intueri quod non licet cõcupisci. Geneb. xxxiiij. Quum vidisset Dinam ⁊c. et Geñ. xxxix. Injecit dña oculos in Joseph. et. ij. Reg. xj. Vidit Dauid Bersabee ⁊c. Et de Judith legit̃ Judith. x. Statim captus est in suis oculis Holofernes. Eccli. xvj. dicitur de muliere. Laqueus est venatorũ. Et Prouerbi. xxiij. Fouea p̃funda meretrix. Eccli. ix. Ne respicias mulierem multiuolam. Et ibidem. ⁊ Job. xxxj. Virginem nõ conspicias ne forte scandalizeris in decore illi⁹. Et ibidẽ Eccli. ix. Auerte faciem tuã a muliere compta. ⁊ ne circũspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt. et ibi. Speciem mulieris aliene multi admirati reprobi facti sunt. Threñ. iij. Oculus meus depredatus est animam meam ⁊c. ¶ Plures differentias rerum ostendit visus q̃ ceteri sensus. vide quod legitur et not. de conse. distinc. iiij. venisti. in glo. j. quod audieris. ⁊. ij. q. ix. testes. in glo. i. aliquo. Unde ministrat materiã tentationis et quantũ ad concupiscentiam carnis / et quantum ad concupiscentiam oculorum / et quantum ad superbiam vite. que tria regnant in hoc mundo. j. Jo. ij. Unde philosophus. Totius hominis est libertas oculos perdidisse. Unde super illud Mat. vij. Quid vides festucam ⁊c. glo. Oculus qui post culpam in paradiso est reseratus: mores videt: non vnde proficiat / sed vnde in deterius cadat. Job. xxxj. in princi. Pepigi fedus cum oculis meis: ne cogitarem quidem de virgine. Vñ G. reg. Ne minus caute respiceret: quod post inuitus amaret. lingua aliquoties cessat loqui: sed oculi non cessant respicere. ij. Pet. ij. Oculos plenos habentes adulterio. Quod proprie locum habet in religiosis loquentibus cum suis deuotis sanctimonialibus non christi. Et nihil oculo nequius. Eccli. xxxj. Unde et leguntur quidã philosophi sibi oculos eruisse. Et Aug. de fide christiana. ⁊ est. xxxij. q. v. nec solo. Nec solo affectu ⁊ tactu: sed aspectu quoq̃ appetit ⁊ appetitur concupiscẽtia feminarum. Nec dicatis vos animos habere pudicos: si habeatis oculos impudicos. quia impudicus oculus impudici cordis est nũtius. et quum se sibi inuicem etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nuntiantur impudica: et ſm cõcupiscentiã carnis alterutro delectantur ardore: etiã intactis ab immunda violatione corporibus: fugit castitas ipsa de moribus. Ad idem. e. q. c. sicut. ⁊ c. qui viderit. ¶ Alia occasio fornicationis religiosis ⁊ alijs est colloquium mulierum. et eo q̃ verba earum rete sunt. Prouerb. vij. loquit̃ de muliere. Irretiuit eum multis sermonibus. Et colloquium earum ignis est. Eccli. ix. Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. ⁊ gladio cõparat̃. Prouer. v. ibi. Labia meretricis. ⁊. j. ⁊ acuta quasi gladius biceps. Cantus etiam earũ et chorizare cum eis periculosum est et incitamentum libidinis. Eccli. ix. Cũ saltatrice ne sis assiduus. xxij. q. iiij. vnusquisq̃. Eccle. ij. Feci mihi cantores et cantatrices. Ubi dicit magister Hugo de sancto victore. O infelix: nũquid his delectationibus queres sapientiam quam querere proposuisti? Existe videbaris a vanitate: quomodo cantico reuersus es: nisi quia in circuitu cum impijs ambulasti: et in voluptate tua semita tua et captiuus factus es vanitatis. Esa. xiij. Respondebũt ibi vlule. vbi dicit glos. Ulule sũt magnitudinis coruine: que rostro in palude fixo horrende strident. Tales sunt mulieres que in choreis clamorem horrendum emittũt: dum cantica ad immundiciam incitandam canũt. Quicquid in choreis fit: totum ad immundiciam irritat. Nam et tactus manuum reciprocus / et oculorum aspectus / ⁊ auditus immundus / ⁊ odor carnalis / et saltus petulcus laquei mortis sunt. ⁊ de talibus oritur idololatria. Exodi. xxxij. Sedit popul⁹ manducare et ibi. Surrexerunt ludere. i. chorizare. ⁊ ibi. Vitulum adorauerunt. Unde et dicitur ibi. Vocem cantantium ego audio. ⁊ sequitur. Et vidit vitulum et choros. ⁊ ibi. Corrumpũtur etiã boni mores per colloquia praua. j. ad Corinth. xv. ¶ Alia occasio immundicie in eis ⁊ in alijs est tactus impudicus in se et in mulieribus et in masculis. Eccli. ix. Cum aliena muliere non sedeas omnino: nec accũbas cum ea super cubitũ. Et Eccli. xxj. Qui tenet illam: quasi qui apprehẽdit scorpionem. Et Eccli. vij. Vincula sunt manus ei⁹. Prouer. vj. Numquid potest homo ignem abscondere. Hierony. Qui tangit carnẽ mulieris: non euadet sine periculo anime sue. Ad hoc facit exemplum Fundane ciuitatis episcopi Andree quod supra posui. Et de presbytero greco. et de sancto patre non tangente matrem. Eccli. xiij. Qui tetigerit picem: coinquinabitur ab ea. Unde legit̃ de quodam patre q̃ quum percussisset in naribus diabolum apparentem sibi in forma mulieris: q̃ et tunc manus ei⁹ cõputruit intolerabiliter per tres annos. Tanta esse posset delectatio cum consensu in tactu: etiã in tactu man⁹ mulieris vel iunioris: q̃ ibi esset mortale peccatũ. ita est periculosus sensus tactus. quem frater Jacob⁹ benedicti leonem vocabat. Unde non est tutum maxime iuuenib⁹ religiosis tradere manus deosculandas mulieribus. maxime iuuenibus vel adolescentulis. nec tenere man⁹ complicatas cum manibus eorũ. quia totum corpus earum

Mulierũ aspectus.

Colloq̃um mulierũ.

Tactus ipudic⁹.

et eorū ignis est. cui debet dici a sapiente castissimo. Noli me tangere. sicut patet in exemplo supra posito de beato Lodoico: qui matrem noluit deosculari. ad hoc. xxxii. dist. hospitiolum. vbi dicit Hieron. Si bonum est mulierē nō tangere: ergo malum est tangere. ⁊ xxxii. q. v. nec solo. De tactibus impudicis in se tetigi. s. in ista. ii. parte. in expositione threnorum. in. ii. ar. in. §. plura ergo. ⁊. est autem. cū ver. se. ¶ Alia occasio est videre vel sentire alios pariter cōmisceri. quia ex hoc icitatur natura corrupta ad libidinem. Unde ɔcilium toletanū. Procliuis est ad voluptatē et imitatrix natura vitiorum. xxx. q. iii. c. ii. Non expedit castis habitare cum cōiugatis. Pro omibus istis corruptionibus mentalibus ⁊ sensuum dicebat sanctus Basilius. Mulierem non cognoui: ⁊ virgo non sum. quia vera pudicitia nō solum est in corpore: sed in animo potius ⁊ sensibus. xxxii q. v. per prima. xvi. c.

¶ Articulus. lxxiiii. A

Expeditis preuaricationibus aliquorum religiosorum in tribus substantialibus que promittunt scz in paupertate/ obediētia/ ⁊ castitate. et hec plenissime pro eorū salute. ad alia eorum vitia etiam in quibus hodie participant cum aliis hmōi hominibus accedamus. Unde ⁊ eorum aliud vitium cōmuniter est ambitio. Nam isto carnali tempore religiosi quidam magis sunt ambitiosi ad scientiam honores et gloriā hui⁹ mūdi: ꝙ alii seculares. Nā et per se et p amicos consanguineos suos intus et extra ordinem honores ⁊ studia (vt pdsint) procurant: ⁊ precibus et enceniis et frequenter minis et terroribus ⁊ malitiis et cauillationibus. Nam ⁊ cōmuniter ad nullum aliū finem student multi ex eis (sicut experiētia manifestat) nisi vt possint fratribus dn̄ari: ⁊ in ordine et extra ordinē exaltari. Un̄ nec cōiter vacāt studio diligēter: ⁊ cōiter parū sciūt. q: nō diligūt scientiā: q̄ est donū spūssancti. Esa. xi. ppter eius finem debitum. vt deum melius cognoscant: ⁊ ei seruiant et proximo. sed vt ex ea potius apparenti ꝙ existēti honores et exemptiones ⁊ diuitias cōsequant. sicut oculate videmus. Magnitudo huius peccati ambitionis cognoscitur per penas pro eo inflictas. Chore em̄ cum multis leuitis de maioribus igne diuino succensi sunt: q: sacerdotium rapere voluerunt. Numeri. xvi. vii. q. i. denique. Item Dathan ⁊ Abiron: q: inuiderūt Moysi de ducatu: terra absorbuit. sicut ibidē legitur. et ex̄ de elec. licet. Itē Ozia rex lepra percussus est: q: sacerdotiū occupare voluit. iiii. Reg. xv. ⁊. ii. Paral. xxvi. ii. q. vii. §. itē cū Balaā ver. sicut ergo. ¶ Et propter hoc cōmittit symonia. Omnis em̄ ambitiosus in symoniam tendit. ii. Machab. iiii. Ambiebat Jason frater Onie summū sacerdotiū adito rege promittens argenti talenta trecenta octoginta ⁊c. Istud fuit peccatum primum luciferi ambientis sedem equalem deo. Esa. xiiii. de peni. di. ii. principiū. cum. §. pec. Bern̄. Quanti vsqz hodie feda sequūtur vestigia: immo ꝙ pauci euadunt quibus libido dominādi non dominet: quam sequimini miseri? Nonne iste est mons in quē ascēdit angelus: ⁊ factus est diabolus? Item Bern̄. Ambitio subtile malum. secretum virus. pestis occulta. doli artifex mater hypocrisis. liuoris parens. vitiorum origo. criminum fomes. virtutum erugo. tinea sanctitatis. cordiū excecatrix. ex remediis morbos creans. Hoc peccatū diffudet apostolus ad Hebre. v. Nec quisꝙ (inquit) sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tamꝙ Aaron. viii. q. i. In scripturis. ex̄ de elec. qualiter. Sic vocatus Nicola⁹. sic sanctus Ambrosius. sic sanctus Seuerus. lxi. dis. §. his oībus. sic Matthias. Actuū. i. xxvi. q. ii. nō exēplo. sic Josue Josue. i. viii. q. i. moyses. Quoniam etiam quos canonica electio et concors vocat: deus vocare presumitur. viii. q. i. licz ergo. i. q. i. ordinationes. c. si quis neqz. Sed hodie canonica electio facta est diabolica. Plures em̄ sunt in ecclesia qui eliguntur a diabolo: ꝙ a deo. ⁊ qui non per gratiam dei: sed per gratiā hoīm electi sunt permittente deo i. q. i. si quis neqz. ⁊. c. nullus itaqz. viii. q. i. audacter. Unde non deberent tales plati ponere in literis suis/ grā dei. sz gratia hoīm et dei furoris electos. Osee. xiii. Dabo tibi regem in furore. Spūs mendax ascendit in cor electum ⁊ altum. iii. Regum. xxii. ⁊ dicit. Ascende in Ramoth galaad. Ramoth interpretatur excelsum signum. ⁊ significat dignitatem. cui⁹ appetit⁹ est certū signū reprobationis. q: sm̄ Greg. quicūqz desiderauerit primaturā in terra: inueniet cōfusionem in celo. Nec inter seruos christi cōputabitur: qui de primatu tractauerit. xl. distic. quicūqz. al's est sub. c. multi. Galaad interpretat transmigrantes testes. q: ibi fit transmigratio de bonitate in iniquitatem. ps̄. x. Transmigra in montē sicut passer. q: honores poti⁹ detegunt sm̄ Archid. ꝙ mutant mores. sicut patz in Saule añ regnū humili/ post superbo. i. Reg. xv. Greg. Superbus totiens ad culpā apostasie dilabit: quotiens preesse hoībus delectatur. Chry. O prelate: tāto igit submittis caput oneri. Sed quem cōtigerit saluari de iis qui principant in tātis ruinis ⁊ tanta pigritia? video tamen currentes et spōte se proiicientes in pericula. Nūeri. xxv. Tolle cūctos principes populi: et suspende eos ɔtra solem. vbi Greg. Hec si hoīes cogitarent: principatus nō ambirent. sufficit em̄ p peccatis propriis argui et reddere rationē. quid necesse est p peccatis ppl'i ostētari cōtra solē? Fugit christus in montē quū vellent eū facere regē. Joā. vi. Greg. Rex fieri noluit. ad crucis vero patibulū spōte venit. Oblatam gloriā culminis fugit. penaz probrose mortis appetiit. vt mēbra eius discerēt fauores mūdi fugere: terrores minime timere. Contra ambitiosos. i. q. i. pricipat⁹. ⁊. c. nullus itaqz. vbi de hoc. ⁊. q. vi. c. vlti. vbi de hoc. ⁊. q. vii. sanctim⁹. lxi. dist. miramur. viii. q. i. in scripturis. ⁊. c. qui episcopatū. ex̄ de preben. q: intantum. ex̄ de rescrip. q: per ambitiosuz lib. vi. de elec. auaritie. in prin. lib. vi. ⁊. c. quorūdam. quod c. expresse loquit de ambitiōe religiosoꝝ. Cito me de hoc vitio expediui: q: que hic de hoc scripsi ⁊ plura alia extraxi supra in prima parte. §. cum vero ecclesia. ver. habet cupido glorie. in ar. lxii. Itez in ista. ii. parte in. ii. c. thre. in §. quō. ver. iuxta tropologiā. in ar. v.

¶ Articulus. lxxv. A

Ccultum aliud vitium religiosorū nostri tēporis propriuz acidia est. que definitur a Damasceno/ afflictio siue tristitia aggrauās. Et hec est infirmitas religiosoꝝ quorundam q̄ designati sunt in Helia. de quo d̄r iii. Regū. xix. ꝙ quū fugeret a facie Jezabel: in deserto proiecit se ad vmbrā iunipe ri: et petiit aie sue vt moreret tedio affect⁹. Scdm̄ Joan. cass. in lib. de acidia. Acidia d̄r tediū vel anxietas cordis. Cōtra tales acidiosos sunt exēpla de sole peragente cōtinue cursum suū ab oriēte in occidētē: qui remunerationē quasi sui laboris nō expectat. Eccl's. i. Oritur ⁊ occidit sol. Augu. Indecēs est christiano si radius solis eum in lecto inueniat. Posset em̄ dicere sol si loqui posset: Ampli⁹ laboraui ꝙ tu: ⁊ tamē iam surrexi. ⁊ tu adhuc dormis. De herbis crescētibus: que impedimētū hn̄t caloris et frigoris. Mat. vi. cōsiderate lilia ⁊c. ¶ B Item de formica. Prouerb. vi. Uade ad formicam o piger. Ubi quinqz notabilia et exemplaria sunt de ea. scz ꝙ a paruo animali docet hō. ar. xxiiii. q. iii. si habes. Scdm̄/ ꝙ p multos cursus ⁊ discursus qrit cibū suū. et hō est remissus in qrendo cibo aie sue: et corpis etiā frequēter. ɔ quos ps̄. cxxv. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Eccl's. xi. Mane semina semē tuū: ⁊ vespere nō cesset man⁹ tua. Tertium/ ꝙ non hz ducem quē sequat: ⁊ qui puniat negligentiā eius. homo vero hz. vii. q. i. sciscitaris. Quartū est/ ꝙ purum granū eligit. et homo spurcius. Prouerbio. xvi. Os stultoruz dissimile erit. Quintū/ ꝙ formica adeo se

Religiosorū ambitio.

Acidia

in formica qd cōsiderandum.

onerat ꝙ minor videtur suo onere: ꝛ homo vix pro anima paruꝫ laborare potest. qui si vellet: multo plus posset facere ꝙ credat. ad. hoc. xlviij. dist. oēs huius seculi. Itē de ape cū tanta solicitudine aluearia fabricante. de conse. di. v. nunꝙ. Item labor agricolarū/ mercatorū/ artificū/ militum/ nautarum. qui tot labores pro corporibus perferunt. ꝛ tamen pro regno celesti vix modicum possumus laborare. pꝛe. c. omēs. Aug. O si possemus excitare homines: ꝛ cum ipsis pariter excitari: vt tales essemus amatores vite permanentis: quales sunt homines vite fugientis. Quidam patrum videns meretricē ornatam: ait. Ignosce mihi omnipotens deus: quia meretricis huius ornatus pro mundo superauit totius vite mee industrie ornamenta. Abbas Pambo videns aliam meretricē in Alexandria: fleuit. ꝛ ait querentibus quare fleret. Due sunt cause. vna de perditione illius anime. alia q: non habeo tale studium placēdi deo: quale habet ista vt placeat hominibus. ¶ Itē exempla sanctoꝝ. Dauid ait. ps. lxxxv. Pauper suꝫ ego: ꝛ in laboribus a iuuētute mea. Prouer. vltimo. Panē otiosa non comedit. Exemplum de christo Jo. iiij. Fatigatus ex itinere ꝛc. Ber. Quādiu vixero: memor ero laborum quos christus sustinuit in predicando. fatigationum in discurrēdo. Luce. viij. tentationū in ieiunando. Mat. iiij. ꝛ Luc. iiij. vigiliarū in orando. Mat. xij. et. xiiij. ꝛ Luc. vj. lachrymarum in cōpatiendo. Luc. xix. Recordabor etiam dolorum/ conuiciorum/ sputorum/ colaphorum. Mat. xxvj. subsannationū/ exprobrationuꝫ/ clauorū/ ꝛ similiū. alioquin requiretur a me sanguis iustus qui effusus est super terram. Unde ꝛ dicebat ps. ix. Tu solus laborem ꝛ dolorem cōsideras. Job. v. Homo nascitur ad laborem. vbi Ber. Homo ad laborem natus si laboreꝫ refugit: nec facit ad quod natus est. ad quod venit in mundum: quid respondebit ei qui misit eum: qui instituit vt laboret? ¶ C Contra non laborātes. ps. lxxij. In labore hominum non sunt. vbi Ber. Sint necesse est in labore demonum. qui in labore hominum non fuerunt. de pe. disti. j. serpēs. Requisitus Arsenus in quo cōfideret. respōdit. in eo quod homines fugi: aliqñdiu tacui: fleui: potissime in hoc gaudeo: q: manib⁹ laboraui cuꝫ Paulo Ephe. iiij. de conse. dist. v. nunꝙ. ¶ De nostra dña legitur Luce. j. abijt in montana cum festinatione Genes. xviij. Festinauit Abraam ꝛc. Virg. Senex currit: Sara accelerat. puer festinat. nullus piger inuenit in domo sapiētis. Et christ⁹ zacheo. Luc. xix. Festinās descēde. Hiero. super illud Ezechiel. xvj. Hec fuit iniquitas sodome ꝛc. Semper inquit aliquid est faciendū: ne ager nostri pectoris manu cessante malarū cogitationuꝫ sentibus occupet. Eccli. vij. Non oderꝫ laboriosa opa. Rusticatio a deo data fuit qñ Ade dixit Gen. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. vel qñ positus fuit in paradisuꝫ vt operaretur. Gen. ij. Eccl's. ix. Qđcūqꝫ pōt manus tua instāter operare ꝛc. ij. Thessa. iij. Si quis nō vult operari: nō māducet. ij. ad Timo. iiij. In oībus labora. Galat. vj. Bonum faciētes nō deficiamus. Apoc. iij. Utinā esses frigidus aut calidus. sed q: tepidus es ꝛc. vbi dicit interlinearis glos. ꝙ maior spes est de frigidis ꝙ de tepidis: q: tepidi quamdā fiduciā ꝛ securitatē accipiūt de eo ꝙ aliqđ boni agūt. ꝛ ideo se nō corrigūt sic in religiosis apparet: qui cōiter postꝙ sunt tepefacti: sunt incorrigibiles. q: tenēt se ꝛ reputāt. Sed tales euomunt ab ore dei: qñ in deteriora pcipitant: vel impenitētes moriuntur. De hoc per Jo. cass. coll. iiij. Danielis de hoc. j. e. h. ver. 5 istā. De hac tepiditate dicit Hiero. Sola est q̄ solet deo vomitū puocare. Luc. xiij. de ficulnea nō reddēte fructū di. Succide illā. Mat. xxv. Tollite ab eo. s. pigro talentum ꝛc. Mat. iij. ꝛ vij. Luc. iij. Ois arbor que nō facit fructum: succidet ꝛ in ignē mittet. ex de deci. q̄uis. Raban⁹. Si sterilitas ī igne mittet rapacitas quid meret? Job. xl. Circūdant eum salices de torrēte. i. infructuosi faciūt vmbram diabolo: sub qua requiescit. Jud. j. de Adonibezech qui amputauit. lxx. regibus manuū ꝛ pedū summitates.

Adonibezech qui dicitur dñs mutans vel dñs fulgurans: vel dñs egestatis vel vani contemptus: est diabolus qui amputat hominib⁹ (qui se deberent regere) summitates pedum ꝛ manuū: vt laborare non possint. In domū vacātem intrat diabolus cū septem spiritibus nequioribus se. Mat. xij. Luc. xj. Job. xxvj. Qui extendit aquilonē scꝫ diabolum super vacuū. i. cor otiosum vacuū bono. et dormit in secreto thalami id est hominis otiosi vani ꝛ infructiferi Job. xl. Prouer. xx. Propter frigus piger arare noluit. mēdicabit ergo estate: ꝛ nō dabit ei. ꝛ Prouer. x. Egestatem operata est manus remissa ꝛc. Et. xxviij. Qui operat terraꝫ suā: saturabit panibus. Qui sectatur otiū: replebitur egestate. et. xxiiij. Usqꝫ quo piger dormis? vsqꝫ quo de somno consurges? Parū inquā dormies. modicū dormitabis pauxillum manus cōseres vt quiescas: ꝛ veniet tibi quasi cursor egestas tua. et mendicitas quasi vir armatus. Et loquitur de egestate ꝛ mendicitate perpetua gehennali. in qua tales acidiosi famē patientur vt canes ꝫm Dauid ps. lviij. Job. xviij. Attenuetur fame robur eius: inedia inuadat costas eius. Prouerb. xxiiij. Per agrum hominis pigri transiui: ꝛ ecce totum repleuerant vrtice. tentationes scilicet carnales pungentes. Eccl's. x. In pigritijs humiliabit contignatio. cōtignatio est lignorū connexio que fit in inferiori parte tecti. quā piger ex pigritia pmittit humiliari ꝛ destrui. Hoc est propriū pigri: non subuenire periculis in tēpore opportuno. Eccli. xxij. In lapide luteo lapidatus est piger. ꝛ oēs loquētur sup aspernatione illius. De stercore boū lapidatus est piger. et omnis qui tetigerit eum: excutiet manus. Desideria occidunt pigrum. Prouer. xxj. q: acidiosus affligitur spirituali paralysi: designatus per puerum paralyticum iacentem in domo centurionis. qui male torquetur: q: quiescendo torqretur. sed qui torquetur laborando: bene torquetur. quia vtiliter. Mat. viij. Gen. iij. Maledicta terra i opere tuo. in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. Bern. Hec est maledictio Ade: vt in terra laboris nostri ꝛ in agro cordis ꝛ corporis nostri noxia ꝛ inutilia gratuito passimqꝫ pueniant. vtilia vero ꝛ necessaria cum labore. Si spiritus remissus fuerit: caroqꝫ aduersus spiritū concupiscit: quotidie aliquid super ipsum apponit. Prouer. xij. Manus remissa tributis seruiet manus fortium dominabit. Ibidem. Qui operatur terram suam: satiabitur panibus: qui autem sectat otium stultissimus est. Cañ. ij. Tempus putationis aduenit. Bern. Quis ita ad vnguem omnia a se superflua resecauit: vt nihil se habere putet putatione dignuꝫ? Credite mihi ꝛ putata repullulant: ꝛ effugata redeūt: ꝛ reaccēduntur extincta: et excitantur sopita. Parum est ergo semel putasse. sepe putandum est. immo si fieri posset/ semp quia semper quod putari oporteat: si non dissimulas: inuenis. Quantumlibet in corpore manens profeceris erras: si vitia credas emortua ꝛ non magis oppressa. Velis nolis inter fines tuos habitat Jebuseus. id est concul catio. xj q. iij. nolite. Judi. j. Subiugari potest: sed non exterminari. Unde in tanto discrimine consilium est obseruare diligenter: ꝛ mox vt renascentium vitiorum capita apparebūt: prompta seueritate abscindere. quod sine ingenti labore non fit. Matthei. xxv. dicitur de pigro. Tollite ab eo talentum. Luc. xix. Auferte ab illo scilicet pigro misericordiā ꝛc. Jo. xiiij. Quomodo diligit me ꝛc. Greg. Nunꝙ est amor dei otiosus. operat eñ magna si est. si autem operari renuit: amor non est. ¶ Acidia nedū priuat gratia: sed ꝛ fructu scꝫ gloria. Bern. Cui⁹ me priuaret amara mors vita: ꝙ fructu gratie. nam vita sine fructu mors. Deinde duplex malum paratur ligno infructuoso securis ꝛ ignis. Matthei. iij. ꝛ Luc. iij. Regnum celorum vim patitur. Matthei. xj. vbi glos. Grandis violentia est in terra nasci. et celum rapere ꝛ habere per virtutē. quod per naturam non possumus. Gregorius. Nemo in hoc vite itinere torpeat: ne in patria locum perdat. Idem.

Iustus ne celestia perdat/cauet: et ne inanis ab opere
dies eat. Acidiosus tēpus pdit quod preciosuz est. Bern.
Non parū estimes tempus quod in factis vel dictis otio/
sis expenditur. volat enim verbum irreuocabile. volat tē/
pus irremediabile. nec auertit insipiens qd amittat. Idē
Nihil preciosius tempore. sed heu nihil vili⁹ hodie repu/
tatur. Idem. Tempus tibi impēsum requiretur qualiter
sit expensum. ꝛ sicut capill⁹ nō perit de capite: ita nec mo/
mentum peribit de tēpore. ps. lxxiiij. Quum accepero tē/
pus: ego iustitias iudicabo ꝛc. Thre. i. Uocauit aduersuz
me tps. Io. cas. in. x. li. de acidia. ait. Acidia affinis est tri/
stitie: ac solitarijs magis experta infestio: hostis ac frequēs:
maxime circa horam nonā monachū inquietās. vt qdam
febris ingruens tēpore prestituto ardentissimos estus ac
cessionum suarū solitis ac statutis horis anime inferens
egrotanti. Et deniqꝫ nōnulli senum hunc esse pronuntiāt
meridianuz demonē. ps. xc. A demonio meridiano. q quū
miserabilē obsederit mentē: horrorem loci/celle fastidiū/
fratrū quoqꝫ qui cum eo vel eminus cōmorantur tamq̄
negligentium ac minus spiritualiū aspernationē gignit
atqꝫ contemptū. Ad omne quoqꝫ opus facit desidem atqꝫ
inertem. Non eīm in cellula residere: non operam sinit im/
pendere lectioni. nihilqꝫ se proficere sine tēpore in ea com
morans crebrius ingemiscit. nec habere se fructū aliquem
spiritualem donec fuerit illi cōsortio copulatus queritur
atqꝫ suspirat. ꝛ ab omni se dolet spirituali questu inanem
in loco vacuumqꝫ consistere: vtpote qui quum posset ali/
os regere: nullum edificat. absentia longeqꝫ posita mona
steria loca etiam illa magis ad profectum vtilia describit
consortia quoqꝫ fratrum ibi suauia ꝛ plena consolatio/
ne spirituali. depingit econtrario vniuersa que habētur
pre manibus aspera. ꝛ non solum edificationē nullaz esse
in fratribus qui morantur in loco: sed nec ipsum quidem
victum corporis absqꝫ ingenti labore conqueri postre/
mo non posse in eo loco durantem deinde lassitudine in
corporis cibiqꝫ esuriem quinta sextaqꝫ hora tantam sus/
citat: vt velut longo itinere grauissimoqꝫ labore cōfectus
sibimet lassusqꝫ videatur. Tum preterea huc illuc anxius
circumspectat. ꝛ fratrem sibi quēpiam aduenire suspirat.
sepiusqꝫ ingreditur ꝛ egreditur cellam. ac solem velut ad
occasum tardius properantem crebrius intuetur. Et ita
quadam irrationabili mentis confusione velut terra re/
pletur caligine. omniqꝫ actu spirituali reddit ociosus ac
vacuus. vt nulla re alia tante oppugnationis remedium
q̄ visitatione fratris cuiuspiam seu somni solius benefi/
cio posse existimet inueniri. deinde honestas idez morbus
ac necessarias suggerit salutationes fratrib⁹ exhibēdas
visitationes infirmorum vel emin⁹ vel longius positorū
peregrinationes etiā sanctorum suggerit. ꝛ ibi multas in
dulgentias obtineri. Quedam etiam pia suggerit officia
scilicet parentes debere inquiri: ꝛ ad salutandum eos cre
brius properari. ¶ De hoc vitio Dauid ps. cxviij. Dormi/
tauit anima mea pre tedio. i. pre acidia ꝓpric salutis. Nō
corpus dixit sed animā dormitasse. vere eīm ab omni con/
templatione virtutū ꝛ intuitu spiritualium sensuum dor/
mitat anima mea: que perturbationis huius telo fuerit
sauciata. ¶ Contra hunc morbū Apostolus ad Thessa.
in. i. epistola. iiij. c. Rogamus autem vos fratres vt abun/
detis magis: ꝛ operam detis vt quieti sitis: et vt vestrum
negotium agatis: ꝛ operemini manibus vestris sicut pre
cipimus vobis: et vt honeste ambuletis ad eos qui foris
sunt: ꝛ nullius aliquid desideretis. Que verba contra aci
diosos exponit vtiliter Io. cass. in predicto vitio de acidia
ꝛ predicto loco. ꝛ posui lati⁹ supra in hac pte in. §. ex quo
sponsa. ꝟ Item idem in. x. li. in. ar. i. Hec est autem apud
Egyptum ab antiquis patribus sancita sententia operā/
tem monachum demone vno pulsari: otiosum vero innu/
meris spiritib⁹ infestari. Nil⁹ acidia est lassitudo aie q ten
tationibus fortiter nō resistit. Quod eīm est esca in corpo
re sano. hoc tētatio in fortissima anima. Nubes sine aq vē
tus psequit. ꝛ mens patiētiam non hns a spū acidie dis/
sipatur. Spiritus acidie expellit monachum de loco suo.
qui autem habet tolerantiam: cū silentio degit. Semper
infirmorum visitationem immittit acidia. patiēs autem
contentus est proposito suo. Acidiosus monachus in mi
nisterio velox mandatum reputat satisfactionē suā. Cir
cūito: monachus quasi frigore in solitudine modicū nō
quieuit. et rursus fertur. et non faciet fructum virtutis.
Oculus monachi otiosi semp attendit ad ostium. et mēs
eius aduentum visitantiū meditatur. Stridorem ianua
dedit: et ille protinus exiliuit. vocem audiuit et per fene/
stram aspexit. Acidiosus lectitans sepius oscitatur: et in
somnū demergitur: facile confricat aciem: ꝛ manus extē/
dit. et oculos auertens a codice/parietez intuetur. ꝛ rur/
sum rediens incipit paululum legere. ꝛ aperiens vltimā
partem libri verboz curiosus existit: et numerat quater/
niones: supputat versus. postremo complicans librū ca/
piti suo supponit. Ordina tibimetipsi in omni tēpore mē
suram: et nec primum abscedas: donec cōsummaueris il/
lud. et ora iugiter profunde ac fortiter. et spiritus acidie
effugabitur abs te. ¶ Climacus in gradu. xiij. de acidia.
Acidia est anime remissio/et resolutio mentis/pusillani/
mitas exercitationis/odium professionis/mundanoz bea
tificatrix/vel quasi inuisceros et sine benignitate detra/
ctrix/in psalmodia infirmans/in oratione ferrea/in ope/
ratione manuū importune pigra/in obediētia improba.
Medicus mane visitat infirmantes. ꝛ acidia exercitato
res circa mediū diem. In oratione stantibus necessaria
negotia reducit ad memoriam. non presente psalmodia
acidia non apparet. et finito canone aperti sunt oculi.
In tempore acidie apparēt violenti: qui inde sibi inferūt
et rapiunt celum. Matth. xi. Nihil eīm aliud ita sicut aci/
dia coronas consiliat. In vitis patrum legitur q quodā
tempore abbas Antonius dum resideret in eremo: spi/
ritu tentatus acidie/cogitationibusqꝫ diuersis implica/
tus/dicebat ad dnm. Domine saluari desidero: sed cogita
tiones varie non permittunt. Et post paululum surgens
quemdam sibi similem suspicit torquentem funiculum ꝛ
surgentem et orantem. Erat enim angelus ad emenda/
tionem Antonij destinatus. a quo sermonem audiuit. Et
tu ita faciens Antoni saluaberis. Item quidam frater re
quisiuit Achillam dicēs. Nulla opera facio monachi: sed
in negligentia constitutus comedo/bibo/dormio. Cui
senex dixit. Curre et sede in cella tua. ꝛ qd potes fac sine
perturbatione animi. et confide in deum: quoniā qui se/
det in cella propter deum inuenitur in loco vbi est sanct⁹
Antonius. Tentato fratri de acidia volenti de cella re/
cedere et infirmos visitare qꝫ non poterat ieiunare/ait
Arsenius. Uade manduca ꝛ bibe ꝛ dormi: ꝛ ne opereris.
tantūmodo pedē tuum extra cellā non efferas. continen
tia eīm celle monachum ad ordinem solet bonoz vite de/
ducere. Alter requisiuit abbatem Achillam dicēs. Cur
sedens in cellam meam patior acidiam? cui senex. Quia
necdum vidisti requiem quam speramus: neqꝫ tormenta
que timemus. si enim ea diligenter inspiceres: etiā si ver/
mibus esset plena cella tua vsqꝫ ad collum: tu tamen in
ipsis latens permaneres sine acidia. Dixit quidam senex.
Ideo non proficimus: quia mensuras proprias ignora/
mus. nec habemus patientiam in opere quod incipim⁹:
sed sine labore volumus adipisci virtutem de loco in lo/
cum. acidia turbante transimus sperantes quia inuenie/
mus locum vbi non est diabolus. Serapion in collatio.
de. viij. vitijs. Acidie genera sunt duo. Unum qd ad som/
num precipitat estuantes. Aliud qd cellaz deserere ac fu/
gere coarctat. ¶ Circa accidiam religiosoruz multiplex
malum inuenitur: Unum est q quum ipsi sint quasi conti
nue in colloquio cum deo: tamen oculos cordis non ape
riunt: nec vident: nec audiunt quid deus eis loquitur: vel
ipsi deo. Greg. Quum oramus: cū deo loqmur. Quū vo
legim⁹: loqtur nobis de⁹. Itez aliud. q nō pficiūt in hijs q

religionis sunt. immo quāto diutius in religiōe sunt: tāto
magis dissoluti sunt. quod valde miserabile ⁊ verecundū
est. sicut in scholis esse ⁊ nō addiscere. xij. q. ij. socrates. sub
c. gloria. Item aliud. quū sint in statu in quo non solum
currere sed ⁊ volare deberent: sicut viri contemplatiui. de
quibus Esa. lx. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Pigri
tamen ⁊ tardi inueniuntur: etiam illi qui strenui erant in
seculo. Unde super illud ps. xviij. Exultauit vt gigas ad
currendam viam / scilicet christus. Bern. Currentem nō
apprehendit: q: ⁊ ipse pariter non cucurrit. Item aliud
ꝙ in loco vbi maior est conflictus: securi ⁊ somnolēti effi/
ciuntur. In maiori cōflictu sunt claustrales ꝙ alij. ⁊ plus
gaudet diabolus qn̄ claustralis tāgit mulierē mala intētio
ne: ꝙ de adulterio hōis secularis. ar. xl. dis. hō. vide qd no.
xxvij. q. ij. inuēta. ⁊ qd legitur ⁊ no. xxxij. q. v. q viderit. Un/
de non deberent claustrales esse securi. sed cum timore et
tremore salutem suaȝ operari. In eis eīn dicit Apostolus
ad Ephe. vj. Non est nobis colluctatio / scilicet religiosis /
aduersus carnem ⁊ sanguinē. subaudi tantum. sed aduer
sus principes et potestates: aduersus mundi rectores te/
nebrarum harū ⁊c. Item aliud ꝙ volunt esse ociosi vbi
non est locus otij. scilicet in agone et cursu. j. ad Corin. ix.

Accidie species multe.

¶ D Species acidie. xvj. sunt: tepiditas / mollities /
somnolentia / otiositas / dilatio / tarditas / negligētia / in/
perseuerantia / remissio / dissolutio / penuria / ignauia / in/
deuotio / tristitia / tedium vite / desperatio. ¶ Tepiditas

Tepiditas.

est paruus amor boni. que videt esse radix in peccato aci/
die: ⁊ origo ceteroȝ que enumerata sunt. Inde accidit ꝙ
homo fortis ⁊ sapiens non facit decimā partem peniten/
tie quam facit vna vetula pauper simplex. hoc est propter
paruum desideriū boni. Bernar. Ideo multa non possu/
mus: q: multa nolumus. Item ibidem. Si incipis: incipe
perfecte. Si in profectu es: hoc ipsum iam perfecte age. si
perfectionis aliquid attigisti: ipsum in temetipso metire.
Si vero quis desiderat: desideriuȝ deus adimplet. ps. xx.
Desiderium anime eius tribuisti ei dn̄e. Quis hodie dicit
cum ps. xxxvij. Dn̄e ante te omne desiderium meū. Et ite/
rum. xli. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarū. Con/
tra istam tepiditatem dictum est Apoca. iij. Utinam esses
calidus aut frigidus. aut religiosus spiritualis / aut frigi
dus secularis. sed q: tepidus es / tepefactus religiosus a
feruore cū quo mūdum dimisisti. incipiaȝ te euomere ex
ore meo. q: peior est ⁊ fastidibilior cibus tepefactus ꝙ frigi
dus vel calidus. sic peior religiosus tepefactus ⁊ relaxatus
ꝙ secularis. ar. xlvij. di. quantumlibet. xi. q. j. sciant. de pe. di.
ij. pennata. de hoc late in colla. Danielis que est quarta in

Mollicies.

libro collationū. ¶ Sequitur de mollitie. que est impatiē
tia rei dure. Unde Prouer. xviij. Qui mollis est ⁊ dissolu
tus in opere suo: frater est sua opera dissipantis. Mollis
est qui cedit duris: ⁊ tribulationibus succūbit: ⁊ ab opere
desistit. Talis sua opera dissipat. Ad quam miseriam veni
ant molles ostēdit Deuteronomij. xxviij. Tenera mulier
⁊ delicata que super terrā ingredi non valebat: nec pedis
vestigium figere propter mollitiem ⁊ teneritudinem ni/
miam: inuidebit viro suo ⁊c. Summū remedium contra
mollitiem est ignis spiritussancti qui lutea cōsolidat. ⁊ as/
suetudo duroȝ. Bern. Rustic duros habet neruos for/

Somnolentia.

tes lacertos. exercitatio fecit. sȝ torpore mollescit. ¶ Se
quitur de somnolentia. de qua Prouer. xix. Pigredo immit
tit soporem. Quod potest intelligi de sopore contēplatio
nis in illis qui nomine orationis palliāt suam pigritiam:
nolentes aliquid operari. sicut dicūt ⁊ faciunt Begardi
de Alemānia. ⁊ alij de Lombardia qui vocantur Aposto/
li. de quorum numero quū quidam venisset ad abbatem
Siluanum: ⁊ reprehendisset q: fratres manibus labora/
bant. senex fecit eum includ in quadam cella ⁊ dari ei co
dicem ad legendū. Hora solita comederunt fratres: ⁊ nō
vocauerunt illum. Quumqȝ transisset hora: respiciebat
ille vtrum vocaretur ad cibum. ⁊ interrogauit senē / vtrū
fratres comedissent: ⁊ quare non vocauerant eū. Cui se/
nex. Tu hō spiritualis es: ⁊ nō habes necesse hanc escam
carnalem. nos aūt carnales comedimus: ⁊ ideo operamur.
⁊ quū audisset: incepit penitere. Cui abbas. Ergo neces/
saria est Martha Marie. Luc. x. ex de renun. nisi. § penl.
Idem no. ij. § ex quo spōsa. ṽ. alius frater. in ar. lj. De som/
no corporis. Prouer. xxiiij. Usquequo piger dormis? Ber
nar. Caue serue dei inquantum potes: ne sit somnus non
quies lassi / sed sepultura corporis suffocati. Eccli. xxij. Cū
dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiā. ⁊ in fine
orationis dicit. Quis est hic? Si stultus nō habuisset vo/
luntatem dormiendi per duos dies: tamen tēpore lectio/
nis vel sermonis dormiret. quod immissione demonis fit. vt
in vitis patrum legitur de Macheto. qui a domino hanc
gratiam impetrauit: vt quotquot diebus ac noctibus spi
ritualis collatio ageretur: nunꝙ dormiret. Siqs vero de/
tractionis verbū seu otiosum tentasset in fratrem: in somnū
protinus concidebat. vt narrat Jo. cass. in. v. li. de gastrimar
gia. De hoc somno venit multiplex malum. Judi. iiij. ⁊ de
Sysara qui dormiens occisus est. ⁊ eodem. xvj. de Samso
ne qui obdormiuit inter genua Dalile: et excoculatus est.
Item in libro Judith que occidit holofernē dormientem
Judith. xiij. Et Isboseth dormiendo decapitatus est. ij. Re/
gum. iiij. Ad hoc vt debito modo dormias necessarius est
labor discretus. Eccle. v. Dulcis est somnus operanti siue
parū siue multū comedat. Et sobrius cibus ⁊ potus est custo
dia sensuū tuorum Bern. Sobrium cibum / sobrium sen/
sum / sobrius sequit somnus. Est autem alter somnus dul
cis contemplantium. De quo Hiere. xxxi. Somnus meus
dulcis mihi. Tales sponsus prohibet excitari. Cān. iij. Ad
iuro vos filie hierusalē. ⁊ j. Ne suscitetis neqȝ euigilare fa
ciatis dilectam: donec ipsa velit. De hoc etiam somno Ge
ne. ij. Immisit ergo dn̄s deus soporem in Adam: quū ob/
dormiuisset. Unde super Cān. Bern. Iste sopor raptus fuit
de pe. distin. ij. § romanos. ṽ. adam. Unde dicit ibi. Mihi
videtur incommutabilis veritatis intuitum et abyssum
diuine sapientie corporis excedens sensibus obdormisse
quod ex verbis eius conijci potest: dum tamꝙ ebrius de
cella vinaria veniens ⁊ eructans magnum pietatis sacra
mentum quod tanto post in christo et ecclesia apostolus
commendauit. ad Ephe. v. Hoc nunc (inquit) os ex ossi/
bus meis ⁊c. xxxv. q. x. fraternitatis. ex de biga. debitum.

Otium.

¶ De otio. Prouerbioȝ. xij. Qui sectatur otium: stultissi/
mus est. Stultus quidem quia futuram vitam non pre/
uidet: ⁊ presentē negligit. Stultior: quia hostibus et de/
monibus se exponit. Stultissimus quia hostes suos nutrit
quia otio vitia nutriuntur ⁊ impinguantur: sicut solent in
otio impinguari. De primo / Ecclesiastici. ix. Melior est
canis viuus leone mortuo. Leo mortuus est aliquis ma/
gnus otiosus: cui preualet canis viuus id est aliquis vi/
uus strenuus et operans. Nec solum mortuus est otio/
sus: sed bis mortuus quia in corpore ⁊ in anima. Unde in
canonica Jude. ij. capt. Arbores autūnales infructuose
bis mortue. De secundo Threno. iij. Tetendit arcū suum
⁊ posuit me sicut signum ad sagittam. Otiosus enim est
quasi signum ad sagittam. quia potest vndiqȝ a demoni/
bus sagittari. Est enim velut castrum sine muro. Unde
Ezechie. xxxviij. Ascendam ad terram absqȝ muro. verbū
est diaboli. Ueniam (inquit) ad quiescētes habitantesqȝ
secure. Homo bene occupatus / est velut castrum clausum
Augusti. Non facile capitur a tētatione: qui bono vacat
exercitio. Otiosus non tantum vni hosti: sed pluribus
expositus est. vt dixi supra de accidia. De tertio / Bernar.
Omnium tentationum ⁊ cogitationum malarum ⁊ inu
tilium sentina est otium: quia omnes sordes luxurie ver/
bositatis et nugarum necnon et curiositatis et superbie
recipit. De luxuria exemplum in Dauid. qui postꝙ fuit
in pace ab hostibus: cum Bersabee adulterauit. ij. Re/
gum. xj. de peniten. distinc. ij. § opponitur. ver. numquid
Dauid. Et de Salomone fornicante et idololatrante in
otio. iij. Regum. xj. xxxij. q. iiij. salomon. ¶ De verbositate

⁊ curiositate.i.ad Timo.v.Adolescentiores viduas deuita ⁊c. De nugis. Bern. Otiositas mater nugarū: nouerca virtutum. ⁊ q: otiosus locū facit diabolo in se: ideo omni loco est indignus preter ꝙ inferno. In celo eñ nō recipietur. celum eñ merces tantū erit operarioꝝ. Mat.xx. Uoca operarios ⁊ redde illis mercedem. Nec in paradiso terrestri. Gen.ij. Tulit ergo deus hoiem: ⁊ posuit eum in paradiso voluptatis: vt operaret̃ ⁊ custodiret illum. In purgatorio non. Unde in ps̄.lxxij. In labore hoim nō sunt ⁊c. Et ideo non cum hominibus flagellabunt̃ in purgatorio sed cum demonibus in inferno. Multā malitiam docuit otiositas. Eccli.xxxiij. Frater Egidius socius beati Frāncisci dicebat ꝙ ociosus amittit hunc mundū ⁊ alium: non fructificādo sibi nec alijs. Impossibile est virtutes acq̄ri sine solicitudine ⁊ labore. Iuuenis qui laborē recusat: regnum celoꝝ recusat. Si solicitudo non prodest: negligētia nō nocet. ij.q.v. quāto. ex̄ de postu.pre.ca.i.§. nos ergo Quia sicut bonū non prodest: malum non nocet. Sicut otiositas mala est via ad infernū: ita otiositas ⁊ q̄es sancta est via ad celū. De quo otio sanctus Aug. Otium sanctum querit charitas veritatis.i.cōtemplationis. Negotium iustū suscipit necessitas charitatis. viij.q.i.qui episcopatum. Item Egidius. Homo petit a deo bonū sine mensura ⁊ sine fine: ⁊ vult ei seruire cum mensura ⁊ cum fine. Qui ergo vult sine mensura ⁊ sine modo amari ⁊ remunerari: debet sine modo amare ⁊ sine mensura seruire ⁊ sine modo. Qui exfructat corpus suum amore altissimi de bono quod facit a celo inferius premiū non requirit aliquod. Ego possem dicere veraciter ꝙ qui (quod est leue) alleuiat sibi iugum dñi ⁊ laborem: aggrauat sibi illud Mat.xi. ⁊ qui id aggrauat: sibi alleuiat. Utinā facerent homines illud Mat.xi. etiam qd̄ melius esset corpori in hoc mundo. corpus aūt sentit de bonis anime. Multum debet homo esse solicitus ad custodiendū sibi gratiā datam a deo: ⁊ cum ea fideliter laborare. ij. Cor.in.vi. q: sepe amittit fructus pro folijs. ⁊ grana pro paleis. Quibusdā autē dat fructus: et frondes facit ei caras. quibusdā dat vtrūq̄. Maius reputo bona data a deo conseruare: ꝙ acquirere. Qui nouit acq̄rere / sed nescit reponere: nunquā ditabit̃. Homo propter negligentiam suam perdit perfectionem suam. Si quis esset pauperrimus: ⁊ diceret ei aliquis / accōmodo tibi hanc rem vt per tres dies exfructes eam: ⁊ per hoc habebis thesaurū infinitum. nōne iste studeret exfructare solicite illā? Res mutuata nobis a deo est caro nostra. ⁊ quasi tres dies sunt totum tempus vite nostre. Si vis q̄ frui: stude lucrari. si eñ non laboraueris: non quiesces. Si omnes agri ⁊ vinee huius mūdi essent vnius hominis qui nō coleret: quem fructum perciperet inde? Alius autē habēs paruam quātitatē agrorum ⁊ vinearum: ⁊ bene colens: percipit inde fructus pro se et pro aliis. Uerbum ironicum est / Ad spem vicini tui nō ponas ollam ad ignem. Non est homo beatus si bonā habet voluntatem: nisi bonis operibus studeat eā sequi. q: ad hoc deus dat gratiā suam homini: vt sequatur eam. Paulus. Gratia dei sum id quod sum. ⁊ gratia in me vacua nō fuit. i. Cor.xv. hucusq̄ frater Egidius. ¶ Sequit̃ de alia specie acidie / que est dilatio. que multū nocet: q: nocuit semper differre paratis. q: qui non est hodie cras minus aptus erit. De dilatione conuersionis. Eccli.v. Non tardes conuerti ad dominū. Sopho.i. Uox cantantis in fenestra coruus in superliminari. Aug. Differebam de die in diem viuere in te: ⁊ non differebam mori in memetipso. Item Aug. Ipsa res est que multos occidit: quum dicunt cras cras: ⁊ subito clauditur ostium ⁊ remanent foris cum voce coruina: q: non habent gemitum columbinum. Cras cras vox corui est. Eccli.xxxij. Hora surgēdi non te trices id est alijs curis implices. Bern. Ab ore putei gehēne eripiar: ⁊ inducias petam: ⁊ cunctabor exire? Abscondi ignē in sinu meo: ⁊ exustos iam latere / iam nudatis visceribus / iam sanguine defluente / diu mihi deliberandū est: an expergiscar / an excutiam / an abijciam illum. Contra talem malam dilationem ad remanendum in peccato de pe. di. iij. ille rex. Ille rex tantus ⁊ potens nec exiguo quidē momento manere penes se delicti passus est cōscientiam: sed prematura confessione atq̄ imenso dolore reddidit peccatum suo domino ⁊c. Ut mora noceat. ex̄ de reg. iur. mora.li.vi. Nescimus quid erit cras. Mat.vi. xij.q.i. habebat Actu.i. Non est vestrū nosse tempora. Bern. Quid de futuro miser tam temerarie presumis. tamꝙ pater tēporum momenta in tua et non magis in sua posuerit potestate? Bern. Cōputatio dilata multa facit obliuisci. Contra dilationem confessionis de pe. di. vij. sed nullus. Utrū quis teneatur statim confiteri quū peccat ⁊ sacerdotem habet tenetur ꝙ nō. no. de pe. di. v. in summa. ¶ Alia species acidie est tarditas. Bern. Magna confusio ardenti⁹ desiderant seculares semper vitiosa: ꝙ nos vtilia. Contra eam. Magi ab oriente properant. Mat.ij. Et Maria cū festinatione abijt in mōtana. Luc.i. Et tres Marie valde mane veniunt ad monumentū. Mar. Mat. ⁊ Luc.vlt. ⁊ Io.xx. Et dñs non permisit filium sepelire patrē: sed ꝙ statim sequeretur eū precepit. Mat.viij ⁊ Luc.ix. Idem de Petro ⁊ Andrea Iacobo ⁊ Ioāne. Mat.iiii. ⁊ Matthe⁹ statim christum secutus est. Luc.v. Mat.ix. Et Zache⁹ festinus descendit de arbore. Luc.xix. Et in credēdo tarditas increpatur. Luc.xxiiij. Adde que scripsi.s̄. in.§. cōmendabilis. in.§. quart⁹ gradus. in ar.lxix. ⁊ qd̄ scripsi.ij.c.§. occultum aliud.v̄. de dña legitur in isto ar. ¶ Alia species acidie est negligentia. que est cōtraria diligentie. de qua cōmendatur mulier habens drachmas decem Luc.xv. ⁊ de qua Prouer.xxiiij. Diligenter exerce agrum tuū. quod dixit Herodes Mat.ij. malitiose nobis predica. Ite ⁊ interrogate diligenter de puero. Qui timet dñm nihil negligit. Eccle.vij. De negligētia prelatorū supra in multis locis tractaui. de qua.ix.q.iij. cū simus. lxxxix. di. volumus. xliij. di. ephesijs. xl. dist. si papa. ex̄ de of. or. irrefragabili.i. rñso. vbi de hoc. de regu.c.vlt. de sta.mo. cum ad monasteriū.§. penulti. vbi de hoc. de offi. archid. ea que. vbi de hoc. ex de reg. iur. ꝙuis. vbi plene de hoc. ¶ Alia filia acidie est impseuerantia. que est de illis q̄ non ducunt ad finem qd̄ incipiunt bonū. Nō sic christus q̄ non descendit de cruce. ꝙꝙ dicerent iudei / Descende: ⁊ credimus tibi. Mat.xxvij. vbi Raban⁹. Si autē tūc de cruce descenderet insultantibus credens: virtutē nobis patientie non demōstraret: sed expectauit paululū. irrisionē sustinuit. ⁊ qui de cruce descendere noluit: de sepulcro surrexit. Et in e.c. Mat. ibi. Alios saluos fecit: seipsum non pōt saluum facere. Bern. Quū sit ipse salus: saluatione non indiget. sed operatur salutē nostram. nec caudam patitur deesse de sacrificio vespertino hostie salutaris. Nam quū saluus esse non possit: nisi qui perseuerauerit vsq̄ in finem. Mat.x. ⁊ xxiiij. de pe. di. ij.§. euidenter. v̄. adhuc. et. v̄. in bono. et. v̄. propter. et. v̄. multa. ⁊. v̄. mirandum. et. v̄. item illud. quanto minus potest esse saluator? Et Ioan.iiij. Meus cibus est ⁊c. et post vt perficiam opus eius. Ecclesiastici.xvij. Opus consummaui. ⁊ Deuterono.xxxij. Dei perfecta sunt opera. Diabolus autem insidiatur calcaneo eius id est fini. Gene.iij. Luce.xiiij. Hic homo cepit edificare: ⁊ nō potuit consummare. Bern. Est singularis filia summi regis perseuerantia. illa enim sola est heres regni eterni. Item idem. Cetere virtutes coronam regni contendunt: sola perseuerantia eam capitibus superimponit. Papa Liberius. Unde namq̄ beata est perseuerantia: nisi de virtute patientie? vij.q.i. suggestum est nobis. Item illud Matthei.x. ⁊ xxiiij. Qui perseuerauerit vsq̄ in finem hic saluus erit. vij q.i. suggestum est nobis. de peni. distinct.ij.§. euidenter itaq̄ ver. item illud cuā relicum. ⁊ ver. multi bene. de peniten. distinctio.iij. in cassum. de pen. distin.iiij. in domo vlti. colum. ibi. vnde ⁊ dominus. ⁊ c. si ex bono. ⁊ ex̄ de renun. ca.i. Grego. Talaris tunica Ioseph perseuerantia est. de qua Genesis.xxxvij. Unde magdalena vidit primo

Ociositas.

Dilatio.

Tarditas.

Negligētia.

Impseuerātia.

dnm.q: perseuerauit ad monumẽtum. Ioan.vlti. Unde
Greg. Contigit vt sola eum videret: que remansit vt quere
ret. Quid prodest homini ieiunare/orare/ elecmosynas
facere/corpus affligere/sentire quoque de deo magna: et nõ
peruenire ad portum salutis? Ecce apparet aliquãdo in
mari nauis formosa magna et noua multo thesauro ple
na: aliquo sibi occurrente periculo ad portum non perue
nit: sed perit. et quid profuit omnis multitudo illa? Et iterũ
Est in mari quandoque nauis aliqua deformis vetus et onu
sta multo thesauro: et cum multo labore euadens maris
pericula peruenit ad portũ. sola hec cõmendabilis. Simi
le euenit in hominibus huius mũdi. Merito ergo omni
bus est timendum. Quãuis enim arbor sit nata: non statim
est magna. et si magna: non florida. et si florida: non statim
producit fructus. et si producit: non statim sunt magni. et si
magni: non statim maturi. et si maturi: non statim veniũt
ad os comedentis. sed multi decidũt et putrescũt: et a por
cis et alijs bestijs deuorantur. Ad hec de pe. di.ij. §. hec que
de charitate. cum. c. se. ¶ Dixit quidã fratri Egidio. Deus
bene faciat te finire. Rñdit ipse. Quid prodest mihi si re
gnum celorũ manducassem: nisi bene finirem? Sapiens.
Ois laus in fine canitur. Philosophus. Cuius finis bo
nus est: ipsum quoque bonũ est. Sapiens. Oia in fine ɔside
rantur. et iterũ. Finis non palma coronat. Multi currunt
sed vnus accipit brauium. i. Corin.ix. ¶ Sequitur de alia

Remissio.

specie acidie que est remissio. quo vitio laborat: qui quoti
die deterior efficitur. Unde primo incipit strenue. secũdo
die minus. tertio nihil. Eccli.xxij. Filia fatua i deminoratio
ne. q: anima fatua semper decrescit: sicut iustorum semita
crescit. Prouer.iiij. Egestatez operata est manus remissa
manus autem fortium diuitias parat. Prouer.x. Itẽ Pro
uer.xij. Manus fortiũ dominabitur. que autem remissa
est: tributis seruiet. Hebre.xij. Remissas manus et dissolu
ta genua erigite. xlix. dis. i. §. claudus. De prelato remisso

Dissolutio.

ex de sta. mo. cum ad monasterium. §. penul. ¶ Sequitur de
dissolutione alia filia acidie. qua laborat qui inueniẽs dif
ficultatẽ in sui regimine/dimittit se omnino absque guber
natione. Prouer.xxiij. Eris sicut dormiens in medio mari
et quasi sopitus gubernator amisso clauo. Prouer.xix. Ani
ma dissoluta esuriet. Hiere.xxxi. Usquequo delicijs dissolue
ris filia vaga? Talis dissolutio dissoluit hominẽ a vincu
lis diuine legis. Et est dissolutus ille demoniacus: de quo
legitur Luc.viij. quod ruptis vinculis agebatur a demonio
in deserto. Eccli.ij. Ue dissolutis corde. Talis est ille para
lyticus: de quo Mat.ix. Dicitur enim paralysis a para quod
est dis/et lysis quod est solutio/quasi dissolutio. Uide in
additione. s. c. §. nunc de inũditia. ℟. Item Io. cass. in ar.
lxxiiij. q: peccatum dissoluit hominẽ a lege charitatis que
operari facit. q: amor otiosus non est. sm Greg. in homil.
penteco. Et tales dissoluti paralytici efficiuntur insensibi
les in anima. de qua insensibilitate Prouer.xxiij. Traxe
runt me: et ego non sensi. Prouer.xviij. Qui mollis et disso
lutus est in opere suo: frater est sua opera dissipantis. Et
hac surgit pessima paupertas et penuria bonorũ spiritua
lium. Prouer.xxviij. Qui sectatur otium: replebitur ege
state. Apocal.iij. Dicis quod diues sum etc. Et nescis quod tu es

Ignauia.

pauper et nudus. ¶ Sequitur de ignauia. qua laborat ille
qui potius eligit in magna miseria permanere: quam aliquã
tulum laboris subire. Eccle.iiij. Stultus ɔplicat manus su
as. et comedit carnes suas dicẽs. Melior est pugillus cũ
requie: quam plena vtraque manus cũ labore et afflictione ani
mi. ¶ Sequitur de alia filia scz de indeuotione. que est que

Indeuotio.

dam ariditas spiritualis. ps̃. cxlij. Aia mea sicut terra sine
aqua tibi. et alibi. lxxiiij. Sterilitatẽ aie mee. Et Numeri.
xi. Anima nostra arida est. Bern. loquens in persona illius
qui deuotionẽ amisit occasione superbie. Ab heri et nudiu
stertius inuasit me languor aie. hebetudo insolita. que
dam inertia mẽtis ex superbia inuenta est in me. Non sapit
psallere. non legere libros. non orare delectat. meditatio
nes solitas non inuenio. Ideoque ad opus manuum piger
ad vigilias somnolentus: ad iram preceps: ad odiũ perti
nax: lingue et gule indulgentie securior: et obtusior ad pre
dicationem. Heu oẽs montes in circuitu visitat dominus.
ij. Reg. i. ad me autem non appropinquat. ps̃. ci. Aruit cor
meum. Prouerbio.xiij. Uult et non vult piger. ¶ Scdm
Ioã. cassia. in colla.iiij. Danielis de ɔcupiscentia carnis ac
spiritus/Mẽtis sterilitas triplici ratione prouenit. Aut
enim de negligentia nostra/aut de impugnatione diaboli
aut de dispensatione dñi ac pbatione descendit. Et de ne
gligentia quidẽ: quum vitio nostro torpore precedẽte cir
cumspecte nosmetipsos et remissius exhibẽtes: et per igna
uiam et desidiam de noxijs cogitationibus pascentes ter
ram cordis nostri/spinas et tribulos facimus germinare.
Gen.ij. quibus in ea pullulãtibus cõsequenter efficimur
steriles: atque ab omni spirituali contemplatione ieiuni.
De impugnatione vero diaboli: quũ etiã bonis nõnunquam
studijs dediti/callida subtilitate mentem nostram aduer
sario penetrante/vel ignorantes ab optimis intentioni
bus abstrahimur vel inuiti. De dispensatione autẽ ac pro
batione dei: vt paulisper a domino derelicti/et mentis no
stre infirmitatem humiliter intuentes/suppendente puri
tate cordis que nobis est illius visitatione donata nulla
tenus extollamur. probãtesque nos ab eo quodãmodo de
relictos/gemitibus nostris et industria illũ letitie ac pu
ritatis statũ recuperare nõ posse intelligamus. et preteri
tam cordis alacritatẽ nõ nostro studio sed illius nobis di
gnatione collatã: et presentẽ de ipsius rursuz gratie et illu
minatiõe esse poscendã. Bonũ est ergo nobis a dño sub
derelinqui: sed nõ totaliter derelinqui. Unde David. ps̃.
cxviij. Nõ me derelinquas vsquequaque. Quarta ratio est illius
sterilitatis superbia et ingratitudo. q: cõsolationes quas
deus facit: imputat elatus laboribus suis et bonitati sue.
et idõ a deo deserit. vt a deo eas eẽ cognoscat. ps̃. xciij. Scdm
dum multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo consola

tristitia.

tiones tue letificauerunt animã meam. Et hãc rationem
tangit Bern. s. proxime. ¶ Sequitur de alia profana filia
acidie/que est tristitia. que impedit letitiã spiritualem. ij.
ad Cor.ix. Hilarẽ datorẽ diligit deus. ex de donat. c. i. ps̃.
cxxxvij. Et cãtẽt in vijs dñi: qm magna est gl'ia dñi. Eccli.
xxx. Tristitiam longe expelle a te. Eccli.xxxvij. Cor prauũ
dabit tristitiam. Et tristitia cordis flectit ceruicem. Eccli.
xxxviij. Et ibidem. Ne dederis in tristitia cor tuũ. Et ibidẽ
A tristitia enim festinat mors. ¶ Est autẽ triplex tristitia scz

Tristitia triplex.

tristitia peccati/tristitia peccatũ/tristitia de peccato. Tri
stitia peccati est amaritudo cõscientie que semp est in pu
ro opere. de qua Eccli.xiiij. Beatus qui non est stimulatus
in tristitia delicti. Isi. Uis nunquam esse tristis? bene viue. reus
omniũ nunquam securus est. Tristitia peccatum est dolor im
moderatus pro amissione tẽporalis rei: vel cõsanguineo
rum: vel amicorum. vel ex eo quod quis nõ habet quod tẽpo
raliter desiderat. xiij. q. ij. quam preposterũ. c. habent. cum. c. se.
ij. Cor.vij. Tristitia seculi mortẽ operatur scilicet aie et fre
quẽter corporis. Eccli.xxx. Multos occidit tristitia: et nõ
est vtilitas in ea. Tristitia de peccato est dolor penitentia
lis. de qua. ij. Cor.vij. Que sm deum tristitia est: peniten
tiam in salutẽ stabilez operatur. Eccle.vij. Cor sapiẽtum
vbi tristitia est. Tristitia est demoniũ vespertinum. q: tũc
incipit homines vexare: quum dies prosperitatis incipit
declinare. Uexat enim in amissione temporaliũ: in inflictio
ne flagellorum: et in amissione consanguineorum. Cõtra
primuz Esa.xv. Aque dybon (quod interpretatur fluxus
eorum) scilicet lachrymne illorum qui plorant pro fluxu rerũ
temporalium. replete sunt sanguine. q: fedant non mun
dant. vnde sequitur. Ponã super dybon additamẽtum
scilicet de lachrymis ad lachrymas. de laboribus transi
bunt ad labores: et contritione duplici contenentur. ex de
iudi. cũ non ab homine. Hiere.xvij. Cõtra secundũ Pro
uer.iij. Disciplinã domini fili mi ne abijcias. Cõtra tertiũ
i. ad Thessal.iiij. Non contristemini sicut et ceteri qui spẽ
non habent. xiij. q. vlti. habent. cum. c. seque. ¶ Quidam

frater requisiuit abbatē Pemē dicens: Quid faciam? qm̄
turbor tristitia. Dixit ei senex. Neminē pro nihilo aspicias
ij.q.i.multi. Nullum condēnes. Nulli detrahas vj.q.i.sum
ma ⁊ dabit tibi deus requiē. Idē requisitus ab altero fra
tre dicente/ Si peccauero/ etiam in quocūq3 iniquo pec/
cato: ⁊ consumat me cogitatio mea ⁊ arguat dicēs. quare
peccasti? ⁊ efficior tabefactus tristitia. quid faciā? Respō/
dit senex. Quacūq3 hora ceciderit homo in culpam: et di/
xerit ex corde. Deus tibi peccaui indulge mihi. mox cessa/
bit cogitatio vel tristitia ⁊ illa cōsumptio. ¶ Joā. cass. in
colla. Serapiōis de. viij. vitijs. in li. colla. ait sic. De ira tri/
stitiam ⁊ acidiam necesse est pullulare. ⁊. j. Quāobrem vt
acidia vincatur: ante superanda est tristitia. vt tristitia ꝓ/
pellatur: ira prius est extrudēda. Idem in eadē. Tristitie
genera sunt duo. Vnū quod iracūdia desinente vel de il/
lato damno ac desiderio ꝓpedito cassatoq3 generatur.
Aliud qđ de irrationabili mentis anxietate seu despera/
tione descendit. ⁊. j. in eadem. De tristitia rancor/ pusilla/
nimitas/ amaritudo/ desperatio. De acidia/ otiositas/
somnolētia/ importunitas/ inquietudo/ peruagatio/ in/
stabilitas mētis ⁊ corporis/ verbositas/ curiositas. ¶ Itē
Jo. cass. in li. ix. de spiritu tristitie sic ait in prin. Edacis tri
stitie stimuli retundendi sunt. q̄ si passim per singulos in/
cursus ⁊ incertos ac varios casus obtinendi aīam nostrā
habuerit facultatē: ab omni nos separat diuine ꝯtempla
tionis intuitu. ipsamq3 mentē ab vniuerso puritatis statu
deiectam funditus labefacit ac deprimit. Non orationes
tam explere cum solita cordis alacritate permittit. Non
sacrarum lectionū sinit remedijs incubare. Trāquillum
quoq3 ac mitē fratribus esse nō patitur. ⁊ ad cuncta ope/
rationum religionis officia impatientē et asperū reddit.
omniq3 perdito salubri cōsilio ⁊ mentis cōstantia pertur/
bata velut amentē facit ⁊ ebriū sensum: frāgitq3 ⁊ obruit
desperatione penali. Sicut em̄ tinea vestimēto ⁊ vermis
ligno: ita ꝺm scripturā virus tristitie nocet cordi. Prouer.
xv. Nōnunq̄ autē ire precedentis vitio subsequi seu con/
cupiscentie lucri/ vel cuiusdam detrimēti causa generari
solet. quū se harum rerū quadā spe mente concepta quis
viderit excidisse. Interdū etiam nullis existentibus cau/
sis quibus ad hanc labem corruere prouocemur: inimici
subtilis instinctu tanto merore repēte deprimimur: vt ne
charorum quidem aduentū solita suscipere affabilitate pos/
simus. ¶ Idem in eadē. Est etiā aliud detestabilius tristi
tie genus: qđ non correctionē vite/ nec emendationē vi/
tiorum/ sed perniciosissimā desperationem anime inīcit
delinquenti. qđ nec Cayn fecit post fratricidium penitere.
Gen. iiij. de pe. di. j. §. ex his itaq3. Nec Judā post proditio/
nem ad satisfaciendum festinare permisit: sed ad suspen/
dium desperatione pertraxit. Act. j. Mat. xxvij. de pe. dis.
iij. iudas. ⁊. c. nihil iude. cum. c. se. Ideoq3 vtilis nobis vna
re tātū tristitia iudicanda est: quū hāc vel penitudine de/
lictorum/ vel desiderio perfectionis accensi concipimus.
sed talis tristitia/ que ꝺm apostolū. ij. Cor. vij. salutē ope/
ratur/ obediens est/ affabilis/ humilis/ mansueta/ suauis/
ac patiens vtpote ex dei charitate descendens: ⁊ ad omnē
dolorem corporis ⁊ spiritus cōtritionē infatigabiliter se/
metipsam desiderio perfectionis extendens. ⁊ quodāmo
do leta ac spe profectus sui vegetata/ cunctam affabilita
tis ⁊ longanimitatis retinet suauitatē: habens in se fru/
ctus spiritussancti. qui sunt ꝺm apostolū charitas ⁊ gau/
dium ⁊c. Gala. v. Hec vero asperrima/ impatiens/ dura/
plena rancore et merore infructuoso ac desperatione pe/
nali/ eum quem amplexa fuerit: ab industria salutari do/
lore frangens ac reuocans: vtpote irrationabilis ⁊ inter
cipiens non solū orationū efficaciam: verū etiam vniuer
sos fructus spiritus. Hanc ergo perniciosissimā passionē
ita de nobis expellere poterimus: vt mentem nostrā spiri/
tuali meditatione occupatā iugiter futura sepe ⁊ cōtem/
platione repromisse beatitudinis erigamus. Hoc etiam
modo vniuersa tristitiarū genera siue que ex precedenti

ira descendunt: siue que acquisitione lucri vel detrimenti
illati nobis adueniunt: siue que de illata nobis generant
iniuria: siue que de irrationabili mentis ꝯfusione proce/
dunt: seu que letalem nobis desperationem inducunt: va
lebimus superare. quū eternarum rerum intuitus specu/
lantes/ semper leti ac imobiles perdurantes/ nec casibus
deiecti presentibus/ nec prosperis fuerimus elati: vtraq3
velut caduca et mox transeuntia cōtemplantes. hucusq3
Joan. cass. ¶ Item Nilus in titulo de tristitia. Tristitia
est meror anime: ⁊ insistit cogitationibus ire. Desiderator
namq3 est vltionis furor. si vero non adipiscitur vindictā
generabitur tristitia. Tristitia os est leonis ⁊ contristatū
deglutiet facile. Vermis cordis est tristitia. Prouerb. xxv.
Et omnis plaga tristitia cordis est. Eccli. xxv. ⁊. xxx. Tristi
tiam longe expelle a te. multos enim occidit tristitia. ⁊ nō
est vtilitas in illa. Nescit leticiam spiritualē ⁊ suauitatem
quum fuerit in tristitia monachus. neq3 mellis gustum/
qui febribus exuritur vehementer. Omniū bonorum im
pedimentum est meror. s. tristitie. Qui diligit mundū con
tristabitur multum. qui autem cōtemnit que in eo sunt: le
tabit semper. Qui spernit pecunias: sine tristitia est. Cu/
pidus in amaritudine est. Amator glorie lugebit quum
ignobilitas venerit. qui autem humilis est quasi cōuiuiū
eam suscipiet. Sensus dei gustus aufert tristitiam. gustus
seculi parit eam. Qui autem voluptates mundi abiecit:
molestiam non patitur a cogitationibus tristitie. ¶ Dici
tur in legenda beati Antonij egyptij. Vna est ratio vincē
di inimicum/ leticia spiritualis: ⁊ anime dominū semper
cogitantis iugis recordatio. Et de eo dr̄ ibi ꝙ semper hi/
larem faciem gerens/ liquido ostendebat se cogitare de
celestibus. sicut scriptura ait Eccli. xxvi. ꝑ alia verba: sed
magis ad literam Prouer. xv. ibi. Cor gaudens exhilara/
uit faciē. merore animi deiicit. Prouer. xvij. Anim⁹ gau/
dens etatem floridam facit. spiritus tristis exiccat ossa.
Corde letante vultus floret. in merore constitutus trista/
tur. ¶ In antiqua legenda beati Francisci legitur sic de
eo. Tantū autem diligebat virū letitia spirituali plenum
ꝙ pro generali cōmonitione in quodam capitulo conscri
bi fecit hec verba. Caueant fratres ne se ostendant extrin
secus nubilosos ⁊ hypocritas tristes. sed ostendāt se gau/
dentes in domino hilares ⁊ iocundos ⁊ cōuenienter gra
tiosos. Item super illud Mat. vj. Nolite fieri sicut hypo/
crite tristes. dicit Chrys. Non autem potest fieri vt sit hila
ris qui ieiunat. ideo non dixit. Nolite esse tristes. sed Noli
te fieri tristes. Qui em̄ per imposturas aliquas pallētes
apparent: illi non sunt tristes: sed fiunt. Qui autem natu
raliter propter assiduum ieiuniū tristis est: non fit tristis:
sed vere est. Hec sancta tristitia vertetur in gaudiū. Joā.
xvj. ¶ Sequitur de alia specie acidie. que est tedium vite

Tedium vite.

que prouenit ex longa tristitia. vt non solum displiceat ei
deo seruire: sed etiam viuere. Quod prouenit ex diuersis
causis. Quandoq3 est tedium vite ex amore dei ⁊ deside/
rio vite celestis. Philip. ij. ex. de renun. nisi. §. porro. Greg.
Sancti grauiter tolerant quicquid non sonat id quod
amant. Item ex conuersatione malorum mundi. ij. Pe. ij.
ibi. Animam iustam iniquis operibus cruciabant. Item
ex nimia tribulatiōe. Job. x. Tedet aīam meā vite mee. et
ij. ad Corin. j. ibi. Vt taederet etiam nos viuere. iij. Regū.
xix. de Helia: qui petijt anime sue vt moreret. ⁊ de Saul
ij. Regum. j. Multi desiderant mori vt presentes dolo/
res fugiant. et de doloribus sempiternis non cogitant. cō
tra quos Amos. v. Ve desiderantibus diē domini. ¶ Se

Desperatio.

quitur de desperatione alia filia acidie: que solet proue/
nire ex tristitia. Prouerbio. xv. In merore animi deijcitur
spiritus. scilicet in profundum desperationis. Et Prouer
bio. xvij. Spiritus tristis exiccat ossa. quia fortem animū
desiccat ab humore gratie: vt per peccatum desperatio/
nis frangatur. Ecclesiastici. xiiij. in principio. Felix qui
non habuit animi sui tristitiam: et non excidit ab spe
sua. Hieronymus super. viij. Psalmum dicit/ ꝙ magis

offendit deū Judas quando se suspendit: q̄ in hoc ꝙ eū
tradidit. De hoc peccato Jude de pe.dist. iij. iudas. et. c.
nihil.et.c.scelerato: . Hoc peccatum virtutem secundā.
theologicam scʒ spem adnihilat. quum dicat ps̄. xxx. Et
spes mea in deo est.et / In te dn̄e speraui. Et Esa.xl. Qui
sperant in dn̄o: habebunt fortitudinem.ps̄. xc. Sperauit
in me et liberabo eū. ¶ Contra hoc peccatum est memo-
ria dn̄ice passionis. Bernar. Peccaui peccatum grande:
cōscientia mea turbatur: sed non perturbatur. q: vulnerū
dn̄i recordabor. Quid tam ad mortem : quod non morte
christi soluatur? Si in mentem venerit tam potens tā
efficax medicamentum: nulla iam possuʒ morbi maligni
tate terreri. August. Nullus de misericordia dei desperet.
maior est em̄ ei⁹ misericordia q̄ nostra miseria. Tardius
siquidem videtur ei veniam dare: q̄ peccatori accipere.
Sic em̄ festinat a tormento conscientie reum absoluere:
quasi cum plus cruciet compassio miseri q̄ ipsum miserū
cōpassio sui. ¶ De desperatis dicitur Baruch.iij. Deputa
tus es cum descendentibus in infernum. Bern̄. Si supra
modū peccaui: non despero. q: supra modū doluit in quo
respiro. Si exacerbatur pater in inanitate sceleris mei:
mitigabitur in dolore filij sui. Item Bern̄. Omnino pro-
pter mansuetudinem que in te predicatur currimus post
te dn̄e iesu.ps̄. xliiij. Propter veritatem et mansuetudinē
⁊c. Mat.xj.ibi. Quia mitis sum. audientes ꝙ nō spernis
pauperē peccatorem .ps̄.xxj. Neq; despexit deprecationē
pauperis. Non horruisti cōfitentem latronem. Luc.xxiij.
xxvi.q.vj agnouimus.de pe.dist.j.importuna. Nec lachry-
mantem peccatricē. Luc.vij.j.q.vij.siquis. Non supplican
tem. Mat.xv.de pe.di.j.importuna.chananea. Non depre-
hensam in adulterio. Jo.viij.iij.q.vij.postulatus. Non se-
dentem in teloneo. Mat.ix. ⁊ Luc.v. Non supplicantē pu
blicanum. Luc.xviij. Non negantem discipulū. Luc.xxij.l.
di.ponderet.⁊.c.fidelior. Nō crucifixores tuos. Luc.xxiij.
Non persequētes discipulos.vij.q.j.§.hoc etiam tunc. In
odore ergo vnguentorum tuorum currem⁹. Cant.j.ex de sa
cra vnc.c.vnico.§.refert.v.christ⁹. ¶ Dicebat abbas Pe-
mē de abbate Ysidoro ꝙ quādo inimic⁹ conturbabat eū
⁊ suggerebat ei desperationem ⁊ penas: dicens / Post hec
oia in tormenta iturus es. dicebat ei Ysidorus / Quāuis
ego ad tormentum mittar: tamen te subtus me inuenio.
¶ Abbati quoq; Moysi frequenter apparuerunt spirit⁹
mali: dicentes / Euasisti nobis ⁊ nihil possum⁹ tibi facere.
quoniā quoties te per desperationem humiliare volueri
mus: exaltaris. quoties autē exaltare: ita te humilias vt
nullus de nobis accedat ad te. ¶ Iterum quidā senex tē
tabatur a cogitationibus per annos.x.ita etiam vt despe
raret: dicens / Perdidi animā meam. sed quatinus semel
perij: reuertar ad seculū. Quum autem proficisceretur: pre-
uenit ad eum vox dicēs illi. Decem anni in quibus depre
catus es / corone tue erunt. reuertere ergo ad locū tuum
⁊ ab omni malo cogitationis tue libero te. Non est ergo
bonum quemq; desperare propter cogitationes. Ille em̄
magis coronas ꝓuident.vij.q.j.aduersitas.de pe.dis.ij.si
em̄.si viriliter eas pertractantes transierimus sufferētes
non consentientes. Jac.j.de pe.di.ij.si em̄. Sed nota ꝙ nō
bene sperat: qui aliqualiter nō desperat. vt desperationis
metu cautio: fiat. ſm Hiero.de pe.di.ij.si em̄.post tres co-
lum.v.verū nec Montanus. De desperatione Cayn. Ge
ne.iiij.de pe.di.j.⁊ venit.⁊.c.serpēs.⁊.§.se.ex ijs.v. deniq;.
Hec desperatio vnū de sex peccatis in spiritumsanctū est
Mat.xij.vt legitur ⁊ no.de pe di.j.§.potest etiam.in glos.
peccatum in spiritūsanctum ⁊c. Est autem nedum despe-
ratio verbalis ⁊ mentalis: sed etiam quodāmodo actua-
lis.ar.bonū.xxiiij.q.iij.de illis.licet quis verbo non despe-
ret vel mente. scilicet continue peccare: et nunq̄ penitere
Et de talibus dicit Hiero.ꝙ assidue peccantiū non mise-
ret, de⁹.xxiij.di.diaconi.v.in fi. Et peccator: quū i ꝓfundū
malorum venerit cōtemnit. Prouer.xviij.xvij.di.nec licu
it.ex de iudi.cum non ab homine.§.j. De bona temporis
occupatione contra acidiam ⁊ eius filias maledictas.ex
de renun.nisi cum pridē.§. verū. ⁊ de con.dis.v.nunq̄. In-
ter alia remedia contra acidiam est consideratio pene fu
ture. Hiere.j. Quid tu vides Hieremia? Virgam vigilan
tem ego video. Virga vigilans a somno acidie est consi-
deratio pene eterne ⁊ iudicij finalis.

¶ Articulus.lxxvj. A

Liud vitium aliquo-
rum religiosorum istius tēporis qui habent
cōmune cū alijs secularibus: et vere plus q̄
alij seculares: est tumida ⁊ acephala sup̄bia.

Vitiosa religiosorū sup̄bia.

Superbia autē ſm Climacū in gradu.xxij.de sup̄bia. est
dei negatio: demonū inuentio: despectio hominū: cōdem-
nationis ⁊ iudicij mater: laudū proles: infructificationis
argumentum: a dei adiutorio effugatio: non spiritus sed
carnis extasis precursor ⁊ amentie: lapsuū ⁊ ruinarū con-
ciliatrix: defectionis occasio: furoris fons: hypocrisis por-
ta: demonum firmamentum: peccatorū custos: inuiscero-
sitatis adiutrix: cōpassionis ignorātia: rationis amarus
punitor ⁊ exquisitor: exactor: crudelis ⁊ inhuman⁹: dei lu-
ctator: cōtrarius: blasphemie radix. Initiū superbie / finis
vane glorie. Mediū / cōtemptus proximi: ⁊ laborum pro-
priorum ⁊ dolorū inuerecunda ꝓpalatio: laudis cordia-
lis amor: redargutionis odiū. Finis vero negatio dei ad-
iutorij: ⁊ ꝓprie festinātie ⁊ solicitudinis extollētia. Mos
demoniacus. Altū sapiens monachus cōtradicit vehemē
ter. humile vero sapiens contradicere nescit. Dedignatur
arrogans monachus ⁊ superbus corde obedientiam pos-
sidere. Vir altus corde desiderat principatū. Superbis
deus resistit. Jac.iiij.j. Pe.v. Quis ergo horū valet mise-
reri? Immundus est coram deo omnis arrogans corde.
Prouer.xvj.p alia illa de pe.di.ij.si em̄ vltra.v.colum.v.pe
trus. Et q̄s de cetero eos mundare valebit? Correptio et
disciplina / sup̄borū ruina ⁊ lapsus. stimulus vero / demon
Derelictio autē extasis mala ⁊ amētia. Qui amouet a se
redargutionē: passionē significauit. Qui odit correctio-
nem: vestigiū est peccatoris. Eccli.xxj. Accedēs vero a vin
culo soluitur scilicet peccato.ps̄.cxv. Dirupisti vincula pec
catoris. Superbia est diuitiarū spiritualiū ⁊ sudorū per-
ditio.ps̄.xvij. Clamauerunt nec erat q̄ saluos faceret pe-
nitus. q: cum superbia clamauerunt ad dn̄m. ⁊ nō exau-
diuit eos penitus. q: causas contra q̄s orabant non absci
derunt. Senex redarguebat superbientē fratrē. ille vero
ait. Indulge pater: q: superbus non sum. et senex ad eum
Et qualem ait fili euidentiorē ostensionem istius nobis
vitij exhibebis: q̄ ⁊ dicere / superbus non sum? Noli arro-
gans altū sapere: quū sis terrenus. Multi em̄ de celis eie
cti sunt quū fuissent immateriales ⁊ sancti. Esa.xiiij.de pe.
di.ij.principiū. ⁊.c.si em̄ inquit. ¶ B Monachus pro-
prie est non elatus oculus / humilis anime intuitus / ⁊ im-
motus corporis sensus. Monachus est q̄ impugnatores
instar bestiarū aduocat ⁊ irritat quū fugiunt ab eo. Mo
nachus est incessabilis excessus ⁊ tristitia vite.ij. Cor.vij.
Monachus est q̄ ita afficit ⁊ qualificatur virtutibus: sic-
ut alius delectationibus vitiosis ⁊ cōcupiscentijs. Mo-
nachus est incessabile lumē in oculo cordis. Monachus
est abyssus humilitatis. Superbia est nouissima aie penu
ria: diuitias scʒ spirituales.i.virtutes phantasticans: ⁊ lu
men in tenebris videre se arbitrans. Monach⁹ superbus
demone non indigebit. ipse em̄ de cetero sibiipsi fact⁹ est
demon ⁊ impugnator. In cordibus superborum fient ver
ba blasphemie. Progenies superbie sunt spiritualium
ruine et lapsus / ira / detractio / amaritudo / furor / et cla-
mor / blasphemia / hypocrisis / odium / inuidia / contradi-
ctio / volūtatis proprie cōplacētia ⁊ regulatio / impersua-
sibilitas / ⁊ inobediētia. Nemo potest venire in cognitio-
nem dei nisi per humilitatem. Via eundi sursum est ire
inferius. ¶ Omnia periculosa et omnes casus magi-
ni qui acciderunt in mundo : non nisi per elevationem

capitis acciderūt. sicut apparet in lucifero creato in celo. Esa. xiiij. Luce. x. de pe. di. ij. si em̄. ad si. ꝛ. c. principiū. Et in Adam inobediēte. Gen. iij. xi. di. quelibet. xi. q. iij. qd ergo Et in pharisco euangelico. Luc. xviij. Et oīa bona que facta sunt magna: propter inclinationē capitis facta sunt. sicut patet in beata ꝟgine. Luc. j. xxvij. q. ij. §. j. Et in publicano. Luc. xviij. Et in latrone sancto. Luc. xxiij. de pe. di. j. importuna. ꝛ pluribus alijs. ¶ Dixit quidā. Nō possem⁹ nos habere vnam molā grauem: que faceret nos semper caput humiliare? ar. Mat. xviij. ibi. Expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius. ex̄ de renunt. nisi. §. pro graui. Et dixit ei quidam. Quomodo possemus nos effugere istam superbiā? Rūdit Egidius. Laua tibi inde manus vbi posueris os: vbi tenes pedes. Si consideres bn̄ficia dei: debes inclinare caput tuū. Si consideres peccata tua: debes inclinare caput. Ue autē illi qui vult honorari de malitia sua. ex̄ de ex. pre. ꝙ graue. lxxxvj. di. donare. Si persistas corā dn̄o integre teipsum vituperās ꝛ inculpans superbiam quasi araneam reputabis. de pe. dis. j. veritas. sub. §. quecumqꝫ. Equus vero superbie vana gloria est super quē ascendit. sancta vero humilitas seipsam inculpans atqꝫ vituperans deridebit equū etiam ascensorē eius. in cantico Moysi Exo. xv. ¶ E Serapion in colla. de. viij. vitijs. Superbie genera sunt duo. Primū carnale scilicet de gloria mundi et carnis. Secundū spirituale. quod est etiā periculosius. Illos namqꝫ specialius impugnat quos in quibusdam virtutibus profecisse reperit Abachuc. j. Cibus ei⁹ electus. vbi Hiero. Job subuertere querit. ꝛ deuorato Juda ad turbandos apostolos expetit potestatem. Luc. xxij. de pe. disti. ij. si em̄. ad tres colū. ꝟ. frustra. ¶ D Est superbia in religiosis sicut et in alijs. In ornatu ꝛ habitu delicato. Hester. xiiij. Tu scis infirmitatem meā ꝛ necessitatem meam: q2 abominer signū superbie ꝛ glorie mee quod est super caput meū. In vestitu ne glorieris vnqꝫ. Eccli. xi. Et diues ille indutus erat purpura ꝛ bysso ad suam ostentationē. Luc. xvj. de hac. xxi. q. iiij. c. j. ꝛ. c. di. contra morem. Jam religiosi irreligiosi contra eorum regulas ꝛ statuta in vestibus preciositatē querūt, si possunt, non vtilitatem. Longitudo per terrā serpit. plicatur cū sururis subtilissimis. multe sunt. capitia post nates descendūt. amplitudo ei⁹ vt tentorium est. Chordula minorum subtilis ꝛ alba plurimis nodulis terrā tangit. Quod a Frācisco humili pro dedecore datū est; priuign⁹ eius accipit ad decorē. Crucis habit⁹ crucē cōculcat. quales foris tales intus. xli. di. §. fi. Uide. j. §. se. ꝟ. contra superbiam ornatuū in isto ar. ꝛ in. ꝟ. in qua preciositate. cum. ij. se. Item est in actu. ps̄. c. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Exemplū de Nenroth superbo robusto hominū oppressore. Gene. x. vj. di. §. fi. in fi. Itē superbia in ꝟbo. sicut i Antiocho. ij. Macha. ix. Et in Sennacherib ꝛ Rapsace principe suo. Esa. xxxvj. ꝛ. xxxvij. ps̄. xvj Os eorum locutum est superbiam. xlvj. di. c. j. de pe. di. ij. si em̄. vltra mediū. ꝟ. nonne. ibi. loquūtur grandia. Et tot⁹ eorum sermo superbia est. Quod ad literā religiosos precipue tangit. q2 ꝛ in disputationibus et predicationibus ꝛ cōmunibus locutionibus arrogāter ꝛ pōpatice loquūtur: ꝛ actus ꝛ signa superbie ostendunt: ꝛ se extollunt ꝛ laudant: ꝛ noua ꝛ subtilia fari gestiūt: ꝛ suas opiniones magnificare: ꝛ aliorū deprimere ꝛ conculcare. nec patiuntur sibi ab aliquo cōtradici. ꝛ ostentant que sciunt ꝛ nesciunt ꝛ que non intelligūt frequenter exponūt ꝛ simulant se intelligere. qd̄ prohibet Chalcedonense conciliū. xviij. q. ij. quidam monachorū. Et contra illud quod dicit Ambro. in li. de officijs: ꝛ est. xi. q. iij. siquis vero. ibi. Quoniā veritatis ea regula est: vt nihil facias cōmendandi causa tui quo minor alius fiat. neqꝫ si aliquid boni operis habeas: id ad deformationem alterius ꝛ vituperationē exerceas. Nam ꝛ aliorū honores non debent esse alijs occasio nocēdi. C. de statuis ꝛ imagi. l. vlti. Nec aliquis debet appetere per quod honor aliorū imminuatur. xcix. di. nullus. Item superbia in loco. ps̄. lxxiij. Superbia eorū qui te oderunt ascendit semper. Et tales religiosi appetunt ad literā primas cathedras in synagogis: ꝛ primos accubit⁹ in cenis Mat. xxiij. vbi Rabanus. Notandū ꝙ non salutari in foro, non primo sedere vel discūbere vetat eos quibus hoc officij ratione competit: sed eos qui hec siue habita siue non habita indebite amant: a fidelibus quasi improbos docet eos cauendos. De superbia pro loco vel in loco. xlviij. di. §. j. cum. ij. c. se. ꝟ. elatio. Et superbia ppriedia|bolo attribuitur. Luc. xiiij. Recūbe in nouissimo loco. ¶ E Contra hanc quadruplicem speciem superbie attende christi quadruplicem humilitate. Luc. ij. Inuenietis infantem. i. non fantem, contra superbiā in verbo. Pānis inuolutum contra superbiā in ornatu. Et inuolutū, contra superbiā in actu manuum vel incessu pedum. Positum in presepio contra superbiā in loco. ¶ F Item Greg. quadruplicē superbiam ponit principaliter in moralibus. Una est quū quis quod habet, a deo se habere non recognoscit. cōtra illud Ro. xi. Quis prior dedit illi: ꝛ retribuetur ei? quoniā ex ipso, ꝛ per ipsum, ꝛ in ipso sunt omnia. Et. j. ad Corin. iiij. Quid habes quod nō accepisti? Si autē accepisti: qd gloriaris quasi non acceperis? Unus magn⁹ gradus humilitatis est in homine, cognoscere semp se esse contrariū bono suo. Ramus humilitatis ꝛ donū est, reddere aliena ꝛ non sibi appropriare ea. hoc est oīa bona deo attribuere cuius sunt: ꝛ sibi mala. Jac. j. Omne donum ꝛc. ij. q. j. ꝙ pio. Beatus qui se habet vilem corā hominibus: sicut se vilem inuenit coram deo. Beatus qui se iudicat nunc: q2 non veniet in aliud iudicium. j. Cor. xi. de pe. di. j. iudicet. Beat⁹ hō q̄ ambulat fideliter ad iudicium ꝛ ad obediētiā alterius. Hoc em̄ fecerunt apostoli etiā repleti iam spiritusancto. xxi. di. in nouo. xcij. di. qui cathedram. Qui vult pacem ꝛ trāquillitatem habere: omnem hominem reputet superiorem suū ꝛ dominum. Luc. xxij. Qui maior est in vobis fiat sicut minor. Idem Matthei. xx. Beat⁹ ille qui non vult videri in suis verbis ꝛ moribus: nisi in illa compositione in qua diuina gratia cōposuit eum. Mat. vj. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis coram hoīбus vt videamini ab eis. ¶ Alia est quum quod habet boni tēporalis vel spiritualis, suis meritis se reputat habuisse. contra id j. ad Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum. Si autē gratia iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia Ad roma. xi. j. q. j. gratia. ¶ Alia est quū quis se iactat vel reputat habere quod non habet. contra id Apoca. iij. Dicis ꝙ diues sum ꝛ locupletatus: ꝛ nulli⁹ egeo: ꝛ nescis q2 tu es miser ꝛ miserabilis ꝛ paup ꝛ cecus ꝛ nudus. ¶ Alia est quum quis nō appetit ꝙ aliquis habeat qd̄ ipse habet ꝛ singulariter vult in omnibus apparere. Ista est superbia istius euangelici pharisei. Luce. xviij. qui ascendit in templum, dicens. Non sum sicut ceteri hominum. Isti inuidi sunt filij superborū. q2 mater inuidie s̄m Aug. superbia est. vnde dicit. Tolle matrē: non erit filia. q2 superbus parē non patitur. sicut patet in lucifero. Esa. xiiij. ꝛ de pe. dis. ij. principium. Adde hic qd̄ scripsi. j. §. prox. ꝟ. j. ¶ Joā. cassi. in. xij. li. de spiritu superbie. Hui⁹ bestie immanis ꝛ seuissime duo sunt genera. Unū quo spirituales viri summiqꝫ pulsantur. Aliud quo incipientes penitentiam carnalesqꝫ cōplectitur. Quemadmodū vero hui⁹ morbi virus perniciosissimū deuitemus, instrui poterimus: si ruine angelice causas atqꝫ originem prosequamur. Esa. xiiij. Lucifer namqꝫ indutus diuina claritate, ꝛ inter ceteras superbas virtutes cōditoris largitate prefulgens. de pe. dist. ij. principium. ꝛ splendorē sapientie et virtutum plenitudinē q̄ ornabatur gratia conditoris nature sue potentia nō munificentie illius beneficio se credidit obtinere. Et ob hoc elatus tamq̄ qui ad perseuerantiam puritatis huius diuino non egeret auxilio: deo se similem iudicauit: vtpote qui nullius indigeret. ps̄. xv. Bonorum meorū non indiges. quemadmodum deus auxilio liberi scilicet arbitrij libertate confisus per illam credens affluēter sibimet oīa suppeditari

Supbia quadruplex.

suppeditari que ad consummationē virtutum vel perpetuitatē summe beatitudinis ptinerent. Hec ei sola cogitatio facta ruina est. ob quā desertus a deo quo se credidit nō egere: instabilis repente ac nutabūdus effect⁹/ ⁊ infirmitatem ꝓprie nature ꝑsensit: ⁊ beatitudinē qua dei munere fruebatur amisit. Et quia dilexit. ps. lj. vba precipitationis: quibus diperat/ scz corde/ In celum conscendam. ⁊ linguaz dolosam qua vel de se dixit. Esa. xiiij. Ero similis altissimo. vel de Adā ⁊ Eua. Eritis sicut dij. Gen. ij. ps. lj. deus destruet illum in finem. euellet eum. ⁊ emigrabit de tabernaculo suo: ⁊ radicem suam (supbos charactere superbie infectos. Apoca. xx.) de terra viuentium. Tunc ruinam eius iusti videntes timebunt/ electi ⁊ boni angeli. de ꝯse. dist. j. hi duo. ⁊ super eum ridebunt dicentes. (Quod etiā ad hos qui sine protectione ⁊ auxilio dei summū bonum perficere confidunt. xxiiij. q. iij. quidam. §. pelagiani. ext. de here. ad nostrū. §. v. in demē. iustissime dirigitur.) Ecce homo qui nō posuit deū adiutorem suū. sz sperauit in multitudine diuitiarum suarum. ⁊ preualuit in vanitate sua. ¶ B Contra hanc superbiam Dauid ps. cxxx. Domine non est exaltatum cor meū: neqz elati sunt oculi mei. Neqz ambulaui i magnis neqz in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam ⁊c. Et iterum. ps. c. Non habitabit in medio dom⁹ mee qui facit superbiam. Iterum orat. Non veniat mihi pes. scz affectus superbie. sciens quia deus superbis resistit. Jac. iiij. ⁊ j. Pe. v. Sed notādum quare singulariter dicitur ꝙ deus superbis resistat. Alia namqz vitia vel in vnūquēqz delinquentium tantūmodo retorquentur. vel in suos participes. i. in alios hoies videnť admitti. Hoc vero ꝓprie pertingit ad deum: ⁊ eum specialiter dignuz est habere contrariū. Item q: sicut deus dicit/ Ego sum Exo. iij. Jo. viij. Ita ois superb⁹ dicit/ Ego sum scz bon⁹ sapiēs/ pulcher/ nobilis/ diues. Apoc. iij. ⁊ supra vbi alia. ⁊ sic quodāmodo deum se facit. sicut sathan deo similez se esse voluit. Esa. xiiij. Unde Ezech. xxviij. Dixisti. Deus ego sum. ⁊ in cathedra dei sedi. Hanc supbiam luciferi christus sua humilitate curauit. Ille dicit/ in celū conscēdam. Esa. xiiij. Iste dicit. in ps. cxlij. Humiliata est in terra vita mea. Ille dicit/ Ero similis altissimo. Iste quū in forma dei esset: semetipsum exinaniuit ⁊ humiliauit formā serui accipiēs. Phil. ij. Ille dicit. Esa. xiiij. Sup astra dei exaltabo soliū meuz. Iste dicit. Mat. xj. Discite a me q: mitis sum ⁊ humilis corde. Iste dicit. Nescio dominū: ⁊ israel nō dimitto. Exo. v. Iste dicit/ Si dixero quia non noui eū: ero similis vobis mendax. Jo. viij. Quidam frater ꝓbatissimo seni cōfessus est. vitio carnis se grauissime impugnari. Nā ꝯtra vsum nature desiderio patiēdi magis ꝙ inferēdi ignominiā intolerabili estu libidinis vrebatur. Uide qđ no. xxxij. q. vij. adulterij. in glos. ij. Cui senior originē morbi preuidens grauiter ingemiscēs ait. Tā nequā spūi tradi te dñs nequaꝙ ꝑmisisset nisi aliqđ blasphemasses in eum. qđ ille cōfessus est. scz in dei filiuz se cogitatione impia blasphemasse. ¶ D Ois indicijs

Cur deus resistere dicať superbis.

supbia agnoscitur. Inest primit⁹ in loquela eius clamor. In taciturnitate amaritudo. Excelsus ⁊ effusus in leticia. Risus irrationabilis. In serietate tristitia. In respōsione rancor. Facilitas in sermone. Uerba passim sine vlla cordis grauitate erumpentia. Expers patiētie. Incōpassiuus. Audax ad cōtumelias irrogandas. Ad tolerādum pusillanimis. Ad obediendū difficilis. nisi in quo eum desiderium suū voluntasqz preuenerit. Ad recipiendam exhortationē implacabilis. Ad resecandas volūtates infirmus. Ad succūbenduz alijs durissimus. sempqz suas definitiones statuere cōtendens: ipse vero nequaꝙ cedere alterius acquiescens. Et ita fit vt incapax cōsilij salutaris effectus/ suo potius credat ꝙ iudicio seniorū. Nullo modo poterit in aia virtutum structura consurgere: nisi prius iacta fuerint vere humilitatis in corde nostro fundamina: que firmissime collocata perfectionis ⁊

Indicia supbie.

charitatis culmen valeant sustinere. ita videlz vt primū fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis exhibeamus affectu: in nullo scz acquiescentes eos contristare vel ledere. qđ nullatenus poterim⁹ implere: nisi renūtiatio vera/ que in expoliatione omniū facultatum ac nuditate consistit: in nobis fuerit christi amore fundata. Deinde obedientie iugum et subiectio simplici corde ac sine vlla fuerit simulatione suscepta. ita vt preter abbatis mandatum nulla penitus voluntas viuat in nobis. Quod nō alius poterit obseruare: nisi qui non solum se mortuū huic mundo/ verum insipientem iudicauerit ac stultum vniuersaqz que fuerint a senioribus imperata/ sine vlla discretione perficiat sacrosancta ea credens ac diuinitus ꝓmulgata. hucusqz Joā. cass. ¶ Superbia est timor animi repletus sanie. Aduētum supbie xenodoxia nuntiat. Ne dederis in supbiam animā tuam: ⁊ non videbis phantasias horribiles. Anima supbi derelinquitur a deo: ⁊ demonū efficitur gaudium. Per diem conturbať cogitationū formidine. ⁊ vmbram auiū expauescit. Uox folij superbo fauorem incutit. Superbus monachus arbor sine radice: ⁊ non sufferet impetus ventorum. Quādo conscenderis in virtutum culmina: tunc tibi cautela plurima necessaria est. Qui em̄ in pauimento ceciderit: velocius surgit. Qui vero ab alto corruet: mortis periculum sustinet. ¶ Egidius. Beatus qui abscondit reuelationem dñi. quia nihil occultum qđ non reuelet deus quū vult. Siquis esset sanctior in hoc mundo: ⁊ reputaret se viliorem de mūdo: in hoc esset humilitas. Humilitas nescit loqui. ⁊ patientia nō audet loqui. Humilitas mihi esse videtur quasi fulgur. Sicut enim fulgur facit percussiones terribiles: ⁊ postmodum nihil potest inueniri ex eo. sic humilitas dissipat omne peccatuz: ⁊ est inimica ois peccati: ⁊ facit hominez seipsum nihil reputari. Per humilitatē inuenit homo gratiā coram deo ⁊ pacez cum hoibus. Sicut em̄ si aliquis magnus vellet mittere filium ad aliquē locuz: nō poneret eum super equū indomitum irosum ⁊ calcitrosum: sed super equū mansuetū ⁊ suauiter ambulantem. sic deus nō ponit gratiam suaz in superbis: sed humilibus. Chryso. Humilis a nulla capitur passione. non ira hunc molestare potest. non glorie cupido. non emulatio. non zelotypia. Aug. Pergite viā pede humilitatis. Ipse exaltat humiliter sequentes: quē descendere non piguit adiacentes. Aug. Alta flectuntur ⁊ vacua replentur. Nūquid qui humilibus dat gratiam: humili aufert datam? Jaco. iiij. Ergo argumentū supbie est subtractio gratie. in ps. xviij. Et emundabor a delicto maximo. glos. i. superbia. Eccli. x. Est odibilis coram deo ⁊ hominibus supbia. ⁊ j. Quid supbis terra ⁊ cinis? ⁊ j. Initium supbie hois apostatare a deo. qm̄ ab eo qui fecit illum recessit cor eius. qm̄ initium ois peccati est supbia. qui tenuerit illam adimplebitur maledictis. i. vitijs. Interlinearis glos. dicit. De supbia nascūtur schismata/ hereses/ detractiones/ inuidia/ verbositas/ iactantia/ cōtentiones ⁊ hmōi. Esa. xxviij. Ue corone supbie effraym. Sap. v. Quid profuit nobis supbia? dicūt dānati. Eccli. iij. Synagoge supboꝝ non erit sanitas. Durissimū verbū contra supbos/ ꝙ hoc vitium nō sanatur. Uitium supbie caput est serpentis antiqui. Gen. iij. Ipsa conteret caput tuuz. Serpens modica percussione capitis extinguitur. Hiero. Lubricus est antiquus serpens. nisi capite teneatur: totus statim elabitur. Caput vitioꝝ superbiam fugere debemus. de quo capite/ Non est caput nequius super caput colubri. Eccli. xxv. Extincto hoc capite facile alia vitia extinguūtur. Chryso. Tolle hoc vitium/ vt nō velint hoies hoibus apparere: ⁊ sine labore omnia vitia resecāť. Dauid Goliath in fronte percutit ⁊ occidit. j. Regū xvij. Et (sic em̄ interpretatur Dauid/ manu fortis.) supbiam extinguit. ⁊ israel. i. aia videns deū liberaf. ¶ Superbia turris Babel est: que vult celum ꝑtingere. Gen. xj. quia supbia precipue celestes ⁊ spirituales ⁊ religio-

sos impugnat. ⁊ magnam partem deijcit. ps. xc. Unde a dextris cadunt decē milia. Superbia natione celestes im-
petit mentes. Et frater Jacobus tudertinus ait. Super-
bia in celis sedet: humilitas in sterquilinio. sup illud ps
xviij. Si mei nō fuerint do. tunc imacu. ero. ⁊ emū. a deli.
maximo. Dicit glo. Uitium supbie vltimū redeuntib⁹ ad
dñm: ⁊ primū recedentibus. Alijs vitijs fugientibus su-
perbia in campo remanet: nō cessans ab impugnatione
hois quādiu viuit. Item super pre. ṽ. Tunc imaculatus
ero. glos. Superbia est initiū ⁊ causa ois peccati. qua qui
caret vere est imaculatus. Job penult. Ipse est rex super
omnes filios supbie. Grego. Euidentissimū signū repro-
boꝝ superbia est. humilitas electoꝝ. Quū ergo quis eaꝫ
habere cognoscitur: sub quo rege sit vel militet inuenit.
Supbus imago diaboli est per similitudinē ⁊ eius cha-
racterem portat. Apoc. xix. Grego. Apostate angelo ho-
mo similis efficitur: dum homo hoibus similis esse dedi-
gnatur. Prouerb. xiij. Inter supbos semper iurgia sunt.
In ps. j. In cathedra pestilentie non sedit. glos. Pestilen-
tie est morbus late peruagatus: quo pene oēs inuoluun-
tur. hic est amor domināadi: quo vix caret aliquis. quoniā
pauci euadunt quibus libido dominādi nō dñet. Bern.
Fornicator semetipm dehonestat. Iniuriosus proximuꝫ
molestat. Elatus quātum in se est deum inhonorat. Glo-
riam meā alteri non dabo. Esa. xlij. ait dñs. Et superbus.
Et ego eam mihi etsi non dederis vsurpabo. Job. xxxj.
Osculatus sum manū meā ore meo. q est iniquitas maxi-
ma. quia victorie sui gratiā negare conuincit. ad Roma.
vij. Uictoria aūt per Jesum christuꝫ. quisquis sibi tribuit
qḋ operatur. Item Greg. Quū omnia vitia a deo fugi-
ant: sola supbia se deo opponit. Sup illud Job. xv. Pin-
gui ceruice armat⁹ est. Ceruix est opulenta supbia affluē-
tibus rebus. Augu. Uermis diuitiarū superbia est. Item
Greg. Quāto coram hoibus est gloriosior: tanto coram
deo ⁊ angelis eius eris vilior. Amos. vj. Detestor ego su-
perbiā. Prouerb. vj. Odit deus oculos sublimes. Hugo
de sancto victore. Supbia aufert mihi deum: inuidia p-
ximū: ira meipm. Greg. Propter magnū pctm superbie
deus humilis venit. Phil. ij. Iste ingens morbus aiaruꝫ
oipotentem medicū de celo adduxit: vsq ad formā serui
humiliauit: cōtumelijs egit: ligno suspendit: vt salute tā-
te medicine curaretur hic tumor. Erubescat hō esse sup-
bus: pꝑter qḋ factus est humilis deus. Esa. v. Humilia-
bitur vir: ⁊ oculi sublimium deprimentur. Hiere. lj. Ecce
ego ad te mons pestifer. Abdi. j. Si exaltatus fueris ⁊c.
ps. xxx. Retribuet abundanter facientibus superbiam.
¶ I Cadit per supbiā lucifer de celo. Esa. xiiij. xvj. q. ij.
visis. xl. di. quelibet. Adā de paradiso. xl. dist. p. c. quelibet.
⁊. c. adam. de pe. di. ij. §. romanos. ṽ. adam. ⁊. ṽ. item sine
charitate. ⁊. c. quō. c. pnceps. c. qm̄. Saul de regno. j. Reg.
xv. de pe. di. ij. fugerat. Cayn a dei grā. q: superbus pctm
noluit cōfiteri. Gen. iiij. de pe. di. j. §. ex his. ṽ. cayn quoq
⁊. c. serpens. Roboam priuatur decem tribubus. qui ait.
Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.
iij. Reg. xij. vij. q. j. deniq. Sennacherib punit. Esa. xxxvij.
Supbia tua ascendit ⁊c. Nabuchodonosor. Daniel. v. de
pe. dis. j. §. ex his. ṽ. nabuchodonosor quoq. c. quēobrem.
Et Holofernes. Judith. vj. ⁊. xiiij. ⁊. xv. Et Aman. Hester
vij. Antiochus. ij. Macha. ix. Phariseus. Luce. xviij. Pe-
trus presumens. Matth. xxvj. l. di. fidelior. Prouerb. xv.
Abominatio dñi est ois arrogans. Sap. iiij. Dirūpet de⁹
inflatos. Super illud. j. Macha. vj. de Eleazaro elephā-
tem interficiente. ⁊ ab eo oppressus est. glos. Sub hoste
quē occidit moritur: qui de culpa quā superat eleuatur.
Grego. Ualde male diiudicant: qui ad mercedem eoruꝫ
sufficere humanos fauores putāt. Itē. Quū p bono ope-
laus trāsitoria qritur: res eterna retributiōe digna vili pre-
cio venditur. Job. xviij. Cōsumat brachia ipsi⁹ pmogenita
mors. glos. ibi pmogenita mors est supbia initiū ois pcti
glos. sup illud Jo. vj. Hec est volūtas ei⁹. De tumētib⁹ pe-
rit. de pusillis nihil. Eccli. iij. Synagoge superboꝝ non
erit sanitas. Job. xvj. Cūctis dieb⁹ vite sue supbit impi⁹.
Aug. Nemo insanabilior eo qui sibi sanus videt. Bern.
Scio lōge esse a salute membrū quod obstupuit: ⁊ egrū
se non sentientem periculosius laborare. Seneca. Ideo
ad sanitatem difficulter puenimus: q: nos egrotare ne-
scimus. Supbus nō videt. Aug. Tumor claudebat ocu-
los meos. ⁊ ideo non timet. Timor dñi sanctus oēm tu-
morem expellit. ⁊ custodit oia illa bona que nō possunt
dici nec cogitari. qḋ donū quia magnū est paucis datuꝫ
est. Qui nō timet: ostendit se nō habere quod perdit. Ti-
mor dei regit homies: ⁊ facit eos venire in gratiam dei.
quā si homo habet. timor dei conseruat eam. ⁊ si non ha-
bet. facit ad eam puenire. Omnes creature que cecide-
rūt nunq̄ cecidissent: si h̄ donū habuissent. Eccli. xxvij.
Si non in timore dei firmaueris te instanter: cito subuer-
tetur domus tua. Hoc sanctū donū nō est nisi sanctoꝝ et
sanctarū. ⁊ qn̄ aliquis est magis gratiosus: magis est hu-
milis ⁊ timoratus. ¶ L Species supbie due sunt. Una
est interior: altera exterior. Interior in superbiam intelle-
ctus ⁊ supbiam affectus diuiditur. Supbia intellect⁹

Supbie spēs.

quatuor habet species. Prima laborant philosophi dicē-
tes. ps. xj. Labia nostra a nobis sunt. quis noster domin⁹
est? Secunda ingrati. quia putant se habere bona pro
meritis. Bern. Exaggera queuis merita: ⁊ extolle sudo-
res. ps. lxij. Melior est misericordia dñi sup vitas. Con-
tra hanc Paulus. j. ad Cor. xv. Gratia dei sum id quod
sum. ⁊ supra dixi. ⁊ ps. cij. Qui coronat te in misericordia
⁊ miseratiōibus. Tertia q magn⁹ est ⁊ magnū se repu-
tat. qḋ est maxima in intellectu superbia. qḋ apparet per
cōtrariam eius virtutem. De qua Bern. Magna est ⁊ ca-
ra ⁊ rara virtus pfecto mirabilem te apparere: ⁊ contē-
ptibilem reputare. ego hoc ceteris virtutibus mirabili⁹
iudico. Et iterum idem. Magna prorsus ⁊ rara virtus
humilitas honorata. Et Chryso. Hoc de magnū ⁊ mira-
bile est: si is qui vere magnus est nihil de se magna sen-
tit aut loquitur: sed omniū se vltimuꝫ iudicat. Prouerb.
xxvj. Uidisti hoiem sapientē sibi videri: magis illo habe-
bit spem stultus. Et talis deo ingratissimus est. q: de suo
beneficio gloriatur. Bern. Nūquid perit quod datur in-
grato? Quarta species est q talis nō vult sibi parem vi-
dere: sed solus super oēs sedere. Adde hic quod scripsi su-
pra in. §. primo. ṽ. Item Greg. De hoc Hieronymus lo-
quens contra prelatos. Dñici patrimonij dāna conquiri-
tis: dum soli vultis in ecclesijs potentari. Non sic Abraā.
Gen. xviij. Loquar ad dñm quū sim puluis ⁊ cinis. Ubi
Greg. Aperte cernimus in quo loco se posuerat: q se pul-
uerem ⁊ cinerem etiam quū loqueretur dño estimabat.
Qua ergo pena feriendi sunt: qui ad summa nō profici-
unt: ⁊ de infimis se extollunt. Bern. Noli te cōparare ma-
ioribus: noli minoribus: noli alicui: noli vni. Qui enim
scis an minus ille cuius vitam sceleratissimā ac singula-
riter feridam horres: ⁊ pꝑterea spernis: melior te in se q-
dem futurus sit: in deo vero iam sit? Recūbe ergo in loco
nouissimo. Luce. xiiij. Idem. In anima non est timenda
quātalibet humiliatio. Horrenda autem nimiūq pauē-
da vel minima presumpta erectio. sicuti siquis ingredit
per ostium bassum: nō est periculum quātumcūq se indi-
nauerit. nocet autem plurimū: si plus q̄ mensura ostij pa-
titur te erexeris ⁊ impingas ⁊ conquassato capite colli-
daris. Bern. Phariseus exufflauit misericordiam: dum
dissimulauit miseriam. Luce. xviij. Item Bern. Nolo vt
nusq̄ arbitreris lucere solem cōmunem: nisi in cella tua.
nusq̄ esse serenū: nisi penes te. nusq̄ operari gratiā dei:
nisi in cōscientia tua. Malo te cogitare vbiq esse serenū
nisi apud te: ⁊ peius de te q̄ de alio estimare. Sup illud
Matth. v. Qui autē dixerit fatue ⁊c. glos. Non modicus
furor est quē deus sapiētie sale cōdiuit infatuatū dicere:
⁊ salienti deo derogare. Item Bern. Qui pfecte exami-
nando semetipm intelligit: suo pctō nullius pctm̄ existi-

mat maius: quod nō fuit suū intellectū. ¶ Timēda etiā est superbia in affectu. Unde et dñs distulit incarnari: vt presumptio cessaret humana: que nec naturalem nec scriptam legem per se poterat adimplere. Propter hoc etiā deus aliquotiēs permittit aliquos cadere in aliqđ mortale: vt non presumant. Aug. Audeo dicere superbis esse vtile cadere in aliquod mortale apertum peccatū. vnde sibi displiceāt: qui sibi iam placēdo ceciderūt. Salubrius enī Petrus quādo fleuit sibi displicuit: q̄ placuit quum presumpsit. Ad hoc. l. di. considerandum. et c. fidelior. Itē Augu. super ps. xxx. Infirmata est in paupertate virtus mea et c. Non firmaretur (inquit) nisi infirmaretur. Multos impedita firmitate presumptio firmitatis. Itē Grego. Dauid cadente nemo superbiat. j. q. vij. siquis omnem. de pe. di. iij. ille rex. ¶ De speciebus p̄sumptiōis. Una est quū aliqs presumit quod alij non presumūt. vt in opinionibus, in conscientia, et in audacia extreme vite, in infirmo tempore et carnali aggrediens perfectorū semitas de egypto. qui fuerunt gigantes: nos vero locuste. Numeri. xiij. in fi. Alia species quādo aliquis cōfidit et p̄sumit de viribus suis vel sciētia vel amicis. Hiere. xvij. Maledictus homo qui cōfidit in hoīe et c. Esa. xxxvi. Ecce cōfidis super baculum et c. xxiij. q. iij. §. j. Tertia quādo aliquis p̄sumit de victoria qui adhuc est ī bello. iij. Reg. xx. Non glorietur accinctus et c. Et vocat glos. accinctum illum qui adhuc est in armis et in acie. discinctum vero: q̄ victor est et arma deposuit. Et ideo dixit quidā pater fratri dicenti se mortuū. Et si tu mortuus es: diabolus mortuus nō est. Greg. Quis vero tute potest laudari: qui et de preterito meminit se habere qđ doleat: et de futuro videt sibi superesse quod timeat? Alia quādo quis de perfectione presumit: qui adhuc in inchoatione est. ps. lxxvi. et dixi nūc. Greg. Si a bonis inchoatis nolumus lassescere: necesse est vt semp credamus nos ichoare. Alia quū de peccātō presumit exire quum voluerit. Eccli. xxix. Repromissio nequissima multos perdit. De superbia exteriori que apparet in ipso corpore hoīs, in equis, in ornatu, in amplitudine familie, in cōuiuijs, in edificijs, in vtensilibus, et libris deauratis, require in summa de vitijs. et tetigi supra in defectib9 prelatorū in ista parte. ij. in. §. septima. in p̄n. et in fi. et in. §. nūc autem. v. offendunt. ar. xvi. et tangam inferius. ¶ Est autē superbia membrorū, oris, colli, oculorū, pedum, et manuū. De superbia oris ps. xj. Disperdet dominus vniuersa labia dolosa et linguam magniloquā. Prouer. xiiij. In ore stulti virga superbie. xlvi. di. c. j. de pe. di. ij. si enī inquit. post. v. colum. v. hi sunt fontes. ibi. Superbia enī vanitatis loquūtur. et c. j. Totus eorum sermo superbia est. De extollentia oculorū. Eccli. xxiij. Extollentiam oculorū meorū ne dederis mihi. Prouerb. vj. Odit deus oculos sublimes. De superbia ceruicis vel colli Job. xv. Cucurrit aduersus deum extento collo. ps. cxxviij. Dñs iustus concidet ceruices peccatorū.

Presumptionis spēs.

De superbia ceterorū membrorū Esa. iij. Pro eo q̄ eleuate sunt filie sion: et ambulauerūt extento collo: et nutib9 oculorū ibant: et plaudebant et ambulabāt pedibus suis: et composito gradu incedebāt. ¶ Narrat Jo. cas. in lib. coll. collatione. j. Sereni de spūalibus nequitijs, q̄ sunt quidam demones dicti cacubi hoīes inficientes: vt nunc se erigant quodam inani tumore supra proceritatem sui corporis: nunc vero se velut accliues et humiles submittant. Qui vero demones supra gentem vanigloriosam Hispanam supra ceteras nationes: que de sordibus barbe et capitis et manuū et vnguiū gloriatur: plenū dñium acceperunt. qui cōmuniter a talibus demonibus agitati p̄sertim eorū nobiles nūc caput inclinant. nunc eleuāt: oculos trans celum leuant. xxxvij. di. nōnc. nūc in terram defigunt: neminē recte vix inspicientes. cum medio fanko ore vix loquelā pronūtiātes. pedes obliquāt poeuia: nō facientes gressus rectos. cōtra id. xlix. di. c. ij. v. claudus. totos se torquēt siue eqtātes. siue peditātes. brachia nuda etiā mulierculē nobiles extendūt. man9 ad latus ponūt. tibias sup alias tibias vel genua ponūt discriminati et incompti. et quidam compti nimis compti et comati incedunt: capillaturam et ligaturā in ea sicut mulierculē facientes: et pannos longos per luta ducentes: lendes et pediculos in cesarie et barbis habentes. Contra apostolum. j. ad Corī. xj. Vir quidem si comam nutriat: ignominia est illi. ab vna parte scissa tunica latus aperte portātes: stercus in capite, et aurū in pedibus baiulantes: brachia vsq̄ ad cubitum discooperta habentes. aliqui ex lasciuia camisijs nō vtentes. sotulares deauratos cum rostris longis et recuruis habentes: foderaturas mantella totum siue de vario siue de pellibus albis cuniculorū supra latus sinistrū cubiti hoībus ostendentes: caudas retro in capillis et barbis et manicis habētes: capillos barbarum diuidentes et complectentes: et alijs absq̄ numero gesticulationibus corporeis et actibus supbie et vane glorie abutentes: te in suis pessimis moribus et vitijs gloriantes. Contra quos Jaco. iiij. Nūc autem exultatis in supbijs vestris. Et poeta. Gloria peccati nulla petēda tibi. ex de excess. pla. qui fit. ¶ Contra superbiam eorum scz qui vix alios dignātur respicere rectis oculis: multū debet homo timere a superbia sua ne p̄cipitet ipsum. Caue semp a teipso. Non est pfecta securitas hoī: dum est inter inimicos suos. Inimicus vero est caro nostra et supbia nostra. et ipsam cum demonibus semp est aduersaria anime nostre. Maiorem ergo timorem debet homo hēre de superbia sua: ne precipitet eum q̄ de re alia mūdi. Impossibile est q̄ homo possit ad gratiam dei puenire sine sancto timore et humilitate. quā siquis nō habet: signum est pereundi. Adde hic qđ scripsi. j. in ar. lxxxiiij. in. §. sunt autem. v. frater egidius. Hic timor et humilitas facit flectere caput vsq̄ ad terram sub iugo obedientie. et quāto quis plus timet et humilis est: plus orat. Magnū autem est cui datur gratia orationis que ipsam fouet humilitatem. Opera autem hoīs quantūcūq̄ videantur magna nō sunt s̄m estimationē hoīs: sed s̄m estimationem dei: et ideo semp timēdum est. et caput coram deo humiliandū. Totum meritum ex humilitate filia charitatis procedit. Greg. Superbia in oculis p̄ncipatur specialiter. et p̄ma sibi corrūpit humani generis membra: que initiū est oīs peccati. Eccli. x. Prouerb. xxx. Generatio cui9 excelsi sunt oculi. ¶ M Contra supbiam ornatuū et vestium. Eccli. xj. In vestitu ne glorieris vnq̄. j. ad Timo. ij. Similiter et mulieres in habitu ornato cū verecūdia et sobrietate ornantes se: non in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veste preciosa. glos. Mulieres dicit ornari in habitu ornato. i. cum religione ornante eas. Vult enī apsa eas esse ornatas virtutibus. et cum verecūdia vultus. vt nō sint attrite frontis: vt meretrices. nec tortis crinib9. i. crispis illis tortis auro et margaritis. Itē j. Pe. i. ij. ibi. Quarū nō sit extrinsec9 capillatura aut circūdatio auri aut indumenti vestimentorū cultus et c. glos. Serico et purpura indute christum videre nō possunt. Auro et margaritis et monilib9 ornate ornamenta cordis et pectoris pdiderunt. Et si petrus admonet mulieres coercendas et moderandas: que excusare possunt cultus suos per maritos. ar. de cōse. dist. v. fucare. quāto magis id obseruare nefas est virginem cui nulla ornatus lui competit venia. Luce. xvi. Homo quidam erat diues qui induebatur purpura et bysso. glos. interlinearis. Hoc nō nisi ad manē gloriam. Grego. in homi. Nemo vestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam querit. et vt honorabilior ceteris videatur. et q̄ p sola inani gloria flat res testatur: q: nemo vult preciosis vestibus vti vel indui vbi a nemine possit videri. Indutus erat Joānes pilis camelorū. Matth. iij. vbi Greg. Nisi cultus preciosus in culpa esset: non tam signanter diceretur q̄ diues idutus purpura torquetur apud inferos. Et Joānes indutus erat pilis camelorū. Deus p̄mis parentibus tunicas pelliceas fecit. Gen. iij.

hispanorū ianis gliosa.

Vestium luxus arguitur.

nõn sericeas. de pe.dist.j.adam post culpam. post.c.si eat. vbi dicit Ambro.de adam eiecto de paradiso. Statim tunica vestiuit eum/scz deus/pellicea nõ sericea. Aug. Fateor de preciosa veste erubesco. Job.xv. Saccum consui. Jone.iij. Niniuite ꝛ rex vestiti sunt saccis. Et Achab rex indutus est cilicio ꝛ sacco.de pe.dist.iij.achab rex. Vestis velamen est exterius.virtutes velamina sunt anime. de peni.dist.ij.§.romanos.c.sapiens. ꝛ.ß. vt cognouerunt. sup illud Jo.vj. Et eū qui venit ad me nõ eijciam foras. glos. Supbus meretur foras eijci: qui nihil habet de bono interiore. Joā.viij. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Bern̄. Inueniūt curiosi quo delectentur: ꝛ non inueniūt miseri quo satientur. Cum periculo aie sue acquirunt vnde oculos hominū pascunt. Aug. Ecce oia pulchra sunt cum impijs: ꝛ ipsi sunt turpes. ¶ Accidit ꝙ cuidam regi pbs in barbam expuit. que cum ministri regis vellent occidere: prohibuit rex. ꝛ quesiuit ab eo q̄re hoc fecisset. qui respondit. ꝙ quū alia loca purpura ornata essent: nõ inuenit locum turpiorez vbi spueret. Quod rex audiens cōpunctus est. Bern̄. Vis purpura illusionis est/postꝙ in ea dño illusum est. Jo.xviij. Apocal.xvij. Mulier circūdata erat purpura. Esa.iij. Decaluabit dominus verticem filiarū syon: ꝛ dñs crinem earum nudabit. In die illa auferet dñs ornamētum calciamentoꝝ et lunulas. Lunula est genus moniliū. ppie sunt auree bulle dependentes ad similitudinē lune. vnde lunulatus lunulis ornatus. Huguitio. Et torques.i.ligamentum tortum/aureus circulus circa colluz a collo vsqꝫ ad pectus descendens. sic dictus quia sicut tortus. ꝛ est ornamentū virorū. vnde torquatus torque ornatus. Hug. Et monilia. Monile vel munile est ornamētū pectoris mulieris. nõ hispanarū immūdarum: quarū plurime maxime pie beie discoperiūt pectus ꝛ vbera.q: muniat pect⁹ mulierum: ne leccatores possint immittere manū in sinū earū. Hug. Et armillas.i.torques brachiale dextrochirium. ꝛ sunt ppie viroꝝ ab armoꝝ virtute collate. Hug. Et mitras. Mitra est pileum phrygium caput protegens. q̄le est ornamentū capitis deuotarum. Sed pileū virorū est. mitra feminarū. Vel etiam mitra est episcopoꝝ. ex̄ de priuil. vt aplice.li.vj. Hug. Et discriminalia. Discriminalia sunt q̄bus crines diuisi religantur. q: caput a viro discernāt vel crines inter se. Et periscelides. Periscelis.idis. est ornamentū mulierum circa brachia vel potius circa crura: quo gressus earū ornatur. Et murenulas. Murena vel murenula dicitur ornamentū feminarū. quod scz auri metallo lasciuia quadam inflexi ordinis contexitur in similitudinē murene serpentis. qd̄ ad colluz ornandū aptatur. interdum auri et argenti contexitur virgulis. Hug. Olfactoriola. Olfactoriū est vas vnguentarium mulieb:e: in quo odoramenta gestantur. ꝛ inde olfactoriolum diminutiuū. Et inaures. hec inauris.i.annulus qui i aure pforata olim gestabatur. Et nūc etiā in hispania maxime in frontaria a multis dñabus portatur christianis. sed plus a mulieribus saracenoꝝ ꝛ iudeoꝝ. Et sindones. Sindon vocatur lineū amictoriū feminaruz: quo humeri teguntur. de ɔse.dist.j.nemo. Et pallia. Pallium est quo ministrantiū scapule teguntur. ne dum ministrant impediti currant. Et linteamina. de consc.dist.j. nemo. ꝛ.di.ij.si per negligentiā. Linteum.i.velum. ꝛ inde hoc linteamen qd̄ in lecto sternitur. Et theristra. Theristrum est quoddam genus muliebris vestis subtilis estiualis ꝛ stricte visui peruia. Therias em̄ estas d̄r. ¶ Contra talem vanā gloriam vestium. Chryso. Formosum est apparere. formosius est esse. Item Matth.xj. Qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. xxj.q.iiij.c.j. vbi Greg.in homil. Nemo auté existimet in luxu atqꝫ studio preciosarū vestium pctm̄ deesse. q: si hoc culpa non esset: nullo modo Joannem dñs de vestimenti sui asperitate laudasset. Et nequaꝙ Petrus feminas a preciosarū vestium appetitu compesceret.j. Pe.iij.dicēs. Non in veste preciosa. ꝛ Matth.iij. Joānes indutus erat de pilis camelorum.glos. Seruus dei nõ debet habere vestimentū ad decorem vel ad delectationē: sed tm̄ ad tegumentū nuditatis. Contra vestium singularitatem ꝛ extraneitatem. Sopho.j. Visitabo sup omnes qui induti sunt veste peregrina. Contra multitudinem ꝛ magnitudinē vestiū. Matth.xxiij.ibi. Magnificant fimbrias. Hoc faciūt hodie nobiles mulieres: ꝛ quidam vanigloriosi hispani: q̄ brachia nuda habent: ꝛ pānos longos portant per lutuz supra eorū suppara diabolus equitat. sicut quidā sanct⁹ vidit. vnde versus.

Suppara longa gere si vis os omne tacere.

Contra multitudinē vestium. Jaco.v.ibi. Vestimēta vestra a tineis comesta sunt.iiij. Regū.v.de decem mutatorijs Naaman. Bern̄. Clamant nudi.clamant famelici. et conquerūtur nobis dicentes. Fame ꝛ frigore miserabiliter laboramus. Quid cōferunt tot mutatoria vestiū. vel extensa in perticis vel plicata in māticis. Matth.x. ibi. Neqꝫ duas tunicas. Hierony. In duabus tunicis duplex mihi videtur innuere vestimentum. nõ ꝙ in locis Scythie ꝛ glaciali niue rigentibus vna quis tunica debeat esse cōtentus: sed ꝙ in tunica vestimētuz intelligamus. ne alio vestiri aliud nobis futuroꝝ timore reseruemus. In qua preciositate vestium ꝛ supfluitate multitudine multi religiosi nostri tēporis multum offendunt: ɔtra eorum statum ꝛ regulam. nam excepto colore/de meliori panno se induūt quo possunt. quū tm̄ fm̄ Chryso. vestis christi de vili panno fuerit more vestium Palestine. Longissimos habit⁹ sub colore honestatis ꝛ cappas ꝛ tunicas deferūt. ꝛ capitia vsqꝫ ad nates. vt q̄ magis est capitiat⁹: magis se reputet. Artificiose ꝛ curiose sutas vestes deferūt ad mundi decorem. Aliqui inter eos singulares ꝛ nimis strictas ꝛ curtas: mūdum similiter aucupantes. quia nõ est sp̄us in vestibus/maxime sociis ꝛ eiusdem professionis viris scandalum facientibus. Contra quos.xlj.dist. quisquis. ꝛ.c.parsimoniā. ex̄ de vi. ꝛ ho.cle.deus. ¶ Contra que oia Jo.cassi.in.j.lib.de institutis monachoꝝ egyptioꝝ ait. Sic vestis sit monachi que corpus cōtegat tm̄: ac repellat verecundiam nuditatis: ꝛ frigoris retundat iniuriā: nõ que semina vanitatis aut elationis enutriat. iuxta aplm̄.ij. Timo.vj.xij.q.j.c.eps. Habentes autem alimenta ꝛ operimēta his cōtenti simus.i.que corpus operiant tm̄: nõ que amictus gloria blandiantur. Ita vilia aut nulla coloris vel habit⁹ nobilitate inter ceteros hui⁹ ppositi viros habeant insignia: ita a studiosis accuratio nibus aliena: vt nullis prorsus sint affectatis per icuriā sordibus decolorata. Postremo sic a mūdi hui⁹ separentur ornatu: vt cultui seruoꝝ dei in oibus cōmunia pseuerent. quicqd̄ inter famulos dei p̄sumitur ab vno vel paucis: nec catholice per oīne corpus fraternitatis tenetur: aut superfluū aut elatum est: ꝛ ob id noxiū iudicanduz: magis vanitatis speciem ꝙ virtutis ostētans. Hucusqꝫ Jo.cass. Ad hoc optime facit pre.c.quisquis. Et Aug. ad Januariū.xij.dist. illa. Sic ꝛ tu ad quā cūqꝫ forte ecclesiā veneris: eius morē serua: si cuiꝙ nõ vis esse scandalum: nec quēꝙ tibi. facit ex̄ de sta.mo.recolentes. ¶ Item cōsiliū Martini pape. Victu tm̄ ꝛ tegumēto his ɔtenti simus.x.q.ij.c.eps. Item in concilio antiocheno.xij.q.j.c.eps. tractū de aplo.j.ad Timo.vj.ibi. Habentes autē alimenta ꝛ q̄bus tegamur his ɔtenti simus. Item in chordis ꝛ cingulis est etiā nedū secularū sed etiā multoꝝ religiosoꝝ xenodoxia. quū Helias thesbytes zona pellicea ꝛ Joannes pcursor dñi vterentur.iiij. Reg.j. ꝛ Matth.iij. Et Franciscus aplicus funē sumpsit grossum asperū ꝛ curtum vsqꝫ ad genua. Sed hodie fratres sui longā chordā vsqꝫ ad terrā lineā albam delicatam ꝛ subtilē multis nodulis ɔtextam portāt: in ea sicut in alijs suis vestib⁹ delicatis lōgis ꝛ amplis inaniter gloriātes. q: qd̄ pudor pater coꝝ ad mūdi ɔtemptum ꝛ sanctā vtilitatē: ipsi fratres rūt ad vanitatē. ɔ id ex̄ de excep.pia.j.xñ.li.vj.xlv.di.licet.

¶ Item vana gloria in colore pannorum. Unde et clericis prohibetur color rubeus et viridis: et vestis virgata et partita. ex. de vi. et hone. cle. clerici. ij. et in clemen. e. c. quoniam qui abiectis. Color autem candidus aptus est religiosis monachis albis et clericis. Unde Sap. vij. Candor est lucis eterne. Bern. Candor est lucis sapientia. et candidam oportet esse animam in qua ipse sedere elegerit. et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Mat. xvij. Mar. ix. et Luce. ix. Et angelus apparuit coopertus stola candida. Mar. vlti. simile Matth. vlti. qui color sanctitatem designat: innocentiam et puritatem. de cõse. dist. iiij. post baptismũ. xxx. q. v. femine. Et quod Benedict⁹ dicat in regula. Monachi non disputent de colore. intelligo de honesto nigro albo vel grisco. Bene enim habent disputare et cauere de inhonesto colore. vt iuribus pre. ¶ Superbia etiam in capillis que maxime est in mulieribus. Esa. iij. Decalcabit dñs etc. Accidit Parisius in generali processione quod simia cuidam dñe peplum abstulit coram oibus cum adulterinis crinibus quos deferebat. que remãsit turpis et decaluata. Capilli autem mulieribus pro velamine dati sunt. nõ pro gloria. j. ad Cor. xj. glos. Ad hoc habere velamen mulier: vt se reã agnoscat et subditam. xxxiij. q. v. mulier. De superbia in crinibus Absalon in quibus quercui adhesit. ij. Regũ. xiiij. vbi dicitur quod capilli capitis sui ponderabãt. cc. siclis pondere publico. et. xviij. de quercu. Genuẽses et Veneti et Cathalani gloriantur in eis. j. ad Timo. ij. Non in tortis crinib⁹. glo. Superbus habitus nõ impetrat nec recta facit de se credi. Legitur de germano beati Bernardi fratre in claravalle quod noluit videre sororem nobilem suã ornatam: dicens quod erat rete diaboli. que in verbis contrita fuit: dicens quod parata erat facere quicquid sanct⁹ Bernardus germanus eius mandaret: ad quã veniens mãdauit ei vt nunquam superbum habitum portaret. que ita mutata est. vt hoies inde mirarentur. ¶ De superbia lecti. Amos. vj. Ve qui dormitis in lectis eburneis. Lectus christi vbi cubuit crux est. ibi cubat: ibi dormit in meridie. sm Bern. Cath. j. Aug. Lectum suũ dimisit christus discipulis suis. quicunque vult cum illo iacere et quiescere: in lecto isto moriatur in cruce. Esa. xiiij. Subtus te sternetur tinea etc. glos. interlinearis supple quũ prius haberes pallia auro gemmisque distincta. Qui modo nõ sustinent pulicem: quo tũc sustinebunt vermẽ inmortalem? Esa. vlti. Mar. ix. Vermis eorum non morietur. Non tamen erunt in inferno vermes materiales: sed vermes conscientie/dãnatos in perpetuũ cruciãtes. de quibus legitur Esa. lxvj. et Bern. Nõ metuat vermem qui nõ moritur: cui mortuus est vermis: vnde ille moritur? ¶ De superbia in multitudine equorum et eorum apparatu. Deutero. xvij. dicitur de rege. Non multiplicabit sibi equos. et Zacha. x. ibi. Et posuit eos quasi equos glorie sue in bello. et. j. Et confundentur ascensores equorum. Et. xij. Percutiam omnem equũ in stuporem: et ascensorem eius in amentia. glos. Ut qui viderunt percussos: stupeant. et ascensores pre sui magnitudine periculi vertantur in amentiam. Esa. xxxj. Ve qui descendunt in egyptũ ad auxilium in equis sperantes. In asina ascendit Hierusalem dñs. Zacha. ix. Matth. xxj. Marci. xj. Luce. xix. et Jo. xij. Chryso. Uis cognoscere mansuetudinem venientis: considera speciem aduentus eius. Non sedet in curru auro purpura fulgenti. nec ascẽdit sup feruidũ equũ discordie amatorem. non habet in circũitu splendentes gladios aut ornamenta terribilia armorum: sed ramos florentes/testimonia virtutis et pietatis. ¶ In festo palmarum quũ quidam magnus archiepiscopus de Francia in sua ecclesia predicasset de ista asina in qua illa die dñs equitaret: et finito officio rediens domum equitaret magnum et grossum et pulchrum palafredum: quedam paupercula vetula arripiens frenũ eius dixit ei. Dñe: erat ne talis asina quã christus equitauit sicut iste equ⁹ vester? At archieps erubuit: et recessit. mente pertractans quia incepit Jesus facere et docere. Actuũ. j. et Jo. xiij. ibi. Exemplum enim dedi vobis. Et sm Grego. Magis mouent facta quam verba. Ad hoc. viij. q. j. vereor. cum. ij. c. seq. Bern. Intolerabilis est impudicitie vbi sese exinaniuit maiestas. impletur vermiculus et tumescit. Esa. xxx. dicit mali. Ad equos cõfugiemus. ideo fugietis. et super veloces ascendemus. ideo velociores erunt qui persequẽtur vos. ps. xix. Hi in curribus et hi in equis. ¶ De superbia i familia multa. Eccle. v. Ubi multe sunt opes: multi et qui comedent eas. Ista fuit superbia David populum numerantis. ij. Reg. vlti. Et gladius dñi deseuit in populũ. Unde Gratianus. Qui de numerositate sue gentis superbiuit: iure in eius diminutione punitus est. j. q. iiij. §. bis ira. ℣. Item dauid. quia in multitudine populi dignitas regis: et in paucitate plebis ignominia principis. Prouer. xiiij. et prec. ℣. Item dauid. Seneca. Mel musce sequũtur. lupi cadauera. frumẽta formice. predam sequitur turba ista: non hominẽ. Aug. In vnũ amatores temporalium fecerunt ea membra sua. vnde solent dicere se comedi: quũ bona eorum comedũtur. iuxta illud ps. lxxviij. Quia comederunt Jacob. ¶ De superbia cõuiuiorum. In hoc apparet quod magni et diuites inuitantur: et pauperes relinquũtur. contra illud Luce. xiiij. Quũ facis prandium aut cenam: noli vocare amicos tuos etc. et. j. Uoca pauperes etc. Seneca. Non magno constat nobis: sed ambitio. Hester. j. Bibebant autem qui inuitati erãt poculis aureis. Luce. xvj. Et epulabatur quotidie splendide. Splendor iste attenditur circa fercula artificialiter preparata: circa vasa aurea et argentea: circa supellectilia candida: circa superflua luminaria: et circa seruorum ministeria. Eccle. ij. ibi. Cyphos et vrceolos. ¶ De lautis cõuiuijs. xxxv. di. ecclesie pncipes. xliiij. di. comessationes. Esa. v. de peni. di. ij. si enim. vltra. v. colum. ℣. petrus. ibi. Et suadent in luxuria ciborum. Cithara et lyra et tympanum et tibia et vinũ in cõuiuijs vestris. ¶ De superbia edificiorum. Esa. v. Ve qui cõiungitis domũ ad domũ. Hiere. xxij. Qui dicit. Edificabo mihi domũ latam et cenacula spatiosa. Qui aperit sibi fenestras: et facit laquearia cedrina: pingitque synopide. glos. i. christi sanguine. Nũquid regnabis: quoniã cõfers te cedro? Item ibidem. Ue qui edificat domum suam in iniustitia: et cenacula sua nõ in iudicio. Amos. v. Detestor ego superbiam Jacob: et domos eius odi. et. j. Percutiet domum maiorem in ruinis. facit. xij. q. ij. gloria. ℣. multi. Christus in presepi et in stalla iacet. Luce. ij. quia in diuersorio iacuit vt doceat nos in hoc mũdo diuersoria nõ palatia fabricare. Philosophus. Cõmorandi nobis natura diuersorium: nõ habitandi dedit. Et Chryso. In luteo presepi christus ponitur: nõ auro nec argento. aurum et argentum imitetur gẽtilitas: christianitas illud presepe luteum. xij. q. ij. gloria. ℣. multi. Sancti antiqui in cauernis terre habitabant. Hebre. x. et in casulis. Heb. xj. ¶ Legitur de eremita qui habebat hospitiolum ad modum sepulcri. et quũ imperator ad eum veniens quesijsset cur hospitiolum suum cõmensurasset sepulcro sui corporis, respondidit. Sufficit homini mortuo. et addidit. Melius prosilitur in celũ de tugurio quam de palatio. Unde Hiero. de paula. Nolebat (inquit) in his lapidibus mortuis expensas ponere. sed in viuis lapidibus. i. pauperibus. ex quibus magni regis ciuitas extruitur. Abachuc. ij. Lapis de pariete etc. Hiero. Sic edificant quidam quasi semper victuri. sic autem comedunt et bibunt quasi cras morituri. dicentes/Bibamus et comedam⁹: cras enim moriemur. de peni. dist. ij. si enim. vltra. v. colum. ℣. petrus. ij. Cor. xiiij. Eccle. v. Esa. xxij. Amos. iij. Percutiam domũ estiualem. Matth. xxiiij. Et accedunt ad eum discipuli eius. vt ostẽderent ei edificationes templi. Ipse autem respondens dixit eis. Uidetis hec omnia? Amen dico vobis: nõ relinquetur lapis super lapidem: qui non destruatur. Amos iij. Percutiam domũ hyemalem. Hiero. loquẽs de Hilarione. Estus et pluuias breui tuguriũculo declinauit. quod iunco et cortice texerat. extructa deinceps breui cellula al

Equorum affluẽtia

Amplitudo familie.

Cõuiuiorum apparatus.

Superbe domorum structura.

titudine pedum quatuor/latitudine pedum q̄nq̄/longi
tudine paulo ampliore q̄ eius corpusculum patiebatur.
vt sepulcrū potius q̄ domū crederes. ⁊.j. Erat autē cel
lula nō plus mensure per quadrum tenens q̄ homo dor
miēs extendi poterat. Narrat Jo. cass. in collatione Jsa
ac de oratione ꝙ quidam patrū vidit diabolum adiuuā
tem ⁊ inflāmantem quēdam fratrem circa superflua edifi
cia occupatum. ⁊ supra posui in.c.lxiiij.in.§.adhuc peri
ta.℣.contra tales. ¶ Quātum autem excedant reli
giosi mendicantes circa curiositatem ⁊ multiplicitatem
⁊ sumptuositatem edificiorum: totus mundus estis est. ⁊
decretalis de verbo.sig. Exiui de paradiso.lib.vj.§.hinc
est. Ipsi enim qui mūdo mortui sunt.xvj.q.j.placuit.potius
deberent sepulcra q̄rere q̄ palatia.vt prime dixi. Bern.
Uideo: qđ non sine magno labore videri debet: quosdā
post aggressam christi militiam rursum secularibus im
plicari negotijs: rursus terrenis cupiditatibus immergi:
cum magna diligentia erigere muros: negligere mores.
Si dicant claustrales ꝙ in hoc condescendūt infirmita
ti hominum ⁊ deuotioni eorum: audiant beatū Bernardū di
centem. Qui dicunt admittantur animales: suscipiātur
in beniuolentia charitatis: portentur in omni patientia be
nignitatis. sed qui eis cōpatiuntur non eis conformentur:
nec sic querant eorum profectum vt propter eos cogātur in
currere propositi rigoris in religione defectum. Multi ho
minū magis veniūt ad ecclesiam vt delectentur et admi
rentur pulchra edificia ⁊ imagines: q̄ vt corrigāt vitia.
Uidentur adorare lapides ⁊ colores: sed nō mutant pra
uos mores. Aurum trahit aurum. politus lapis lapides
preciosos trahit. Magis offertur reliquijs deauratis q̄
pānosis. Sed ait Ambro. cōtra templa deaurata. Aurū
sacramenta nō querunt: nec auro placent que auro non
emūtur: ornatus sacrorum redemptio captiuorum est. xij.q.ij.
aurum. Et iunge hic qđ scripsi.j.in.§.⁊ primū.in.℣.quar
tum ve.in ar.lxxvij. Iterū si dicant religiosi pulchritudi
nes domorum esse necessarias ad recreationē. ex de ℣b.sig.
exiui.§.licet nō.lib.vj. Respondeo ꝙ veri spūales ⁊ viri
potius deberent delectari in cōspectu celi ⁊ delectatione
siderum q̄ terre. ⁊ potius admirari opera dei q̄ hominum. vt
dixit beata Catharina ad Maxētiū cesarem. Miraris
hoc templum manu artificum fabricatum: miraris orna
menta preciosa ⁊ vario opere cōparata: q̄ velut puluis
ante faciem venti erunt. mirare potius celum ⁊ terrā et
omnia que in eis sunt. mirare ornamenta celi/solem scꝫ
⁊ lunam ⁊ stellas ⁊c. Legitur de beato Bernardo ꝙ vber
tim fleuerit quū vidit tuguriola pastorum tecta cilicio simi
lia casulis cistertiensium antiquorum: qui tunc incipiebant
habitare in magnis edificijs. Beatus Franciscus ait in
testamento suo. Caueant sibi fratres vt ecclesias ⁊ habi
tacula paupercula ⁊ omnia alia que pro ipsis cōstruūtur peni
tus non recipiant: nisi essent sicut decet sanctā pauperta
tem quā in regula promisimus/semper ibi hospitantes sicut
aduene ⁊ peregrini. Et sicut legitur in legenda sua anti
qua/mandabat fieri domūculas fratrum de lignis ⁊ lu
to. Ipse in persona sua ascendit diruere domū quā fecerat
cōmune assisij in sancta Maria de portiuncula: quia sibi cu
riosa videbatur. Dicebat autem/Ubi christus manebat
quādo in deserto ieiunabat? Matth.iiij. ⁊ Luc.iiij. Quū
quidam frater deuotus in quodā eremitorio sibi quā
dam cellam fecisset de lignis leuigatis ⁊ dolatis ⁊ para
tis pulchre: noluit eam intrare sanctus Franciscus: nisi
prius ille frater illos asseres remouisset: ⁊ eam de ramis
arborum ⁊ scopis cooperuisset. Magna pars edificiorum
religiosorum mendicantiū de māmona iniquitatis ad lite
ram cōstructa sunt. Luce.xvj. scꝫ de vsuris ⁊ rapinis. Un
de posset eas proprie diabolus tāq̄ sibi debita quodāmo
do vendicare. Citius enim vsurarij dant fratribus pro edifi
cijs mille libras q̄ restituant vnū denarium creditori: ve
rentes eos pro modicis ⁊ timore religiosorum. ¶ Contra su
perbiam edificiorum.xxxj.di. hospitiolū tuū. diminutiuū.j.

modicum. xxxv. dist. ecclesie principes. ibi. Eiūdem si sunt
spatiosis domibus. xij.q.ij. gloria. ℣. Multi edificant pa
rietes: ⁊ colūnas ecclesie subtrahunt. marmora nitent.
auro splendent laquearia. gemmis altare distinguitur.
ministrorū christi nulla est electio. Ecclesia sancti angeli
in monte gargano antrum est ⁊ inculta cripta. sicut vidi.
potius ferarū q̄ hominū habitatio. agēte hoc deo. sicut
in sua legenda dicitur. Qui non in marmoribus nec in edi
ficijs: sed minoribus delectatur. sm̄ Chryso. ¶ De super
bia in libris ⁊ clericorum ⁊ religiosorum deauratis ⁊ historia
tis ⁊ sericeis pannis ⁊ argento coopertis dolendum est.

Librorum copia

Non habitat in auro sciētia. quia nec ei cōparatur aurū
nec lapis preciosus. Sap.vij. Humilibus reuelatur dei
scientia. Matth.xj. Prouer.xj. Ubi humilitas: ibi sapien
tia.ij. Timo.iiij. Affer tecū libros. maxime aūt membra
nas. Libros pulchros non audent fratres cōmodare: nec
in eis studere: sed clausos eos tenent in suis studijs qua
tuor fibulis clausos: ⁊ pannis preciosis coopertos ex super
bia ⁊ auaritia. quāto plures habent: tanto communiter
minus sciūt. multos legunt: ⁊ nullum applicant memo
rie. ⁊ qui plures habet sermones: cōmuniter peius predi
cat. quia Pluribus intētus minor est ad singula sensus.
ar.xvj.q.j. presbyteros. de de. cōiu. diuersis. quia curiosorū
est multa legere ⁊ pauca retinere. Realiū virorum ē pauca
legere: ⁊ illa memorie applicare: ⁊ ea cordi alligare. ar.
de conse. di.v. nūq̄. in prin. Uanitas secularium in curribus
⁊ in equis: religiosorum in libris. Ita quis pōt i libris sicut
in auro inaniter delectari. Mutatio rei non mutat affe
ctum. Non est differentia in metallis: sed in animis. Sic
potest quis corrūpi auaritia in libro sicut in auro. vt in
coll. Danielis ⁊c. ⁊ supra dixi in ista parte.ij. ¶ Superbia
cantus. Greg. Dum blanda vox queritur: sobria vita de
seritur. xcij. di. in sancta. Aug. Quoties me delectat plus
cantus q̄ vox que canitur: toties me peccare penaliter
cōfiteor. Potest dici ꝙ sicut fractos vestibus/sic fractos
vocibus nō recipimus. xlj. di. parsimoniā. Exo. xxxij. Uo
cem cantantiū ego audio. Quūq̄ venisset ad castra: vi
dit Moyses vitulum ⁊ choros. In vitulo quod est aial
lasciuū/lasciuia intelligitur. Unde cantus odorantiū vi
tulus est cantus frangentium vocem ad lasciuiā. canta
re autem ad compunctionem audientium bonū est. xcj.
dist.c.j.℣. psalmiste. Contra tales cantus apl̄us ad Eph.v.
Cantantes ⁊ psallentes deo in cordibus vestris. xcij. di.
cantantes. ibi Hiero. Deo nō voce sed corde cantandū.
nec in tragediarū modum guttur ⁊ fauces medicamine
liniende sunt: vt in ecclesia theatrales moduli audiantur
⁊ cantica. Cantus autem ob deuotionem nō dissolutio
nem in ecclesia dei ordinatus est. Unde ⁊ in ecclesia dei
officium est precentoris ⁊ succentoris. xxj. di.c.j.℣. precen
tor. Uix in ordine vidi bonum cantorem: qn̄ esset incarce
ratus propter immunditiā. quia blanda ⁊ dulcis vox stimulos
carnis incitat. ar.e.di.c. in sctā. all'. ā.℣. primo. ¶ O

Item superbia quādoq̄ oritur ex bonis
nature. Bona autē nature quedā sunt
corporis. quedā anime. quedā fortune.
quedam gratie. Corporis: sunt sanitas/
fortitudo/pulchritudo/nobilitas/liber
tas. Bona vero naturalia aie: sunt recti

Nature bona.

tudo ingenij/tenax memoria/intellectus acutus/exerci
tium spūalium/naturalis dispositio ad virtutes seu vir
tus naturalis. Bona vero fortune: sunt diuitie/delicie/
dignitates/laus seu gloria ⁊ gratia humana. Bona gra
tie: sunt scientie dona ⁊ virtutes. De omnibus his potest na
sci superbia. cōtra quā.j. Macha.ij. Gloria peccatoris ster
cus ⁊ vermis. hodie extollitur: cras non inuenitur. Sap.v.
Quid nobis profuit superbia. aut quid diuitiarū iactan
tia contulit nobis? ¶ Contra superbiā sanitatis. Jaco.
iiij. Que est vita vestra? vapor est ad modicum parens.
Job.xiiij. Homo natus de muliere breui viuēs tempore ⁊c.
Grego. Ecce sancti viri vocibus pene hominū breuiter

Bona corporis valitudo.

est expressa. quia ⁊ angustatur ad vitam: ⁊ dilatatur ad
miseriam. Si enim subtiliter ꝯsideretur: omne quod hic
agitur pena ⁊ miseria est. Ipsi em̄ corruptioni carnis ser
uire ad necessaria atq̄ concessa/miseria est. vt contra fri
gus vestimenta: contra famem alimenta: contra estū fri
gus requiritur. Et multa cautela custodit: corporis sa
lus: ꝙ custodita amittitur: amissa cū graui dolore repe
ritur: tamen reperta in dubio semꝑ est: quid aliud hec/ꝙ
terrene vite miseria est? Item Bern. Homo natus de mu
liere. ⁊ hoc cum reatu. breui viuens tempore. ideꝙ cū me
tu. repletur multis miserijs. ⁊ id cum fletu. ⁊ nature mul

Neruositas.

tis. quia corporis ⁊ anime simul. ¶ De fortitudine cor
poris fatuū est supbire. Job. vi. Nec fortitudo lapidum
fortitudo mea: nec caro mea enea est. imo homo fragilis
or vitro. Aug. Quid fragilius vase vitreo? ⁊ tamen si ser
uatur: durat ꝑ secula. licꝫ em̄ casus timeatur: senect⁹ ⁊ fe
bris non timetur. nos fragiliores ⁊ debiliores sumus et
infirmiores. quia casus. ex de cōmo. c. i. ⁊ de depo. c. ij. oēs
qui nō cessant in rebus humanis: ob fragilitatēꝫ nostrā
quotidie formidamus. ⁊ si ipsi casus nō accidant: tēpus
ambulat. Vitat homo ictuꝫ. nūquid vitat exitum? Vitat
que extrinsecus adueniūt. nūquid que intus nascūtur?
Postremo q̄uis hoi parcatur: nouissima senectus quū
venerit/nō est ꝙ differatur. Hiere. xvij. Maledictus ho
mo qui ponit carnem brachium suū. i. qui confidit in ro
bore corporis. quod est fragile ⁊ infirmū. Fortitudinem
Salonis meretrix Dalila eneruauit. Judic. xvi. Abachuc
iij. Dn̄s fortitudo mea. ps. xvij. Diligam te dn̄e fortitudo

Formositas.

mea. ¶ De pulchritudine supbire quis audet: quū corp⁹
sit quoddam sepulcrum? Augu. Corpus peccatoris aie
mortue est sepulcrum. Job. x. Qui quasi flos egreditur
⁊ conteritur. Esa. xl. Omnis gloria eius quasi flos agri.

Nobilitas.

Prouerb. vlti. Vana est pulchritudo. ¶ Vanū est super
bire de nobilitate. oēs ex adam processimus. xxxiij. q. v. c.
vlti. Malach. ij. Nūquid nō pater vnus? omnes fratres
sumus: ⁊ vnus pater qui est in celis. Matth. xxiij. Hiero.
contra Heluidiū. Omnes autem homines affectu fra
tres dici possunt. quod in duo diuidit. ⁊ in spirituale ⁊ cō
mune. In spūale: quia omnes christiani fratres vocant.
Porro in cōmune: quia om̄es homines ex vno patre na
ti pari inter nos germanitate cōiungimur. Itē Chryso.
In mūdo enim q̄uis homo hominem generet. lvi. di. na
sci. tn̄ vnus est pater qui omnes. Matth. vj. ⁊ xxi. xxviij.
q. i. omnibus. ⁊ c. si femina. creauit. Non em̄ initium vite
habemus ex parentibus: sed transitum vite per eos acci
pimus. ad hoc. lvi. dist. vnicuiꝙ. ⁊ c. nasci. Et domin⁹ Je
sus christus nasci voluit nō solum ex alienigenis: sꝫ etiaꝫ
adulterinis cōiunctionib⁹. vt de Raab meretrice ⁊ Ber
sabee vxore Vrie. lvj. dis. dn̄s noster. Nobilitas s̄m Aug.
nihil aliud est q̄ probitas ⁊ antique diuitie. Item idem.
Quid est seruus aut libertinus? nomina ex ambitione
vel iniuria nata. quia quilibet naturaliter liber. xxxv. di.
sexto die. Item neminem regem nisi ex seruis oriundum
esse: neminem seruū nisi ex regibus dicit Plato. Omnia
illa longa varietas miscuit: ⁊ sursum ⁊ deorsum fortuna
versauit. Job. xvij. Putredini dixi. pater me⁹ es tu. Qd
hominibus altum est: abominatio est apud deum. Luce
xvj. Seneca. Quis est generosus? Bene ad virtutem aia
compositus. Tullius. Hic liber existimandus est: q̄ nulli
turpitudini seruit. q: qui facit pctm̄: seruus est pcti. Jo.
viij. Sapiens. De illa nobilitate glorieris que filios dei ⁊
coheredes facit. Tunc ille nobilitatem suam integram
seruare se putet: si dedignetur seruire vitijs: ⁊ ab illis su
perari. a quibus qui superatur: coꝝ. Jo. viij. ⁊ seruus est.
Bern. An non seruus: cui dn̄atur iniquitas? Itaꝙ ois q̄
deo non seruit: ignobilis est. i. Reg. ij. Qui contēnūt me:

Vere nobilitatis indicia septem

erūt ignobiles. ¶ Signa vere nobilitatꝫ septē sunt.
Primuꝫ est liberalitas. ex de dona. c. i. versus. Dedecus
est semꝑ sumere: nilꝙ dare. q: beatius est dare q̄ accipe
re. Actuū. xx. xvi. q. i. predicator. ex de cele. mis. cū marthe.
§. i. Magister Alanus qui legebat apud montēpessula
nū requisitus a vicinis militibus que esset maior curiali
tas: respondit ꝙ dare curialissimū erat. cui omnes cōsen
serunt. Ipse vero dixit eis vt habito consilio dicerent ei
que esset maior rusticitas. qui nō valentes in vnū consen
tire: reuersi sunt ad eum dicentes ꝙ non poterant cōcor
dare. quos increpans ait. Ego posueram vos in via per
quā possetis questionem soluere. si em̄ dare curialissimū
⁊ nobilissimū est: auferre (quod est cōtrarium) rusticissi
mū ⁊ vilissimū est. Vnde vos qui incessanter aufertis a
pauperib⁹. rusticissimi estis. ¶ Secūdum/gratitudo si
ue recognitio. ⁊ econuerso irrecognitio ⁊ ingratitudo.
peccatū contra naturam ingratitudo est. ff. de peti. here.
sed ⁊ si lege. §. consuluit. legitur ⁊ no. ex de testa. cū in of
ficijs. signum maxime rusticitatis est. Sapiens. Nobilis
animi est beneficia recordari. ignaui/beneficij obliuisci.
Vnde ingrati manumissi tanꝙ ignobiles in seruitutem
reuocantur. xij. q. ij. liberti. ⁊ c. octaua. vbi de hoc. ex de do
natio. c. fi. Vnde patet ꝙ illi qui dicunt se nobiles: perse
quentes deū q̄ eos in hac vita exaltauit: rusticissimi sunt
⁊ deo ingrati. Ingratitudo s̄m Bern. est anime ꝑditio:
virtutum exinanitio: virtutū perditio: beneficioꝝ perem
ptio: hostis gratie: persecutrix iustitie. ipsa est vent⁹ v: ēs
que pietatis fontem misericordie veniam ⁊ gratie fluēta
desiccat. Per hanc dandum impedit. datum tollit. Sap.
xvi. Ingrati spes tanꝙ hybernalis glacies tabescet: et
disperiet tanꝙ aqua superuacua. ¶ Tertiū est mansue
tudo ⁊ misericordia in subiectis. Seneca. Nullus magis
ex oibus regem ⁊ p̄ncipem q̄ clementia. Prouer. xx. in fi.
Misericordia ⁊ veritas custodiunt regem. ⁊ roborabit
clementia thronus eius. decet. In signū mansuetudinis
vnguntur reges christiani. ex de sacra vnc. c. vnico. Sapi
ens ptātem habens decorem potestatis sue iuxta possibi
litatem suā debet imitari. In hoc aūt maxime imitatur: si
nihil iudicat. q: misereri pciosi⁹. Ex lex. Nihil aliud tā pe
culiare est imperialis maiestatis q̄ humanitas. per quā
sola dei seruatur imitatio. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. fi.
A cōtrario crudelitas in subditos signū est maxime ru
sticitatis. Prouerb. xxx. Per tria mouetur terra. ⁊. i. ꝑ ser
uū quū regnauerit. i. crudelem. ¶ Quartum est strenui
tas siue virilitas in eos qui repugnant. In signū huius
datur ensis militi nouo. quo vti debet in hostes dei ⁊ rei
publice: non in subditos pacificos ⁊ obedientes. xxiij. q.
v. miles. ⁊ q. viij. vt pridem. De ꝓbitate ista ⁊ virilitate ⁊
debita gladij executione. xxiij. q. iiij. sicut. cum. c. seq. Ecō
trario multi suam strenuitatem impiam cōtra deum ⁊ ec
clesias ⁊ psonales humiles ⁊ subiectas exercent: similes
impio diabolo ⁊ crudeli. contra illud. xxiij. q. v. regum.
⁊ c. administratores. ¶ Quintū est timere opprobrium
seruitutis ꝓditionis vel alicui⁹ turpitudinis. Sed mul
ti qui nobiles dicuntur: nō timent pessimā seruitutē pec
catorum. Jo. viij. vitioꝝ vel demonū: qui seruiūt vilissi
mis membris. quē seruitus fetidior est q̄ seruitiuꝫ lepro
sorum. Nec erubescunt prodere ⁊ impugnare deū: a quo
omnia possident. cuius expensis viuūt. ex quo patet eos
esse nō nobiles sed rusticos ⁊ proditores. Vera em̄ nobi
litas fidelis est deo ⁊ hoibus. ⁊ nullus ignobilior q̄ ꝓdi
tor. ad hoc. xcvj. dis. si imperator. ij. q. vij. non potest. Non
potest erga homines esse fidelis qui deo extiterit infide
lis. xxij. q. v. de forma. ¶ Sextum signum est cordis ma
gnitudo: qua quis modica contēnit: ⁊ maxima appetit.
Econtrario magna rusticitas est amorem suū in modi
cis ponere: ⁊ magna negligere. vt pꝫ in misero milite. q̄
amorem suū ponit in vilissima meretrice: vel terra modi
ca violenter occupata per eū: contēpto amore christi re
gis nobilissimi ⁊ hereditatis eterne. Nō sic Dauid dicēs.
Quid em̄ mihi est in celo: ⁊ a te quid volui super terraꝫ?
Dicebat frater Egidius socius beati Francisci. Ille est
diues: qui imitatur diuitem. Ille est sapiens: qui imitat
sapientem. Ille est bonus: qui imitatur bonum. Ille est

pulcher:qui imitatur pulchrum. Ille est nobilis:qui imi/
tatur nobilem dñm Jesum christum ꝛ dominũ deum no
strũ. ¶ Septimũ est erubescentia:maxime a vitijs ꝛ pec
catis. Eccli.xlj. Erubescite a patre ꝛ a matre de fornica/
tione. Nobilitas carnis solet esse bonis stimulus probi/
tatis. Unde Hiero. Nobilitas quadã necessitate adstrin
git hoiem:ne a maiorꝫ probitate degeneret. Aug. Nobili/
tas sola est animũ que moribus ornat. Quũ quidã pa
ter tentaretur a muliere de turpitudine:ait ei pater. Cõ
misceamus nos hic in via. Dixit ei mulier. Quõ possem⁹
propter transeuntiũ erubescentiã? Dixit ei pater. Si ho
mines erubescis de vitio:multo potius deum presentem
omnia contuentem. Sap.j. erubescere debes. Amb. Ve/
recũdia ingenuos prodit natales. lxxxvj. di. nõ satis. ℣. cõ
siderãda. Constantinus. Vincere hostes virtus est po
pulorꝫ. vincere vitia virtus est animorꝫ. ¶ O Vera no/
bilitas christiana est. Primo quia sumus filij dei. ꝛ hoc ꝑ
creationem. Actuũ. xvij. xix. q. vlti. omnibus. Ipsius enĩ
ꝛ genus sum⁹. Esa. lxiiij. Tu dñe pater noster es:nos ve/
ro lutum. tu fictor noster: ꝛ opera manuũ tuarũ omnes
nos. Et in hoc sumus ei⁹ filij chari. Secũdo per grãm
adoptionis. Vñ. j. Jo. iij. in pn. Videte qualem charitatẽ
dedit nobis pater: vt filij dei noiemur ꝛ simus. ps. lxxxj.
Ego dixi dij estis ꝛ filij excelsi omnes. j. Jo. iiij. In hoc ma
nifesti sunt filij dei ꝛ filij diaboli. omnis qui no est iustus:
non est ex deo. ꝛ de hoc de pe. dist. j. §. hoc idem. ℣. item vt
christus ait. ꝛ. ℣. qui natus. ꝛ per hoc sumus filij chario/
res. Tertio per gloriam, ratione adeptionis heredita/
tis eterne. Joã. viij. Roma. viij. Si filij: ꝛ heredes. Gala.
iiij. Et in hoc erimus filij charissimi. Eph. v. Imitatores
dei estote sicut filij charissimi. Contra carnis nobilita/
tem ex̃ de preben. c. penulti. §. nos ergo. Attẽdentes ꝙ nõ
generis sed virtutum nobilitas viteq̃ honestas gratũ
deo faciunt ꝛ idoneum seruitorem. Ad cuius regimẽ nõ
multos ꝯm carnem nobiles ꝛ potentes elegit: sed igno/
biles. Matth. iiij. ꝛ pauperes. ¶ Fatuũ est de libertate
corporis superbire. quũ corpus sit seruus maleuolus. et
ideo tortura ꝛ compedibus dignũ. Eccli. xxxiij. Ambro.
Apud dñm libertas ꝛ seruitus equa lance appendũtur.
de hoc. xxix. q. j. oibus. Hiero. Apud dñm nõ dñs potior:
nõ seruus deterior. Colos. iij. ibi. Ubi nõ est masculus ꝛc.
ꝛ. j. Seruus ꝛ liber. ¶ Fatuũ est etiam de bonis anime
naturalibus supbire. in quibus infideles nobis cõmuni
cant. quia bona illa potest quis habere ad bonũ ꝛ ad ma
lum. sicut patet in lucifero. de peni. di. ij. ꝑncipium. Bern.
Si in professione religionis callidi es ingenij: viget aũt
preminũ in intellectu. instrumenta sunt tam vitiorꝫ ꝙ vir/
tutum. Et quia ipsum ingenium donũ dei est. vt dicit de
se Augu. in. ix. lib. confessionũ. ¶ Stolidum est etiam de
diuitijs superbire: per quas incidit laqueũ diaboli: et in
desideria multa ꝛ nociua. j. ad Timo. vlti. Cupiditas ra
dix omniũ malorꝫ. xlvij. dist. bonorꝫ. de peni. di. ij. §. expres/
sis. ℣. quia radix. ¶ Fatuum etiã superbire de potestate
quũ scriptum sit. Sap. vj. Potentes potenter tormenta
patientur. viij. q. ij. illud. ¶ Fatuum etiam superbire de
gratia humana. Prouerb. vlti. Fallax gratia. ad Gala. j.
Si hominibus placerem seruus christi nõ essem. xlvij. di.
c. vlti. in fi. ¶ Fatuum etiam est supbire de gloria huius
mundi. Esa. xxviij. Erit flos decidẽs glorie. Eccli. x. Ois
potẽtatus vita breuis. j. lib. Macha. xj. Rex Ptolemeus
imposuit sibi duo diademata vna die. ꝛ tertia die mortu⁹
est. ¶ Sũma etiã vesania de scientia superbire. Eccles. j.
Qui addit scientiam addit ꝛ laborem. De scientia super
bire, est de lumine excecari. xlix. distinc. hinc etenim. ℣. al/
buginem. Augustin⁹. Tumor meus claudebat oculos
meos. ¶ Fatuum est etiam de virtutibus superbire. hoc
est enim. de medicamine vulnerari. Gregorius. Qui de
virtutibus habitis extollitur: quasi de medicamento
vulneratur.

¶ De superbia clericorum.

De superbia clericorũ que multũ int eis
timenda est. q: multas occasiones sup/
biendi habent. Et vna quia nõ laborat
sicut ꝛ alij seculares. q: ociosi sunt cõ
muniter ꝛ otio torpentes: edentes ꝛ bi/
bentes ꝛ dormientes: ꝛ nugis ꝛ rumori
bus vacãtes. ps. lxxij. In labore hoim nõ sunt ꝛc. ꝛ post.
Ideo tenuit eos supbia. Nam labor humiliat. ps. lxxxvij.
Et in laborib⁹ a iuuentute mea. Et sequit. Humiliatus
sum ꝛc. Alia occasio, reuerentia q̃ exhibet eis sicut mini
stris christi. Vñ dñs ꝯtemptũ eorꝫ suum reputat. Luce. x.
Qui vos spernit. viij. q. j. qui vos spernit. xj. di. in nouo.
Prouer. vj. Odit deus oculos sublimes. i. clericos q̃ sunt
lumen eccl'ie. xciij. dist. diaconi. ij. sublimes. i. supbos. Hu
militas eñ multũ eis cõpetit. q: sunt ministri christi ꝛ ec/
clesie. lxxxj. dist. ministri. glos. sup illud ps. xxxiij. Iuxta est
dñs ijs qui tribulato sunt corde: ꝛ humiles spu saluabit.
Altus quidem est dñs. sed vicinatur humili ꝛ nõ se eri/
genti. Ipsi aũt debent abluere sordes spũales hoim. vñ
habent se humiliare cũ christo. Jo. xiij. Ideo summ⁹ mi
nister seruũ seruorꝫ se vocat. j. q. ij. saluator. in fi. ꝛ. c. seq.
in fi. ꝛ ex̃ in ꝓhemio decre. Greg. ꝛc. ꝛ. vj. li. ꝛ in clemen.
Et nihil in ceruice plati clarius splendet ꝙ humilitas. c.
di. cõtra morem. Sed ad hec rñdent quidã ꝙ humilitas
exterior nõ est necessaria: sed interior. q: dicit dñs Mat.
xj. Discite a me ꝛc. ꝛ. j. ꝛ humilis corde. Sꝫ ad hoc rñdet
ꝙ ex cordis humilitate vera nũꝙ ꝓcedit supbia exterior
q: bona arbor bonos fruct⁹ facit. Matth. vij. Et ꝙ sit ne
cessaria etiã exterior humilitas: patꝫ expsse. de pe. di. ij. c. j.
ibi. Exercitia humilitatis sunt: si se vilioribus officijs sub/
dat: ꝛ ministerijs indignioribus tradat. ꝛ. l. di. vt cõstitue/
retur. ibi. Ut desperatione talis altitudinis medicina
maior ꝛ verior esset humilitatis. ꝛ. c. siquis diaconus. ibi.
Nec cõpunctio humilitatis. ꝛ de pe. di. iij. sicut achab. ibi.
Nõne vidisti humiliatũ Achab corã me? ꝛ ps. xxxiiij. Hu
miliabã in ieiunio aiam meã. ꝛ ꝑ actus exteriores iudica
tur qualitas mẽtis. xlj. di. §. fi. Item speculũ sunt ꝛ exem/
plũ totius eccl'ie. Unde tale exemplu debẽt dare alijs. j.
exempla virtutũ oim. q: hoies interiora nõ vident. Vñ
j. Pe. vlti. Forma facti gregis ex animo. xcv. dist. esto. Si/
cut eñ nõ põt esse hortator viduitatis q̃ cõiugia frequẽ
tauit: ita nec humilitas q̃ actus supbie ostẽtauit. ar. xxvj.
di. vna. Item q: ab oi spetie mali debẽt abstinere. ꝯm apo
stolũ. j. ad Thessa. vlti. ex̃ de vi. ꝛ ho. cleri. ab oi. ꝛ de simo.
audiuim⁹. ꝛ. j. q. j. emendari. Illud autẽ qd̃ supra dicit de
cordis humilitate, adeo dicit dñs: q: ois virtus vera est
in aio. xxxij. q. v. de pudicitia. q: est qui se humiliat. Eccli
xix. nequiter: vt hypocrite. Mat. xxiij. Ue vobis. ¶ Ad il
lud qd̃ secũdo dicũt clerici ꝙ pñt hře hmõi pulchritudi/
nes exteriores ꝛ ornat⁹ ꝯm modũ ꝑsone sue. facit qd̃ no.
xxj. q. iiij. in sum. sed. c. j. illius qstionis ꝯ. Respõdendũ est
ꝙ quãto qs maior est: magis se humiliare. Eccli. iij. debet.
sicut christus q̃ dixit. Lu. xiiij. Recũbe in loco nouissimo.
¶ Contra illud qd̃ dicũt tertio se debere ꝯformare cum
illis inter quos viuũt ꝑ illud. c. xij. di. illa. sed talis carna
lis ꝯformatio ꝯ aplm est. Ro. xij. Nolite cõformare huic
seculo. Cõformatio eñ semꝑ dꝫ fieri circa bonitatẽ ꝛ bo
nos. xvj. q. j. sic viue. ¶ Ad illud qd̃ dicunt clerici ꝙ talia
faciunt ꝑpter honorem eccl'ie. dicendũ ꝙ non est honor
ecclesie pompa mũdi ꝛ gloria. quia nõ honoratur christ⁹
coloribus ꝛ carnalibus pulchritudinibus: sed moribus
ꝛ virtutibus. xij. q. ij. multi edificant. sub. c. gloria. expo.
xliiij. Gloria filie regis. i. ecclesie abintus. i. in ꝯsciẽtia pu
ra. xj. q. iij. inter verba. Bern. ad Eugeniũ. Totum adscri
bitur honori. nihil deuotioni. Hiero. Non reuera vestis
sed mundicia mentis ornatum facit clericum. Nec debẽt
clerici de humili veste ꝛ alijs actibus christo cõformib⁹
erubescere. xlj. dist. parsimoniã. Bern. Grata ignominia
crucis. sꝫ ei q̃ crucifixo ingrat⁹ nõ est. Lu. ix. Qui me eru/
buerit: hũc filius hois erubescet. Et potius de contrario

Libertas

Clericorũ superbia.

debent verecundari. Aug. De preciosa veste erubesco. nec enim decet hanc professioné contra talem honoré. Iac.ij. Si introierit vir aureū annulū habēs in veste cādida ℞c. Et Grego. contra tales. Decorari pallio volumus forsan moribus indecori. c. di. cōtra morem. Quū Moyses ana choita ordinatus esset a patriarcha ⁊ alba indutus: ait ei pater. Ecce candidus es. Respondit Moyses. Numquid abintus? q.d. albedo exterior non facit quem album interius. Un phariseis hypocritis christus ait. Mat. xxiij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei qui similes estis sepulcris dealbatis ℞c. ¶ Ad illud quod dicunt ꝙ vtuntur talibus tamꝙ non vtantur. fm Apostolū. j. Cor. vij. xxxiij. q. v. fm. Respondet Greg. in homil. Nemo vult preciosis vestibus indui vbi a nemine possit videri. Item christus omnem talē gloriam exteriorem precepit. Jo. v. in fi. contemi. Aug. Omnia temporalia contēpsit homo deus: vt ab hominibus contēnenda esse monstraret. ⁊ omnia aduersa sustinuit: vt sustinēda doceret. ¶ Contra superbiam prelatorum satis supra tetigi ⁊ declaraui in ista. ij. parte in prin. §. postꝙ. in. x. ar. ⁊. xlix. §. o preciosa. Precipit etiam Deutero. xvj. ꝙ non eleuetur cor regis in superbiam. Eccli. xxxij. Rectorem te posuerunt. noli extolli: sed esto in illis quasi vnus ex illis. xcv. dis. ecce ego. ibi. Sed oderūt hoc superbi sacerdotes. Matth. xviij. Nisi conuersi fueritis. interlinearis glos. A vestra eleuatione ⁊ indignatione: in qua modo estis / fm Hilarium. Ad hoc. l. dis. quicūq. Imitentur christū: cuius claues tenent. Esa. liij. ibi. Nouissimū virorū. Ber. Quid magis admirandū: quid amplius detestandū: quid grauius puniēdū: ꝙ ꝙ videmus filium dei summū in regno angelorū: nouissimū factum in regno hominū? Apponat magnificare se homo super terrā. ps. ix. Ber. Quū enim inquit indifferēter persone humilitas sit quedam turris fortitudinis a facie inimici. ps. lx. nescio quo pacto maior in maioribus / ⁊ clarior in clarioribus comprobatur. Sed perpauci sunt qui in dignitate cor ad humilitatem inclinent. quod ptz in libris Regū. vbi de tot regibus Israel nullus excelsa abstulit. Contra quos Ber. Intuere quomodo incedūt nitidi exterius: ⁊ ornati circūamicti varietatibus: tāꝙ sponsa procedens de thalamo suo. Et si quēpiam taliū repente eminus procedentem aspexeris: sponsam potius putabis ꝙ sponse custodem. i. ecclesie. Joā. iij. ⁊ ex̄ de transla. inter corporalia. §. sed nec illud. ⁊ de renū. nisi. §. verum. ¶ R Superbia autem claustraliū principaliter quadruplex reperitur. Prima est eorū qui sapientes se credunt. cōtra id. j. Cor. j. xlix. di. c. j. ℣. albuginem. ⁊ ideo se sensu suo se regere volunt: ⁊ esse proprie voluntatis. Bern. Quantūuis prudens videatur esse: dimittēda est ⁊ abijcienda iactātia. si enim admittatur superbia: prima die qua incipit habitare / incipit leges dare. Prouer. xxvj. Uidisti hoiem sapiētem sibi videri: magis illo spem habebit stultus. ex̄ de cōstitu. ne innitaris. Tales inflexibiles sunt. Greg. Superba mens ad ea que nō appetit nullis exhortationibus flectitur: ad ea vero que appetit spōte etiā cogi querit. Et hec species maxime in nouitijs periculosa est. Bern. Nouitium incipientē sapientem diu in monasterio persistere posse impossibile est. Stultus fiat: vt sit sapiens. ⁊ hec omnis sit eius discretio: vt in hoc nulla sit discretio. ⁊ hec oīs sit eius sapientia: vt in parte nulla sit. ¶ Secūda est eorum qui despiciūt seculares ⁊ peccatores: credentes se inquinari ex consortio eorū. similes iudeis de quibus legitur Joā. xviij. ꝙ non introierunt in pretoriū: vt non contaminarētur. Timebant se inquinari cohabitatione gentiliū: ⁊ non timebāt inquinari sanguine christi. Idem fuit de Simone pharisco abominante Magdalenam: ⁊ murmurante cōtra christū qui se ab ea permittebat tangi. Luc. vij. ⁊. xv. de phariseis murmurantibus contra christū. qui peccatores recipiebat ⁊ manducabat cū eis. Hiero. Recedite (inquiūt) polluti: recedite: abite. nolite eos tangere: nobiscū nolite cōmunicare. Talis loquela non illuminat cecū: non sanat egrotū: non curat infirmū: sed magis occidit atq in desperationem periclitantem mittit. xlv. dist. recedite. de hoc etiā. j. q. iiij. homini. xxiij. q. iiij. in primis. xj. c. vsq ad. §. est alia. Deutero. xxiij. Non abominaberis idumeū. Tales non attendūt ꝙ frequēter quis in seculo ducit vitam religiosam: ⁊ in religione secularem. Ambro. in hexameron. Mutat merita hominū qualitas actionum. ⁊ quidam in meliori ordine deteriores sunt: ⁊ alij sortem exterioris habitus bene viuendo transcendūt: ⁊ alij superioris loci meritū non crescendo diminuunt. ad hec. xl. dist. non est facile. ⁊. c. nō loca. c. quelibet. c. adā. ¶ Sancto Paphūtio oranti cui sanctorū similis esset: responsum est primo ꝙ cuidā symphoniaco qui querebat victum arte cantandi. quem quū Paphūtius inuenisset: ⁊ quesisset cuius meriti esset apud deū: respōdit se nihil meminisse fecisse apud deum: nisi ꝙ ipse quū latro esset: latronibus violare volentibus mulierem quā ceperant / restitit: ⁊ eam eripuit. Et alio tempore quū mulier lamentaretur per desertū ꝙ filij eius in captiuitate tenerētur: ipse errantem reduxit ad refectionem: ⁊ dedit ei. ccc. solidos ꝗbus redimeret maritum ⁊ filios. Iterum orauit Paphūtius cui similis esset. cui respōsum est ꝙ primario vici huius qui est in proximo. Quumq inquisisset de vita eius: dixit se coniugatū / sedantē lites / hospitalem / ꝗ non cognosceret vxorem nisi causa prolis / nō ledentē famulos aut agros aliorū. quorū vterq inductione Paphūtij in deserto in vita anachoritica mortuus est. Iterū dictū est Paphūtio ꝙ similis erat cuidam negotiatori venienti ad se. ꝗ similiter in deserto remansit. ¶ Tertia species est illorū qui in ordine volūt habere diuitias ⁊ honorē quem in seculo nō habebant. de ꝗbus Aug. Non erigant ceruices cōtra socios intus: ꝗbus foris accedere nō audebant. Inflantur ⁊ abundant in cenobio: qui viles ⁊ inopes erant in seculo. xij. q. ij. gloria. ¶ Quarta species est illorū qui in claustro gloriātur de diuitijs quas in mūdo habebant: vel monasterio cōtulerunt. de hoc. j. q. ij. nō est meum. ¶ S Nunc dicendū est de quibusdam vitijs que ex superbia procedunt. Et notandum ꝙ fm beatum Bern. xij. sunt gradus superbie. qui sunt / Curiositas. que queritur ⁊ disceptat de ijs que non expediunt. ex̄ de re iu. abbate sane. §. fi. lib. vj. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter: ⁊ in pluribus eius operibus non eris curiosus. Eccli. iij. Illuditur curiositas humana: quādo id appetit impudēter scire qđ nulla ei ratione cōpetit inuestigare. xxvj. q. v. nec mirum. Leuitas. que cito credit. xj. q. iij. in cunctis. Inanis leticia. Iac. iiij. Nunc autē exultatis in superbijs vestris. Iactantia. laus ppria. xx. q. iiij. omnis iactantia. xj. q. iij. si quis. Singularitas. vt appareat. xlj. dist. quisquis. Mat. vj. Arrogantia. de qua vide. xlvj. dist. c. j. ⁊. xlviij. dist. §. j. Presumptio vel reputatio. que de se tenet quod non est: ⁊ presumit quod non potest: ⁊ quod nō scit. Eccli. xviij. Uidi presumptionē cordis eorum: quoniā mala. Peccati defensio simulata. de peni. dis. j. §. hec ergo secreta. ℣. item taciturnitas. Confessio. vbi aūt regnat hypocrisis: ibi humilitas esse non pōt. de pe. di. j. §. hec ergo. ℣. itē taciturnitas. Rebellio. lxxxj. di. si quis. Peccandi libertas. ac si non sit deus qui puniat ⁊ dominus. Exo. xx. Ego sum dominus zelotes. j. q. iiij. §. contra dn̄s. Peccandi consuetudo. que in profunda malorū venit: ⁊ non excusat. xvij. di. nec licuit. ex̄ de simo. cum in ecclesie. cum. c. pre. ¶ T Ad hos gradus addo alium superbie. scʒ irreuerentiam. que ex fonte superbie magne procedit. De qua sciendum est ꝙ irreuerentia est honorem non exhibere ei cui debet. Sunt autem quatuor principalia quibus reuerentiam debemus. scʒ deo / angelo / rebus deo cōsecratis / ⁊ prelatis ecclesie. Deo. vt corā eo ꝗ vbiq est peccare: erubescamus: ⁊ bona strenue agamus. Sapiēs in versiculis.

Quū quid turpe facis: quod me spectante luberes:
Cur spectante deo non magis ipse rubes?

Boetius Seuerinus in fine quinti libri de consolatione phie. Magna nobis (si dissimulare nolum⁹) indicta est

Claustralium supbia quadruplex.

Supbie gradus duodeci.

Reuerētia ꝗbus impendenda.

probitatis necessitas: quũ oĩa agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. xxviij. q. ij. perniciosam. De reuerentia ad angelum. Bern. In quouis diuersorio. in quouis angulo reuerẽtiam habe angelo tuo semper adstanti. ps. xxxiiij. Montes in circuitu eius .i. angeli. Hiero. Nec audeas eo presente: quod me presente nõ audes. De reuerẽtia sacris locis. Gen. xxviij. Quã terribilis est locus iste. ⁊ ar. j. di. ius publicum. ⁊ de cõse. dist. j. c. j. vide quod no. de conse. dist. ij. institutio. Sed sunt quidam homines in hoc demonibus nequiores: quibus locus corporis dominici ⁊ reliquiarum sacrarũ in ecclesia est terribilis. ipsi tamen ibi feda ⁊ inhonesta attentare ⁊ perpetrare nõ formidãt. contra quos. j. Macha. iij. legitur de Heliodoro inuadẽte depositũ in templo. cui apparuit equus terribilis: terribilem habens sessorem. de hoc ex̃ de reli. ⁊ ve. sanctorum per totum. ⁊ de immu. eccle. c. decet. lib. vj. ⁊ xvij. q. iiij. §. sacrilegiũ. ex̃ de adul. significasti. Hominibus etiam reuerentia facienda est. j. Pet. ij. Omnes honorate. ex̃ de maio. ⁊ obe. solite. ⁊ j. Regem honorificate. ix. di. neq̃. Et cõscientie. Bern. Conscientie tue debes honorem: corã qua peccare erubescas. Eccli. x. Fili in mansuetudine serua aiam tuã: ⁊ da illi honorem ſm meritum suũ. Peccãtem in animã suam quis iustificabit? ⁊ quis honorificabit exhonorantem animã suam? Immo nec serui sunt inhonorandi nec contemnendi: maxime propter naturam diuinam nobiscũ vnitam. Matth. xviij. Videte ne contẽnatis vnum ex his pusillis. Eccli. vij. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. Cyprianus. Qualem cupis erga te deũ esse: talis ⁊ ipse sis circa seruum tuũ. Seneca. Cum inferiore sic viuas: quemadmodũ superiorem vis tecũ viuere. facit. ij. q. vj. qui se scit. ij. xxij. q. vj. iniquum. ix. di. neq̃. ⁊ expressius. lxxxiij. dis. quorũdam. ibi. Et ideo q̃ tales erga subiectos nostros debemus existere: quales nos (si subiecti fuissemus) nostros vellemus esse prepositos. xcv. dist. esto. xxij. q. v. de forma. Pauperes etiam honorandi sunt. Greg. Pauperes nõ sunt despiciendi vt egeni: sed exhorandi vt patroni. Domini etiam honorãdi sunt a seruis ⁊ subditis. j. ad Cor. xiij. Omnis aĩa ⁊c̃. ⁊ ex̃ de cẽs. omnis. Rom. xiij. Cui honorem honorem. Rom. xij. Honore inuicem preuenientes. Senes etiam boni honorandi sunt. Thren. iiij. Facies senum nõ erubuerunt. ⁊ post. Neq̃ senum misertii sunt. Sap. ij. Nec veteranũ vereamur. Leuit. xix. Coram cano capite consurge: ⁊ honora personam senis. j. ad Tim. iiij. Seniorem ne increpaueris. ij. q. vij. paulus. Seneca. Cum veterano parcius agendum est. Viri similiter honorandi sunt ab vxoribus. j. Pet. ij. ⁊ econuerso. vt ibi. Hiero. Non de pede: sed de costa mulierẽ formauit: ne ea viro contẽneretur. nec de capite: ne ei dominaretur. de hoc. xxxiij. q. v. cũ caput. ⁊ c. vlti. Honorandi sunt parentes spirituales. Eccli. vij. Honorifica sacerdotes. Heb. vl. Obedite prepositis vestris. j. ad Timo. v. Qui bene presunt presbyteri duplici honore honorẽtur. Thren. iiij. Nõ addet vt respiciat eos. Facies sacerdotũ non erubuerũt. glos. Notandũ q̃ supra sacerdotes quasi homicidas notat. ⁊ hic separantur a facie domini q̃ non detulerunt eis. q̃uis enim mali sunt: non sunt contẽnendi. sed ille in illis colendus est ⁊ honorãdus: a quo missi sunt. Et alia glos. Nota terribile contra contẽnentes sacerdotes: ⁊ cõtra facies eorũ non erubescentes. i. illis monentibus ⁊ iubentibus a secularibus nõ cessare. Ad hec. x. x. di. ſm. ij. q. j. non quales. xxi. di. in nouo. Honorãdi quidẽ sunt ꝑpter dignitatem. maxime quã scʒ trãssubstantiandi habent in sacramento altaris. j. q. j. multi. quam nõ habent angeli. Honorandi etiã sunt parentes carnales. Exo. xx. Honora patrẽ tuum ⁊c̃. verbis scʒ ⁊ beneficijs. Hiero. Honor in scripturis non tam in salutationibus ⁊ verbis q̃ in collationibus munerũ sentitur. ad hec. xxxj. q. j. quomodo. j. ad Timo. v. Qui suorũ maxime domesticorũ ⁊c̃. xlvij. dist. §. necesse. de hoc plene. Eccli. iij. Unde ibi sup illo verbo / Maledictio matris eradicat fundamenta. Gen. ix. glos. Cham nuditatem patris irrisit. xcvj. dist. in scripturis. ⁊ semen suũ in seruitutẽ perpetuã dãnauit. xxxv. di. sexto die. ij. Reg. xv. xvj. xvij. ⁊ xviij. Absalon Dauid de regno expulit: ⁊ concubinas eius incestauit. sed morte cõdignas penas luit. iiij. Reg. ij. Helisei caluitium pueri Bethel irriserunt. et duo vrsi. xlij. de eis lacerauerunt. primum Gen. ix. secũdum. ij. Reg. xviij. tertium. iiij. Reg. ij. Prouerb. xix. Qui affligit patrem ⁊c̃. ⁊ xxviij. Qui subtrahit aliquid a patre ⁊c̃. et xij. q. ij. qui abstulerit. Eccli. iij. Honora patrem. Exo. xxj. Qui percusserit patrẽ aut matrẽ: morte moriatur. Tob. iiij. Honorem habebis matri tue ⁊c̃. Non honorantes parentes anathematizat conciliũ gangrense. xxx. di. c. j. Ad hoc etiam. lxxxvj. dist. non satis. §. est probanda. ⁊ xcvj. di. in scripturis. in fi. Et notandũ q̃ sicut tenemur prouidere necessaria parẽtibus carnalibus: ita ⁊ spũalibus. Mat. x. Dignus est mercenarius mercede sua. xij. q. ij. quicũq̃. ij. Timo. ij. Laborantem agricolam ⁊c̃. Gala. vj. Communicet autẽ is qui catechizatur ⁊c̃. xiij. q. j. §. his ita. Unde super pre. verbo apli. j. Timo. v. Qui bene presunt presbyteri: duplici honore digni habeantur. glos. A subditis. vt eis spũaliter obediant: ⁊ temporalia eis ministrent.

¶ Articulus. lxxvij.

Ostq̃ sufficienter expediuimus de superbia inficiente omne genus humanuʒ: maxime religiosos quosdam qui adstrictius humilitatẽ domino promiserunt: ad aliud religiosorũ quorũdam nostri temporis vitium accedamus. scʒ vanã gloriam. ¶ A Igitur ſm Climacum in gradu. xxij. Vana gloria est ſm speciem nature immutatio / morũ peruersio ⁊ obseruatio querele. ſm vero qualitatem est laboruʒ dispersio / sudorũ perditio / thesauri insidie ⁊ perditio / infidelitatis proles / superbie precursatrix / naufragium in portu / in area formica minima quidem existens / vniuerse vero fatigationi ⁊ cursui insidiatur. Vigilanter obserua: et florentem vsq̃ ad momentum ⁊ mundam inuenies in vestimentis ⁊ in vnguentis ⁊ pompatico processu ⁊ aromatibus ⁊ alijs. Ieiunans vaniglorior: ⁊ resoluens ieiunium vt nõ innotescam. Iterum vaniglorio: preclare vestitus. vincor ab eadem vilia cõmutans. Iterũ vaniglorior: loquens. vincor ab ea. ⁊ tacens iterum succũbo. quocunq̃ proieceris tribulum istum: stat aculeo recto. Vaniglorios est idolorum cultor fidelis: colens quidem deũ ſm apparens: hominibus vero ⁊ non deo placere volẽs. Matth. vj. Vanigloriosus est omnis ostentator ⁊ ostentationis amator. Vanigloriosi ieiuniũ absq̃ mercede est. Matth. vj. ⁊ oratio eius importuna. propter laudẽ enim hominum vtrumq̃ operatur. Vanigloriosus exercitator dupliciter leditur: corpus quidem contabescere faciens: mercedem vero non accipiens. ¶ Adulatores vanã gloriam prouocant. vj. q. j. sunt plurimi. Adulator est demonum minister: superbie manuductor: cõpunctionis dispersor: bonorum exterminator: seductor vie. Confundantur ⁊ obmutescant qui beatificare in facie admirãtur. xlvj. di. c. ij. ⁊ in. xxij. q. ij. primũ. Seneca. Adulatio dulce venenũ. Magnũ est ab anima laudem hominũ amouere: maius vero est laudem demonum auertere. i. s. Cor de humilitatem ostendit: non qui seipsum vilificat. quomodo enĩ non cõportabit seipsum: sed ab alio improperatus ⁊ charitatẽ ad ipsum non diminuens. Non suscipias vane glorie demonẽ quũ tibi episcopatũ. j. q. vj. sicut is. aut fratrũ ducatum aut magisteriũ submittit. Labor enim est hũc canem scʒ vanam gloriam a macelli mensa. ab appetitu repellere cordis. Secularium aduentum preanticipat vana gloria: ⁊ leuiores monachos in occursum aduenientium exhortatur exire. Qui vanitatem vane glorie mercatur: duplicem vitam possidet. nam inter monachos habitu ⁊ figura moratur. in mundo vero prudentie cogitatione et mente. Qui super donis naturalibus et diuitijs. dico

Vana mortaliũ gloria.

nutē acuitate ingenij/⁊ intellectus docilitate/lectione/
prolatione/promptitudine/ingenuitate/⁊ talibus hmōi
vniuersis absq; labore preexistentibus in nobis extollitur:
nūq̄ super naturam bono vero participabit. qui enim in
modico scz in naturalib⁹ infidelis est:⁊ in multo scz in su
pernaturalibus scz bonis gratuitis scz virtutibus infide
lis erit.ar. Matth.xxv.de fideli in modico. Luc.xix. Uana
gloria mater est superbie.quia nimirū laudes exaltant et
inflant. vi.q.i.sunt plurimi. exaltata vero anima/tūc eam
superbia sumens sursum effert vsq; ad celos:⁊ subtus de/
fert. Luc.x.de peni.dist.ij.si enim.ad fi.ad abyssos. Princi/
piū priuationis vane glorie est custodia oris ⁊ amor igno
minie. Medium vero recisio omniū adinuentionū vitio/
sarum intellectualiū. Finis vero ea que sunt ad ignomi/
niam conferentia/corā multitudine insensibiliter adinue
nire. Quū nos laudare incipiūt demones seductores: ce/
leriter recordemur multitudinem iniquitatū nostrarum.
Uana gl'ia est simplicitatis abiectio/ficta institutio ⁊ con
uersatio. Hucusq; Climacus. ¶ In epistola ad virginem
ait sanctus Athanasius. Si manifestaueris vitam tuam:
pariet hoc tibi vanam gloriam:⁊ damnū patieris. Si aūt
animā inueneris tibi consentaneā pariter que dei sunt fa/
cientem:huic quasi soli in ministerio reuela.ibi em̄ non est
vana gloria.q: qui loquitur vt animā saluet:multā mer/
cedem accipiet se habentibus desideriū non insidiatori/
bus. Matth.xxij.xi.q.iij.nolite. audiendi loquitur vt sal/
uentur. ¶ Abbas Pemen.dixit. Homo si seipsum repre/
hendat:vbiq; potest stare solus ⁊ cū alijs.si autem se ma/
gnificat:nunq̄ stat. Quicquid fecerit homo boni:ne exul
tet in eo.quia mox perdet illud. Abbas Macharius cū
iniurianti satisfaciebat de eo qd̄ querebat. laudanti eum
nullū dabat responsum. Dixit abbas Zenō. Egyptij mo
nachi virtutes quas habent zelant:⁊ vitia q̄ nō habent/
manifestant. Syri autē ⁊ greci virtutes quas non habēt/
predicant:⁊ vitia q̄ habēt/abscondunt. Dixit senex. Qui
ab hominibus amplius honoratur aut laudatur:non pa
rū damni patitur.qui autem ab hominibus non honora/
tur:desuper gloriam scz tēporalem (intelligo eā appeten
do)⁊ eternam.xl.di.qui pānatū.accipiet. vtrāq; enim ha
bere gloriam impossibile est. Idem senex. Sicut fieri nō
potest vt herba simul ⁊ semel nascatur.de peni.di.ij.dum
sanctā. Ita impossibile est vt laudem ⁊ gloriam seculariū
habentes (supple ⁊ affectantes) simul etiam ⁊ fructū fa/
ciamus celestem. Dixit sancta Syncletica. Sicut thesau
rus si manifestetur minuitur:ita ⁊ virtus deperit publica
ta. Nam sicut cera a facie ignis soluitur.ps̄.lxvij. ita ⁊ ani
ma per laudem resoluta perdit intētionem suā. Dixit se/
nex. Quando cogitatio superbie vel vane glorie te impu
gnat:perscrutare teipsum si omnia. Exo.xx.no.xxxij.q.vij.
quod in oibus. Matth.xix.mādata dei seruasti. Mat.vi.
xxiij.q.iij.sec. Si inimicos tuos diligis: si gaudes i gloria
inimici tui:⁊ cōtristaris in deiectione eius:⁊ si apud te ha
bes ꝙ seruus inutilis. Luc.xvij.et:⁊ oibus hoibus plus
peccator. Neq; tamen aliquid grāde sapias tāq̄ aliquid
feceris:sciens ꝙ elata cogitatio om̄ia illa bona dissoluet.

Quidam senex dixit ꝙ mortuus erat mundo.alter dixit
ei. Non cōfidas donec egrediaris de corpore.quia etsi tu
dicas ꝙ mortuus es:diabolus tn̄ mortuus nō est. Quū
quidam senex in deserto quinquaginta annis nec panem
nec aquā ad satietatē accepisset: dicebat/occidi auaritiā
⁊ vanam gloriā. Quod quū audisset abbas Abraam: ve/
nit ad eū:⁊ requisiuit an illū sermonē dixisset. At illo con
fitēte/dicit ei Abraam. Ecce dū per viam ambulas vides
lapidem ⁊ massam auri. Nūquid potest cogitatio tua au
rum simile lapidi existimare? Dixit senex. Non.sed pugno
cum cogitatione mea ne illud tollam. Cui Abraam. Ecce
viuit auaritia.sed ligata est. Iterū dixit ei Abraam. Ecce
audis de duobus fratribus ꝙ vnus te laudat:alter te hor
ret:⁊ detrahit de te.nūquid vtrūq; eorum ad te venientē
pariter accipies? Dixit senex. Non.sed iterum pugno vt ⁊
illum diligam quem horreo. Cui Abraam. Ecce ergo vi/
uunt in te passiones. sed ligate.supple. et solui possunt.
Quidam senex dixit alteri. Si fratri dedero aliquid: ⁊ ta
men spiritus xenodoxie sordidet illud:tamē propter lau
dem hominum hoc faciam: nūquid diuinitam daret? Cui
senex. Et si propter homines hoc tentaris facere:tamen q̄
proximo necessaria sunt da. Nam duo homines erāt in vi
co:vnus seminauit ⁊ fecit frumentum parum ⁊ ipsum nō
mundum.alter nihil seminauit. Ueniente fame/meli⁹ po
tuit viuere qui seminauit. Faciamus nos ergo aliquanta
(etsi immūda) ne periclitemur. Adde quod no.I.h. proxi/
mo.h.frater egidius. Quum abbas Sisoy suspirasset al
tero audiente:dixit. Indulge mihi frater.quia necdū mo
nachum me esse cognosco:quia audiēte altero suspiraui.

Quidam senex quū descenderet ad visitandum filium
ministri sui:in vico precessit cū minister:⁊ ait vicinis. Ue/
nite occurrite anachorite.quos quū senex longe vidisset
egressos cum lampadibus:sentiens ꝙ ad se venirent:spo
liauit vestimenta sua ⁊ misit in flumen: ⁊ cepit ea lauare
stans nudus.qui autem ministrabat ei:videns/erubuit:⁊
rogauit homines dicēs. Reuertimini. senex enim noster
sensum perdidit.⁊ veniēs ad illum/dixit. Abba: quid hoc
fecisti? omnes enim qui te viderunt:dixerunt quia demo/
nium habet senex. Cui ille. Et ego hoc volebam audire.

Quū iudex prouincie abbatem Moysen desideraret vi
dere:⁊ ei in eremo obuiasset:requisiuit ab eo incognito.
Ubi est cella abbatis Moysi? cui ipse. Quid illum vultis
videre hominem stultum ⁊ hereticum? que quū audisset
iudex:veniens ad ecclesiam retulit clericis que audierat.
Contristati clerici dixerunt qualis esset monachus qui
sibi talia dixisset. Iudex respondit. Senex vestimenta ve/
terana habens.longus ⁊ niger. Et tunc cognoscēs ꝙ ille
esset:miratus recessit. Quū quidam iudex vellet videre
abbatem Symeonem:ille audiens ascendit arborem pal
me:⁊ cepit eam mundare.quū aūt venissent illi:dixerunt.
Ubi est anachorita? At ille respōdit. Non est hic. discessit.
⁊ sic illi discesserunt. Iterum alia vice voluit eum videre
quidam ex iudicibus:⁊ precesserunt clerici dicentes. Ab/
ba:para te.quoniā iudex audiens opera tua venit abs te
benedici. At ille.etiam parabo me. Uestiuit ergo centonē
suum.⁊ accepit panem ⁊ caseum in manus suas. ⁊ diua/
ricatis pedibus sedit in porta:et incepit comedere. Ue/
niens iudex ⁊ sic eum videns/contemnens eum discessit.

Quū abbas Sisoy resuscitasset quēdam infantem de/
functum quē in cella proiectū orare credebat:ait discipu/
lo. Nunq̄ hoc dicas ante meum trāsitum. Fugit abbas
Nesteroth draconem in deserto:dicens. Nisi draconem fu
gissem:cogitationem vane glorie non vitassem. Quum
fratres de Shli non possent quēdam immūdum spiritum
deijcere:dixerūt. Non potest quis hunc eijcere nisi abbas
Bessarion.sed si hoc dixerimus ei:nec ad ecclesiā veniet.
fingamus ergo ꝙ dormit. Et dixerunt Bessarioni. Abba
suscita istum qui dormit. At ille dixit.surge ⁊ egredere fo
ras. Mira sanctitas.ignorans fecit miraculum. Et mox
egressus est ab eo sp̄us immundus. Quū sanctus Ma
charius quēdam mortuum suscitasset:discipuli eius ante
pedes eius corruerunt pre timore.quibus senex. Istud p
pter me factum non est.nihil enim mihi collatum est. sed
propter mulierem viduam ⁊ paruulos de⁹ indoluit. hoc
enim maius est ꝙ deus noster animas hominū sine pec/
cato esse desiderat:q̄ mortuos suscitare. Item dixit. Qui
laborat:et arbitratur se aliquid facere:recipit hic merce/
dem suam. Serapion in collatione de octo vitijs. Xeno/
doxie genera duo sunt. Primum ꝙ pro carnalibus ac ma
nifestis extollimur rebus. Secundū ꝙ pro spiritualib⁹ ⁊
occultis desiderijs vane laudis inflamur. Una tamen in
re xenodoxia vtiliter accipitur.quū quis spiritu fornica/
tionis tentatus/ne vilis habeatur ab alijs:continet:⁊ ne
nomen sanctitatis amittat. Nec mirum tantam huic pas
sioni inesse virtutē/vt irruentem quēpiam in fornicatio/

nis stimulum valeat refrenare: quod sit experimentis mul-
torum sepissime probatum q ita cum quem semel veneni sui pe-
ste corruperit: infatigabilem reddat: vt faciat ab eo ne bi-
duana quidem vel triduana sentire ieiunia. Super qua re
pulchre abbas Macharius cuidam percunctanti cur fa-
me ab hora tertia in eremo pulsaretur: q in cenobio heb-
domadibus integris refectionem sepe contemnens non sen-
sisset esuriem: respondit. q hic nullus est ieiunii tui testis:
qui te suis laudibus nutriat atque sustentet: ibi autem te digi-
tus hominum et xenodoxie refectio saginabat. Cassianus
in lib. xi. de xenodoxia. i. vana gloria. Septimum nobis cer-
tamen est contra spiritum xenodoxie (quam nos vanam glo-
riam possumus appellare) multiformem varium atque sub-
tilem. ita vt quibuslibet perspicacissimis oculis non dicam
caueri: sed preuideri vix possit. Non solum enim vt cetera vi-
tia in parte carnali: sed etiam in spirituali monachum pulsat
subtiliori se nequitia ingerens monachi menti. ita vt qui
non potuerunt carnalibus vitiis decipi: spiritualibus successi-
bus acrius saucientur. tantoque est perniciosior ad confli-
ctum: quanto obscurior ad cauendum. Omnium namque viciorum
manifestior apertiorque est congressus. et in vnoquoque eorum
contradictione rigida confutatur incentor: et inualidior
factus abscedit. victoremque suum deiectus aduersarius de-
inceps infirmior attentabit. Hic vero quum per elationem car-
nali pulsauerit mentem: et fuerit responsionis scuto repul-
sus: rursus vt quedam multiformis nequitia priori habitu
personaque mutata sub virtutum specie victorem confodere et
iugulare contendit. Et eni cetera vitia seu perturbationes
vniformes ac simplices esse noscuntur. Hec vero multiplex
et multiformis ac varia vndique bellatori et ex omni parte
occurrens. Nam et in habitu et in forma in incessu in lectio-
ne in voce in opere in vigiliis in ieiuniis in oratione in
remotione in scientia in taciturnitate in obedientia in
humilitate in longanimitate militem christi vulnerare co-
natur. Pulchre seniores naturam morbi huius in modum
sepe describunt: que vno decoriata tegmine alio rursum
inuenitur inducta. Omnia vitiata superata marcescunt:
et deuicta per singulos dies infirmiora redduntur. Hoc
vero deiectum acrius insurgit ad lucramen. Gala. v. Nolite fie-
ri inanis glorie cupidi. etc. Jo. v. Quomodo potestis vos
credere qui gloriam ab inuicem accipitis: et gloriam que a
solo deo est non queritis? Et Dauid ps. lii. Dissipauit deus
ossa eorum qui hominibus placent. Et Gala. i. An quero homi-
nibus placere? Si adhuc hominibus placerem: christi ser-
uus non essem. xlvii. dist. c. vlti. Imminuit hoc vitium cleri-
cus gradum et desiderium presbyterii ac diaconii. Quidam
senex quum ad cellam cuiusdam fratris causa visitationis ve-
niens ostio proximasset: et quid ageret curiosius auscultaret:
ita eum reperit huius spiritus impugnatione pellectum: vt in
ecclesia sese credere faceret exhortatorium plebi sermonem.
rursumque mutato officio audiuit eum velut diaconem mis-
sam cathecuminis celebrantem. Sententia patrum antiquo-
rum hec est ad vanam gloriam fugiendam. scz monachum
debere fugere mulieres et episcopos. neuter enim sinunt
monachum quieti celle operam dare: aut theorie vacare.
¶ Jo. cassi. ibi vbi supra. Hanc bestiam multiformem tali re-
medio poterimus euadere. vt cogitantes illud ps. lii. Dissi-
pauit deus ossa etc. primitus nihil proposito vanitatis ac
inanis glorie gratia nosmetipsos facere permittamus. dein-
de ea que bono initio fecerimus: obseruatione simili custo-
dire nitamur. ne deus laborum nostrorum fructus post irre-
pens xenodoxie morbus euacuet. Quicquid etiam in con-
uersatione fratrum minime communis vsus recipit vel exer-
cet: cum studio tanquam iactantie dedicatum declinemus. Et
ea que nos possunt inter ceteros nobiles reddere: veluti
solis facientibus laus apud homines sit querenda: vitemus.
Quod facillime poterimus euadere. si consideremus non
solum fructus laborum nostrorum nos penitus amissuros
quoscunque xenodoxie proposito fecerimus: sed etiam reos
magni criminis factos eterna supplicia veluti sacrilegos

subituros. vtpote qui ad iniuriam dei opus quod eius vt
glorificetur deus. Matth. v. Luc. ii. ps. cxiii. Non nobis do-
mine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. obtentu nos
oportuit agere: hominum gratia maluerimus exercere: ab
eo qui occultorum est conscius. ps. ix. Scrutans corda et re-
nes deus. Ad Heb. iiii. xxxi. di. erubescant. xviii. q. ii. perni-
ciosam. homines deo et gloriam mundi glorie domini pretu-
lisse conuicti. Nilus. Vane glorie passio irrationabilis est:
et in omni virtutis opere se admiscet. Monachus vane glo-
rie cupidus sine mercede operarius. Matth. vi. Saccu-
lus perforatus non seruat immissum. Et qui mercedes con-
gregauit misit eas in sacculum pertusum. Aggei. i. Nec xe-
nodoxia mercedem. Ventus dissipat vestigia viri: et elemo-
synam. i. q. i. vide. glorie vanitatis. Iactus lapidis non per-
uenit in celum. et oratio placentis hominibus non ascendit
ad deum. Occultat thesaurum suum vir sapiens: et virtutis
sue laborem monachus prudens. In plateis orat xenodo-
xia. qui autem impugnat eam suum intrat cubiculum. Matth.
vi. saltem cordis. Occulta in itinere latronum que tua sunt
donec ad supernam ciuitatem peruenias. Vana gloria men-
tem decidentem corroborat. infirmantem facit incolumem. et
senem iuuenem fortiorem. Raucam vocem subtiliat. palle-
tem florere facit. claudum facit currere: et cecum videre. ¶ Vi-
di Rome fratrem multis mensibus iacentem in grabato:
et dormitorum clamoribus infirmitatis concutientem: factum
gardianum statim stantem et exilientem et dolorem non sen-
tientem. Claudam ouem vel capram cum tintinnabulo prece-
dere facit gregem hic morbus. quod est mirabile in pecu-
de bruta. ¶ Frater Egidius laicus socius beati Francisci.
Propter tentationem inanis glorie non desistas facere bo-
num. Si enim agricultor nolens semen iacere in terram
diceret intra se. Nolo seminare hoc anno. q si seminauero:
forte venient volucres et comedent ex semine illo. et propter
hoc non seminaret: non haberet fructum terre ad comeden-
dum. Si autem seminat: licet aliqua de semine pereant. tamen
maior pars remanebit ei. Sic est de illo qui tentatur de va-
na gloria et pugnat contra eam. Adde quod scripsi supra. §.
proximo. ¶. quidam. ¶ Legitur de beato Bernardo q quum
predicaret: et a vana gloria tentaretur q bene predicaret.
respondit. Nec propter te incepi: nec propter te dimittam. ¶ Di-
xit abbas Sisoy. Nisi dominus glorificauerit homines: gloria
que ex hominibus est non diu permanebit. Prouer. xxvii. Ne
glorieris in crastinum: ignoras quid superuentura pariat
dies. Laudet te alienus: et non os tuum. extraneus et non la-
bia tua. Hiero. Non queras gloriam: et non dolebis quum
inglorius fueris. Qui laudem non appetit: contumelias non
sentit. Matth. ix. Videte ne quis sciat. et viii. Nemini dixe-
ris. Jo. viii. Ego gloriam meam non quero. Seneca. Ero
sit ignominia superbi gloria. Stultissimum est temporalem
gloriam transitoriam querere vnde possumus eternam ac-
quirere. Bern. Fidelis sibimet custos non tutum arbitratur
labiis hominum committere gloriam suam. Non tutum plane:
sed stultum ibi thesaurum tuum reponere vbi non valeas re-
stituere quum volueris. Si ponis in os meum iam non in tua
sed in mea est voluntate. quum vtique pro meo libito vel lau-
dare te possim vel derogare tibi. Bern. Hypocrita quid
non vis esse laudabilis: qui vis vt lauderis? Quid formo-
sus apparere et formosus non esse? Bern. Vt quid alieno
testimonio contentus sum: cuius nec vituperio reprobus
nec laude dignus inueniar? Si ante tribunal vestrum iudi-
candus adstarem: merito de laude vestra gloriarer. Nunc
quum solius christi iudicio sim presentandus: quante insanie
est mei vel alterius iudicio gloriari. De hoc. xi. q. iii. senti. cum
c. sequentibus. Item Bern. Qui conscientias suas in alie-
nis linguis posuerunt: modo parui modo magni modo
nulli iudicantur: prout linguis hominum eos laudare vel
vituperare placuerit. Ber. Reuera fidelis famulus ex tam
de multa gloria domini tui nil manibus tuis adherere contin-
gat. Augu. Quas vires nocendi habeat vana gloria non
sentit: nisi et bellum ei indixerit. quia etsi cuiquam facile est

gloriā non capere quū negatur: difficile est tamen ea non delectari quum offertur. Greg. Aliquantulū facile est humanā laudem nō appetere. difficillimū est oblatā respuere. hoc vitium vincit alia vitia vincentes. Aug. Cauēdum est precipue de vitio quod surgit de victoria vitiorū. Hiero. Difficilius arrogātia caremus: q̄ auro τ gēmis. Aug. Sunt qui contemptu inanis glorie vanius gloriātur. ps. li. Quid gloriaris in malitia? Poeta.

Gloria peccati nulla petenda tibi.

ex de exces. prela. q̄ graue. Prosper. Quū omnia vitia superauerit homo: manet periculum ne mens bene sibi cōscia potius in se q̄ in dño glorietur. contra illud. ij. Cor. x. ibi. Qui gloriatur: in domino glorietur. Hiero. Prima virtus monachi est iudicia hominū contemnere. Quū cantor Parisiensis in quodā loco predicasset: redeūti occurrēs quidam clericus, dixit ei. Benedictus sermo oris tui. de quo vehementer cantor turbatus est. ¶ Remedia contra hoc vitium. Primum est absconsio. Esa. xxxi. Erit vir sicut qui absconditur. In vitis patrum. Sicut thesaurus manifestus cito minuitur: ita virtus quelibet deperit publicata. Greg. Depredari desiderat: qui thesaurum publice in via portat. Figurat hoc Exo. iiij. in manu Moysi que leprosa in sinu curatur. Secundū est sui reprehēsio. vt supra in. §. proximo. ij. N. abbas. In vitis patrum dictū est de se reprehendente q̄ vbicūq̄ viuere potest. Tertiū est consideratio inferni vel purgatorij. vbi est ignominia ad puniendam vanam gloriam. Quartū est consideratio glorie eterne. q: fm Greg. Vilescunt tēporalia: quum considerantur eterna. τ spernitur falsa gloria: quū pensatur vera gloria. Quintum, quū offertur homini gloria vel tentatur de ea: det eam deo dicens. ps. cxiij. Nō nobis domine τc̄. τ. i. sed nomini tuo da gloriam. Sic angeli fecerunt. Luc. ij. de cōse. di. i. hi duo. τ. c. porro. Sextū, quia fm Hiero. impossibile est q̄ qs in vtroq̄ regno appareat gloriosus.

Quib' arceatur vana gloria.

¶ Remedia etiam cōtra superbiam filiam vane glorie sunt hec. Primum, consideratio melioris. sicut Elizabeth mater Jo. baptiste cōparata beate Marie humiliata est. Luce. i. Vnde hoc vt veniat mater dñi ad me? Et Jo. cōparatione saluatoris. Mat. iij. Ego a te debeo baptizari τc̄. Greg. Sicut incentiuum elationis est respectus deterioris: ita cautela humilitatis est consideratio melioris. ¶ Secundū remediū est cohabitatio humiliū. Sicut em̄ qui cōmunicat superbo: induet superbiā. Eccl. xiij. sic qui cōmunicat humili: induet humilitatem. Odo episcopus Parmēsis semper ante se despectiores pauperes in mensa ponebat: τ alios a latere. rq̄situsq̄ quomodo hoc poterat tolerare: respōdit q̄ quidam nobilis eum docuerat hoc. scz Job. v. c. dicens. Visitans speciem tuam nō peccabis. ¶ Tertiū est cōsideratio ppriē conditionis: primo sperma. deinde saccus stercoris. deinde cibus vermiū. Hiero. Quādo superbiat q̄ semp secum sentinā portat? Eccl'i. x. Quid superbis terra τ cinis? ¶ Quartū est exemplū christi. Aug. Medicina hoīs tumoris est humilitas saluatoris. Erubescat hō esse superbus, quū humilis factus est deus. Phil. ij. Ezech. i. Quū fieret vox super firmamentū qd̄ erat super caput eoȝ τc̄. dicit Greg. Sancti quiq̄ quū ipsum q̄ vnigenitū flagellatū ex sntia patris in hoc mūdo conspiciūt: deponunt si q̄d de suis meritis presumūt. Nā si hinc ipse sine flagello nō exijt: q̄ sine peccato venit. Jo. viij. quō flagellis digni nō erunt: q̄ huc cū peccō venerunt? Hiere. xlix. Ecce quibus non erat iudiciū vt biberent calicem: bibētes bibent: τ tu quasi innocens relinqueris? ¶ Quintū, cōsideratio vilis seruitutis in qua superbus est. quia seruus diaboli est qui est rex super omnes filios superbie. Job. xli. al's penul. ¶ Sextū, cōsideratio districti iudicij: qd̄ erit specialiter ad humiliandum superbos. vbi iudicium durissimū fiet ijs qui presunt. Sap. vi. vbi dñs. ps. xxx. retribuet abundanter facientibus superbiā. Esa. ij. Dies dñi exercituū super omnem superbum τ super omnem arrogantem: τ humiliabitur. Hiere. l. Ego ad te superbe (dicit dñs exercituū) quia veniet dies tempus visitatiōis: τ cadet superbus τ corruet τc̄. Esa. xxviij. Pedibus conculcabitur corona effraim. ¶ Septimū est consideratio infirmitatis nostre ex parte corporis τ anime. quū nec possimus pulicibus resistere. Aug. Homo dicit tibi conuiciū: τ tumes: τ iratus es. resiste si potes pulicibus. Bern. Limosa τ glutinosa nimis est non modo exterior: verū etiam interior substātia nostra. τ facile cor humanū omnibus que frequētat adheret. ¶ Octauū, mortis memoria. i. Macha. ij. Gloria impij stercus τ vermis. hodie extollitur: τ cras non inuenietur. quia cōuersus est in terram suam. Eccli. vij. Humilia valde spiritum tuum. quoniā vindicta carnis impij ignis τ vermis. ¶ Nonum est recordatio ppriij sceleris. de quo Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aie mee. vnde ij. Reg. xvi. quum Semei malediceret τ mitteret lapides contra Dauid: Abisay dixit regi. Quare maledicit hic canis dño regi meo? vadam τ amputabo caput eius. Sed Dauid memor cōmissi sceleris cum Bersabee vxore Vrie respōdit. Dimitte eū vt maledicat iuxta preceptū domini: si forte respiciat dñs afflictionem meā: τ reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. ¶ Decimū est assiduitas deuote subiectionis. vt homo semper velit esse cū aliquo quē vereatur τ timeat: τ sub alio frangere propriā voluntatē discat. Jo. vi. Descendi de celo: non vt faciā voluntatē meā τc̄. ¶ Vndecimū, contēplatio occulti inspectoris cui cogitatio hominis confitetur. vt erubescamus corā eo clarū aliquid meditari. ps. xv. Prouidebam dominū in conspectu meo semp τc̄. ¶ Duodecimū est amor vilitatis τ exercitatio in operibus τ officijs humilibus. Eccli. vij. non oderis opera laboriosa. de peni. dist. ij. c. i.

¶ Articulus. lxxviij. A

Liud vitiū peculiare quorūdam religiosorū nostri tēporis est hypocrisis que ex vana gloria procedit. Amās enim humanam gloriā, simulat sanctitatem. Predicant aūt religiosi aliqui τ ostēdunt se habere virtutes q̄bus carent. mūdo in apparētia humiles: in claustro supbi. extra honesti: int' multi immūdi. extra tunica vili: intra loculi reconditi. extra puri: intus malitiosi. extra cū secularibus sobrij: intus cū fratrib' gulosi. extra cōpositi: intus dissoluti. extra mites: intus furiosi. extra simplices: intus maligni. Dicitur autē hypocrisis ab epi q̄ est supra τ crisis aurū: quasi desup aurat'. vñ hypocrite simulatores sunt. q: aliud sunt: τ aliud ostentant. fm Chrys. Eccl'i. i. Ne fueris hypocrita in cōspectu hoim. Deut. xxij. Nō indues vestē lana linoq̄ contextā. ex de elec. cū causam. i. non sis aliud intra, aliud extra. ¶ A tribus maxime hypocrite cognoscuntur, dicit Aug. Primū est bonoȝ oppressio. q: opprimunt bonos: vel persequēdo factis vel detrahēdo verbis. oēs em̄ hypocrite detractores sunt τ inuidi: se iustificātes τ alios condēnantes. Mat. vij. Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo. τ Luce. vi. Scōm est facilis reprehēsio alioȝ. quā faciūt vt videātur habere zelū. Tertiū est impatiētia in aduersis. supra oēs em̄ mouētur τ offendūtur ad [illegible] melias sibi dictas. Impatiētissimi em̄ sunt quidā [illegible] ti huius tpis: sicut experiētia cōtinua manifestat [illegible] culares τ eos τ adinuicē. Facilius reuera [illegible] lerarent vir' secularis decē iniurias q̄ religiosus [illegible] ta vnā. querunt nāq̄ gloriam hypocrite [illegible] contumeliam. Vnde [illegible] Non queras gloriā τ non dolebis [illegible] Qui laudē nō appetit [illegible] contumelias [illegible] Doctrina viri per patientiā noscitur [illegible] scz opera que familiariter [illegible] quādo deprehēdūtur [illegible] in mulierū cōsortia τ alia [illegible] in occulto [illegible] ¶ [illegible]

Hypocrisis vitiū est, religiosis peculiare.

autem ꝑm Climacū est mater mendacij ⁊ multoties suppositio ⁊ occasio. Nil em̄ aliud hypocrisim quidā esse determinant ꝙ mendacij meditationē ⁊ perpetrationē coherens ⁊ connexum habens iuramentū. Hypocrita toto corpore mētitur. qđ est factis mentiri. xxij. q. v. cauete. vbi dicit Amb. ꝙ mendaciū est non solum in falsis verbis: sed etiā in simulatis operibus. Deus aūt aspernator est duplicitatis: ⁊ simplicem intentionē desiderat. xxij. q. v. §. ex his oībus. Omnis hypocrita duplici vita viuit. cum corpore est in celo. cū anima est in terra. Est autē hypocrisis amor apparētie simulatione virtutis. sicut dn̄s ait Matth. vj. Omnia opera sua faciunt vt videātur ab hoībus. Tales omnes mēbra sunt antichristi. vnde. ij. Thessal. ij. Mysteriū iam operatur iniquitatis. s. iniquitas occulta sub specie pietatis. Et est hypocrita ꝑm sanctos/angel⁹ tenebrarum transfiguratus in angelum lucis. ij. Cor. xj. xxvj. q. v. epi. ⁊. c. nec mirū. xix. q. j. §. j. Demonium meridianum. ps̄. xc. A demonio meridiano. Et latro q̄ pependit a sinistris cū domino. Mar. xv. Et martyr diaboli. j. ad Tim̄. iiij. In nouissimis tēporibus discedent quidā a fide: attendētes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniorū in hypocrisi loquentiū mēdacium ⁊c̄. Descripsi hypocrisim supra in prima parte. in. §. firma colūna. ꝟ. nihil sic. in ar. lxvij. ¶ Hypocrisis subauratio dicitur. Hypocrite sunt sicut ait apl̄s ij. ad Timo. iij. sine affectione/sine pace/criminatores/incōtinentes/immites/voluptatū amatores/magisꝙ dei/habētes speciem sanctitatis: virtutem vero abnegantes. Tales veniunt in vestimētis. i. in habitu religionis/in blādimento sermonis/in austeritate victus. Colos. ij. Nemo vos seducat volēs in humilitate ⁊ religione angelorum que nō vidit: ambulans frustra inflatus sensu carnis sue. Per dulces sermones ⁊ benedictiones seducūt corda innocentiū. ij. ad Timo. iij. Hi sunt qui penetrant domos: ⁊ captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Intrinsecus autē lupi rapaces. Idem Mat. vij. ibi. Attendite a falsis prophetis ⁊c̄. Act. xx. Scio ꝙ post discessionem meā intrabunt lupi in vos nō parcentes gregi. Contra hypocritas Job. viij. Spes hypocrite peribit. ⁊. j. Sicut tela aranearū fiducia eius. ⁊ Job. xiij. Non enim veniet in cōspectu eius omnis hypocrita. Et. xv. Cogitatio enim hypocrite sterilis. Et. xx. Gaudiū hypocrite adinstar pūcti. si ascenderit vsꝙ ad celū superbia eius: ⁊ caput eius nubes tetigerit: quasi sterquiliniū in fine perdetur. ⁊ qui eū viderant/dicent. Ubi est: Uelut somniū auolans nō inuenietur: transiēs sicut visio nocturna. Et. xxvij. Que est em̄ spes hypocrite si auare capiat ⁊ nō liberet deus animam eius? Nuquid clamorem eius audiet deus: quum venerit super illū angustia? aut poterit in omnipotente deo delectari: ⁊ inuocare deū in omni tēpore? Regnant prelati hypocrite ꝑpter peccata populi. Job. xxiiij. Qui regnare facit hominem hypocritam ꝑpter peccata populi. Et Job xxxvj. Simulatores ⁊ callidi prouocant iram dei. Et Job vlti. Sternet sibi aurū quasi lutum. vbi Greg. per aurum intelligit hypocritas. de pe. di. ij. citius. Esa. xxxiij. Possedit tremor hypocritas. Et Esa. ix. Omnis hypocrita est ⁊ nequam. Hypocrita similis est fimo niue cooperto: qđ est exterius candidū: intus fetidū. ⁊ sepulcro exterius candido: interius pleno ossibus mortuorū. Matth. xxiij. Et vasi exterius mūdo interius sordido. ⁊ agno albo exterius nigro in cornibus. ⁊ ligno putrido de nocte lucenti. ⁊ lupo pelle ouina induto. ex de here. vt officiū. §. prouiso. lib. vj. Et sicut in ps̄. xliij. dn̄o dicunt sancti/Quoniā propter te mortificamur tota die. sic possunt dicere hypocrite/Quoniam cōtra te mortificamur ⁊c̄. Iste est Simon cyrenēsis crucem portans in angaria: sed nō moritur in ea: q: mundo viuit. Luc̄. xxiij. Hypocrita nūꝙ habet oculum cordis ad deū. vnde nec deus ad eum. Unde super illud ps̄. xxxj. Firmabo super te oculos meos ⁊c̄. dicit glossa in persona dei. Nō auferam oculos meos a te: quia tu semper leuas oculos meos ad me. Hypocrita vix vnꝙ veniam cōsequitur. vnde super illud Job. xxxv. Simulatores ⁊ callidi prouocant iram dei: nec clamabunt quū vincti fuerint. dicit glos. Uincti non clamabunt: quia humane laudis auiditate superati sanctos se miseri etiam cum in peccatis moriuntur/putant. Sap. j. Spiritussanctus scʒ discipline effugiet fictum. i. hypocritā. In ipso proprie dormit ⁊ requiescit diabolus: quia thalamus est vmbrosus. Job. xl. de pe. dist. ij. si enim. in fine. Nunꝙ hypocrita correctionem recipit: sed se semper defendit. Iudic̄. j. Fuit dominus cū Iuda: nec potuit delere habitatores vallis quia falcatis curribus abundabāt. hoc est in curribus eorum falces erant que sibi obuiantia vel aduersantia secabāt. Habitatores vallis hypocrite sunt. qui ipsos reprehendūt conuicijs scindunt. ꝑpter quod sirpo comparatur hypocrita. Job. viij. Nūquid virescere potest sirpus. i. iuncus vel carduus? quasi carpit ꝑm Hugui. glos. Sirpus intus est vacuus cui⁹ theca manū ledit. quia hypocrita gratia vacuus est: ⁊ correctionem non recipit. sed ad lacerandam vitam prorūpit. vnde ⁊ in hoc diabolo incorrigibili assimilatur. incorrigibilitas enim peccatū est diaboli. vn̄ Eccl̄i. xxj. Qui odit correctionem: vestigium est peccatoris. habet enim characterē bestie. i. diaboli. Unde iudeis incorrigibilibus ⁊ hypocritis phariseis ⁊ scribis dicit dn̄s. Jo. viij. Uos ex patre diabolo estis. de peni. dist. j. §. hoc idem. ꝟ. Item vt chrisus. Hypocrita fermento cōparatur. Luc̄. xij. Attendite a fermento phariseorū quod est hypocrisis. qđ fermentum expurgādum est. j. ad Cor. v. Hypocrite similes sunt illis pomis pulcherrimis exterius que sunt prope mare mortuū: ⁊ intus sunt plena fauillis ⁊ cinere. vt no. de peni. di. j. sed ⁊ continuo. in glos. j. Eis proprie loquitur Jo. Apoca. iij. Nomen habes ꝙ viuas: ⁊ mortuus es. Similes cādele que seipsam cōsumens alios illuminat: ⁊ ipsi continuis cruciatibus mercantur mortē eternam. Matth. vj. Nolite fieri sicut hypocrite tristes. exterminat em̄ facies suas. Isti labijs deū honorant: cor autem eorū longe est a deo. Matth. xv. Hypocrite bene ꝓphetauit de vobis Esaias Esa. xxix. ¶ Item hypocrita nūꝙ pure cōfitetur. sed aut peccata velat: aut dissimulat: aut defendit. Hi signantur per Rachel de qua dicit̄ Gen̄. xxxj. ꝙ furata est idola patris sui: ⁊ abscōdit ea subter stramentū cameli. Rachel interpretatur ouis. quia isti Matth. vij. veniūt in vestimentis ouiū. i. in habitu mansuetudinis ⁊ innocentie. ⁊ furantur idola patris sui. i. diaboli. scʒ peccata occultando nec ea pure cōfitendo. ⁊ abscōdunt sub cameli stramine. i. sub specie obediētie ⁊ bone vite. In nullo peccato hodie quidem religiosi tantū credo ꝙ deum offendant quantū in fictis ⁊ hypocritalibus cōfessionibus. Uix em̄ aut rarissime aliquis talium cōfitetur nisi per verba generalia. vix vnꝙ aliquod graue specificant. Quod dicunt vna die: dicunt ⁊ altera: ac si in oī die equaliter offendant. Uix vnꝙ habent intētionem cessandi nec vitam mutādi. De peccatis que confitentur/confitentur quedā venialia: vt scʒ de silentio/de iudicando/de murmurādo/de gula/de subita iracundia/de verbis otiosis/de verbo omisso vel dictione in officio diuino/⁊ similibus. sed rarissime cōfitētur de pecunia/de inobedientia/de suspecta familiaritate/de odio ad fratrem/de persecutionibus adinuicem/⁊ diffamationibus/de ambitionibus/de hypocrisi specificata malitia declarata/de assiduis mēdacijs/de tēporis perditione p magna parte/de superbia ⁊ inuidia specificata/de gastrimargia frequentata/de ieiunijs ecclesie cōmendatis et a regula sine vera necessitate fractis/de alijs articulis regule qui continēt precepta aut prohibitiones. Adde hic qđ scripsi. j. in isto ar. in. §. ⁊ ve. ꝟ. sic quidē. Et si ista crimina ⁊ similia declarēt ⁊ specificent: tanssime tū cum ꝑposito dimittendi. qđ est se iustificare ⁊ in hypocrisim tēdere. Uñ veraciter sicut experiētia didici inter fratres ⁊ in officio penitētiarie dn̄i pape in quo sum: puri⁹ ⁊ humili⁹ ⁊ veracius incōparabiliter cōfitentur maximi petōres seculares ⁊ clerici: ꝙ religiosi cōiter hypocritaliter confitētes.

Hypocritarū cōfessiones.

Quanto autē magis sunt in ordine literati aliꝗ magistri et lectores ⁊ baccalaurei ⁊ prelati: tanto in cōfessionibus sunt magis ceci. ⁊ hypocritalibus cōfitentur: vt ad literā impleatur in eis illud Jo.ix. In iudiciū ego veni in hunc mundū: vt qui nō vident videant: ⁊ qui vidēt ceci fiant. ⁊ illud ps.lxviij. Obscurentur oculi eorum ne videāt. xxxvij. di. §. si. Vere religiosi in cōfessionibus suis cōmuniter decimant mentam ⁊ anethum. i. cōfitentur aliqua venialia. sed grauiora legis. i. mortalia supra specificata et alia indecimata relinquūt. i. incōfessa. culicem colātes ⁊ glutientes camelū. Mat.xxiij. Nam prius mortalia sunt cōfitenda ⁊ delenda: deinde venialia. de pe. dist. j. tres sunt actiones. Contra tales cōfessiones hypocritales, Aug. in li. de penitētia. Penitētia est quedam dolētis vindicta puniēs in se qd dolet cōmisisse. de peni. dist. iij. penitētia est. ij. ⁊. c. si apostolus. ibi. Jo. viij. Dicit enim dñs, vade ⁊ amplius noli peccare. Non dixit ne pecces. sed nec voluntas peccādi in te oriatur. ⁊. c. penitentiā. ibi. Penitētiā quippe agere est perpetrata mala plangere: ⁊ plangēda nō perpetrare. ⁊. c. sunt aūt qui dicunt. ibi. Canis reuersus ad vomitū suum: ⁊ sus lota in volutabro luti. ⁊. c. penitentes. Penitētes: si tamen estis penitentes: ⁊ nō estis irridētes: mutate vitā. ⁊ ibi. Si ergo penites: cur facis que mala fecisti? Si fecisse peniteat: noli facere. Si adhuc facis: nō es recte penitens. ⁊. c. irrisor. Irrisor est ⁊ nō penitēs qui adhuc agit quod penitet. nec videtur deū poscere subdit⁹: sed subsannare superbus. cū alijs. c. se. vsqꝫ ad. §. sed verba. ¶ Item Amb. loquens de penitēte. de peni. di. j. sunt qui arbitrantur. ibi. Seipsum homo abneget: ⁊ totus immutetur. Itē taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. sm Gratianū. Ideo enim, sm eū, peccatum suū quisqꝫ celare desiderat: ne iniquitas sua alijs manifesta fiat. ne talis reputetur apud homines foris: qualē se iamdudū exhibuit diuino cōspectui. quod ex fonte superbie nasci nulli dubiū est. Species enim superbie est: eū se velle iustū videri qui peccator est. atqꝫ hypocrita cōuincitur: qui ad imitationē primorū parentum vel tergiuersatione verborū peccata sua leuigare cōtendit: vel sicut Cayn peccatū suum reticendo penitus supprimere querit. Gen. iiij. de peni. dist. j. §. ex his nāqꝫ. v̄. Cayn. ibi. quia superbus peccatū suū confiteri noluit ⁊c. Ubi autē superbia regnat vel hypocrisis: humilitas locū habere non valet. Sine humilitate vero alicui veniā sperare nō licet. nec ergo vbi est taciturnitas cōfessionis: venia sperāda est criminis. de peni. dist. j. §. cū ergo vt ex premissis. ad fi. dist. De hypocrisi confessionem diuidentiū vel celantium peccata. de peni. di. v. c. j. ad fi. v̄. quedā enim. Uni celant que alijs manifestanda cōseruāt quod est se lauare ⁊ ad hypocrisim intendere. Tales etiā hypocrite qualibet die maxime quū celebrant: longas faciunt cōfessiones de quotidianis venialibus: credentes se per verba iustificare ⁊ purgare. sed verba nō purgāt: sed gemitus, suspiria, dolor, ⁊ lachryme. de pe. dist. j. in princi. ⁊. §. hoc idē. Magdalena ad pedes dñi plorās nō loquebatur. sed planctus eā purgauit: nō lingua. Luc. vij. Contra hypocritas Aug. Simulata sanctitas, duplex iniquitas. Et Sapiens. Nulle sunt occultiores insidie: ꝙ que latent sub similitudine officij. Aug. contra hypocrisim religiosorū non seruantiū professionem suā sed simulātium. Malui enim cecos habere vel claudos: ꝙ plangere mortuos. quicūqꝫ enī hypocrita est: mortuus est. xij. q. j. nolo. ⁊. c. certe. ibi. Malū est cadere a ꝓposito. sed peius est simulare propositū. ⁊ supra ibi. Nolo habere hypocritam. ¶ B Tres sunt species hypocrisis. Una est quādo coram hominibus bonum facit: ⁊ in occulto malū. Secūda, quādo in occulto ⁊ in manifesto bonū facit intētione placendi hoībus. Tertia, quando aliquis minorem hypocrisim non incurrit: vt incidat in maiorē. vt quū aliqs interrogatur an ieiunet. respōdet deus scit. vt dicat hypocrita nō est. Cōtra hypocritas narrat Greg. in dialogo de fratre simulāte ieiunare corā fratribus: ⁊ in occulto comedebat: ꝙ ad mortē veniens adstantibus fratribus dixit (intelligo absqꝫ cōtritione ⁊ gemitu nō perijsset. de pe. di. j. §. hoc idē). Quādo me vobiscū ieiunare credebatis: occulte comedebā. ⁊ nūc ecce ad deuorandū datus sum dracoui qui cauda sua mea genua pedesqꝫ colligauit. caput vero suū intra os meū mittens spiritum meū ebibēs abstrahit. Quibus dictis statim defunct⁹ est. Quidā frater magne sanctitatis reputatus, venit ad mortem. dicebant illi de patria, Si hic moritur: oēs morimur. quia per eum prestat nobis deus panē ⁊ aquam. Facta aūt hora exitus illius, vidit quidam sanctus tartareū inferni descendētem super solitariū illum morientē, habentē tridentem igneū ⁊ audiuit vocem dicentē sibi, Anima ista non me fecit requiescere neqꝫ per vnā horam in se: sic neqꝫ tu misereāris eius euellēs eam. Deponēs igitur tartareus ille quē tenebat igneū tridentem in corde solitarij per multas horas torquens eum abstraxit animā eius. Non ergo saluat nomen: sed res. ¶ Item contra hypocritas. Mat. vj. Quū ergo facis eleemosynā: noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciunt in synagogis ⁊ in vicis vt honorificentur ab hoībus. Chrys. Ponit aūt tria fortia bona. i. eleemosynam, orationē ⁊ ieiuniū, contra tria mala aduersus que dñs tētationis bellum suscepit. Mat. iiij. Mar. j. Luc. iiij. Pugnauit enim ꝓ nobis cōtra gulā in eremo: cōtra auaritiam supra mōtem: contra vanā gloriam supra templū. Est ergo eleemosyna que dispergit contra auaritiam. de peni. di. j. quāobrem. c. mediana. c. medicamentū. que congregat ieiuniū. de cōse. dist. v. contraria. c. nihil. contra gulam quia est ei contrariū. Oratio vero cōtra vanam gloriā. q: quū omne malum ex malo nascatur. Mat. vij. sola vana gloria de bono procedit. ideo non destruitur per bonū aliquod: sed magis nutritur. Nullū ergo remediū potest esse cōtra vanam gloriā: nisi oratio sola. ⁊ ibi cauenda vana gloria. vt. j. v̄. se. Quū facis eleemosynā. Amb. Dis autem summa discipline christiane in misericordia ⁊ pietate est. Noli tuba canere. Tuba aūt sm Chrys. est omnis actus vel sermo per quem operis iactantia demōstratur. puta ꝙ facit eleemosynā quando aliquē videt presentem: vel intercedētē aliquorum aut honestiorū persone que potest retribuere. alias aūt nō facit. Sed ⁊ si in loco secreto fecerit: eo ꝓposito vt laudabilis videatur: tuba est. Hieron. Qui aūt tuba canit eleemosynam faciens: hypocrita est. Et ideo subdit. Sicut hypocrite faciūt. glos. Forsitan cōuocando hoc faciebāt vt omnes irent quasi ad spectaculū. Isido. Nomen hypocrite tractū est a specie eorum qui in spectaculis cōtecta facie incedūt: distinguentes vultū vario colore: vt ad persone quā simulant perueniant colorē. modo in specie viri: modo in femine: vt fallant populum dum in ludis agunt. Aug. in sermone de mōte dñi. Sicut ergo hypocrite. i. simulatores tāꝙ imitatores personarū aliarū agunt partes: illi nō sunt. Non enī qui agit partes Agamēnonis: vere ipse est: sed simulat eū. sic ⁊ in ecclesijs ⁊ in omni vita humana quisquis se vult videri qd nō est: hypocrita est. Simulat enim se iustū. nō exhibet. quia totum fructū in laude hominū ponit. Greg. Sciendū vero est ꝙ sunt nōnulli qui ⁊ sanctitatis habitum tenēt: ⁊ perfectionis meritū exequi non valent. quos nequaꝙ credēdum est intra hypocritarum numerū currere. quia aliud est infirmitate aliud callida simulatione peccare. Augu. Tales autem qui simulatione peccant: ab inspectore cordis deo mercedem nō capiūt: nisi fallacie supplicium. Et ideo subditur. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Hiero. Nō dei mercedem: sed suā. Laudari enī sunt ab hominibus quorum causa exercuere virtutes. Itē Mat. vj. Et quū oratis: non eritis sicut hypocrite qui amant in synagogis ⁊ in angulis platearū stantes orare: vt videātur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suā. Chrys. super Mat. Est aūt oratio quasi quoddā Orandi spūale tributū quod anima offert deo de visceribus suis, modus: quanto ergo gloriosior est: tanto cautius est seruandū.

Hypocrisis triplex.

propter homines facta vilescat. Item Chrys. in homilia
hypocritas vocat/qui deū se fingētes orare:homines cir
cūspiciunt. Et ideo subdit. Qui amāt in synagogis ora
re. Chrys. sup Matth. Puto autem nō ad locū hoc refert
dñs:sed ad propositū orantis. In conuentu eñ fidelium
orare laudabile est. sicut dictū est in ps. xxi. In medio eccle
sie laudabo te. ⁊ in ps. xxij. Domū tuam decet sanctitudo
dñe. ex de cele. mis. dolentes. de immu. ec. decet. vi. li. de ce
le. mis. graui. in clemē. ps. xxv. In ecclesijs benedicā te do
mine. Qui ergo sic orat vt ab hoibus videatur:nō deum
aspicit:sed hoies. ⁊ ideo quantū ad propositū suum/in sy
nagoga orat. Quū autem orantis mens solū aspicit deū:
ꝗuis in synagoga orat:tñ apud se in secreto videtur ora
re. Sequit. Et in angulis platearum. vt videantur absco
se orare. ⁊ sic dupliciter laudētur. ⁊ quia orant: ⁊ q: absco
se orant. Eo ergo ꝓposito in cōuentu vetat orare vt a cō
uentu videātur. vñ subditur. Ut videantur ab hominibꝰ.
Orans ergo nihil nouū faciat qđ aspiciant hoies: vel cla
mando/vel pectus percutiēdo/vel manus expandendo.
Aug. Non ergo videri ab hoibus nefas est. sed ideo age
re vt ab hoibus videaris. Chryso. A vana eñ gloria cru
vbiq̄ bonū est. maxime aūt in oratione. Si enim sine hac
cogitationibus circūferimur:vt ad orandū ingressi fueri
mus hanc habētes egritudinē/qualiter intelligemus ea
que a nobis ꝓferūtur? Tu autem quū oras intra in cubi
culum tuum ⁊c. Chrys. Ut nemo sit ibi:nisi qui orat/⁊ ille
quē orat. Testis enim orantē grauat:nō adiuuat. Cypria
nus. In abditis etiā locis orare magis conuenit fidei. vt
sciamus dñm vbiq̄ esse presentē:⁊ maiestatis sue plenitu
dine occulta. xxvij. q. ij. perniciosam. penetrare. ¶ E. Et
pulcher:qui imitatur pulchrum. Ille est nobilis:qui imitatur nobilem dñm Jesum christum ⁊ dominū deum nostrū. ¶ Septimū est erubescentia. maxime a vitijs ⁊ peccatis. Eccli.xli. Erubescite a patre ⁊ a matre de fornicatione. Nobilitas carnis solet esse bonis stimulus probitatis. Unde Hiero. Nobilitas quadā necessitate adstringit hoiem:ne a maioꝝ probitate degeneret. Aug. Nobilitas sola est animū que moribus ornat. Quū quidā pater tentaretur a muliere de turpitudine:ait ei pater. Cōmisceamus nos hic in via. Dixit ei mulier. Quō possemus propter transeuntiū erubescentiaꝫ: Dixit ei pater. Si homines erubescis de vitio:multo potius deum presentem omnia contuentem. Sap.j. erubescere debes. Amb. Uerecūdia ingenuos prodit natales. lxxxvj.di.nō satis. ℣. cōsideranda. Constantinus. Uincere hostes virtus est populoꝝ. vincere vitia virtus est animoꝝ. ¶ Q Uera nobilitas christiana est. Primo quia sumus filij dei. ⁊ hoc ꝑ creationem. Actuū.xvij. xxix.q.vlti. omnibus. Ipsius enim ⁊ genus sum⁹. Esa.lxiiij. Tu dñe pater noster es:nos vero lutum. tu fictor noster: ⁊ opera manuū tuaruꝫ omnes nos. Et in hoc sumus ei⁹ filij chari. Secūdo per gratiam adoptionis. Uñ.j. Jo.iij. in pn. Uidete qualem charitatē dedit nobis pater: vt filij dei noiemur ⁊ simus. ps.lxxxj. Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi omes. j. Jo.iiij. In hoc manifesti sunt filij dei ⁊ filij diaboli. omnis qui no est iustus: non est ex deo. ⁊ de hoc de pe.dist.j.§.hoc idem. ℣. item vt christus ait. ⁊. ℣. qui natus. ⁊ per hoc sumus filij chariores. Tertio per gloriam, ratione adeptionis hereditatis eterne. Jo.viij. Roma.viij. Si filij: ⁊ heredes. Gala.iiij. Et in hoc erimus filij charissimi. Eph.v. Imitatores dei estote sicut filij charissimi. Contra carnis nobilitatem ex̄ de preben.c.penulti.§.nos ergo. Attēdentes ꝙ nō generis sed virtutum nobilitas viteq; honestas gratuꝫ deo faciunt ⁊ idoneum seruitorem. Ad cuius regimē nō multos ſm carnem nobiles ⁊ potentes elegit: sed ignobiles. Matth.iiij. ⁊ pauperes. ¶ Fatuū est de libertate corporis superbire. quū corpus sit seruus maleuolus. et ideo tortura ⁊ compedibus dignū. Eccli.xxxiij. Ambro. Apud dñm libertas ⁊ seruitus equa lance appendūtur. de hoc.xxix.q.j.oibus. Hiero. Apud dñm nō dñs potior: nō seruus deterior. Coloss.iij. ibi. Ubi nō est masculus ⁊c. ⁊.j. Seruus ⁊ liber. ¶ Fatuū est etiam de bonis anime naturalibus supbire. in quibus infideles nobis cōmunicant. quia bona illa potest quis habere ad bonū ⁊ ad malum. sicut patet in lucifero. de peni.di.ij. ꝑncipium. Bern. Si in professione religionis callidi es ingenij: viget autē premiū in intellectu. instrumenta sunt tam vitioꝝ q̄ virtutum. Et quia ipsum ingenium donū dei est. vt dicit de se Augu.in.ix.lib.confessionū. ¶ Stolidum est etiam de diuitijs superbire: per quas incidit laqueuꝫ diaboli: et in desideria multa ⁊ nociua. j.ad Timo.vlti. Cupiditas radix omniū maloꝝ. xlvij.dist. bonoꝝ. de peni.di.ij.§.expressis. ℣. quia radix. ¶ Fatuum etiā superbire de potestate quū scriptum sit. Sap.vj. Potentes potenter tormenta patientur. viij.q.ij. illud. ¶ Fatuum etiam superbire de gratia humana. Prouerb.vlti. Fallax gratia. ad Gala.j. Si hominibus placerem seruus christi nō essem. xlvij.di.c.vlti.in fi. ¶ Fatuum etiam est supbire de gloria huius mundi. Esa.xxviij. Erit flos decidēs glorie. Eccli.x. Ois potētatus vita breuis. j.lib. Macha.xj. Rex Ptolemeus imposuit sibi duo diademata vna die. ⁊ tertia die mortu⁹ est. ¶ Sūma etiā vesania de scientia superbire. Eccl'es.j. Qui addit scientiam addit ⁊ laborem. De scientia superbire: est de lumine excecari. xlix.distinc. hinc etenim. ℣. albuginem. Augustin⁹. Tumor meus claudebat oculos meos. ¶ Fatuum est etiam de virtutibus superbire. hoc est enim. de medicamine vulnerari. Gregorius. Qui de virtutibus habitis extollitur: quasi de medicamento vulneratur.

¶ De superbia clericorum.

De superbia clericorū que multuꝫ interis timenda est. q: multas occasiones supbiendi habent. Et vna quia nō laborāt sicut ⁊ alij seculares. q: ociosi sunt cōmuniter ⁊ otio torpentes: edentes ⁊ bibentes ⁊ dormientes: ⁊ nugis ⁊ rumoribus vacātes. ps.lxxij. In labore hoim nō sunt ⁊c. ⁊ post. Ideo tenuit eos supbia. Nam labor humiliat. ps.lxxxvij. Et in laborib⁹ a iuuentute mea. Et sequit. Humiliatus sum ⁊c. Alia occasio, reuerentia q̄ exhibet eis sicut ministris christi. Uñ dñs cōtemptū eoꝝ suum reputat. Luce.x. Qui vos spernit. viij.q.j. qui vos spernit. xx.di.in nouo. Prouer.vj. Odit deus oculos sublimes. i. clericos q̄ sunt lumen eccl'ie. xcij.dist.diaconi.ij. sublimes. i. supbos. Humilitas enī multū eis cōpetit. q: sunt ministri christi ⁊ ecclesie. lxxxi.dist. ministri. glos. sup illud ps.xxxiij. Iuxta est dñs ijs qui tribulato sunt corde: ⁊ humiles spu saluabit. Altus quidem est dñs. sed vicinatur humili ⁊ nō se erigenti. Ipsi aūt debent abluere sordes spūales hoim. vñ habent se humiliare cū christo. Jo.xiij. Ideo summ⁹ minister seruuꝫ seruoꝝ se vocat. j.q.iij. saluator. in ti. ⁊.c.seq. in ti. ⁊ ex̄ in ꝓhemio decre. Greg. ⁊c. ⁊.vj.li. ⁊ in clemen. in ti. ⁊ ex̄ in ꝓhemio decre. Et nihil in ceruice ꝑlati clarius splendet q̄ humilitas. c. di. cōtra morem. Sed ad hec rñdent quidā ꝙ humilitas exterior nō est necessaria: sed interior. q: dicit dñs Mat.xj. Discite a me ⁊c. ⁊.j. ⁊ humilis corde. Sꝫ ad hoc rñdet ꝙ ex cordis humilitate vera nūq̄ ꝓcedit supbia exterior q: bona arbor bonos fruct⁹ facit. Matth.vij. Et ꝙ sit necessaria etiā exterior humilitas: patꝫ expsse. de pe.di.ij.c.j. ibi. Exercitia humilitatis sunt: si se vilioꝛib⁹ officijs subdat: ⁊ ministerijs indignioꝛib⁹ tradat. ⁊.l.di. vt cōstitueretur. ibi. Ut desperatione tpalis altitudinis medicina maior ⁊ verior esset humilitatis. ⁊.c. siquis diaconus. ibi. Nec cōpunctio humilitatis. ⁊ de pe.di.iij. sicut achab. ibi. Nōne vidisti humiliatū Achab corā me: ⁊ ps.xxxiiij. Humiliabā in ieiunio aiam meā. ⁊ ꝑ actus exteriores indicatur qualitas mētis. xlj.di.§.fi. Item speculū sunt ⁊ exemplū totius eccl'ie. Unde tale exemplū debēt dare alijs. j. exempla virtutū oim. q: hoies interiora nō vident. Uñ j. Pe.vlti. Forma facti gregis ex animo. xcv.dist. esto. Sicut enī nō pōt esse hortator viduitatis q̄ coniugia frequētauit: ita nec humilitas q̄ actus supbie ostēdit. ar.xxvj. di. vna. Item q: ab oi spētie mali debēt abstinere. ſm apostolū. j. ad Thessa.vlti. ex̄ de vi. ⁊ ho. cleri. ab oi. ⁊ de simo. audiuim⁹. ⁊.j.q.j. emendari. Illud autē qō supra dicit de cordis humilitate, adeo dicit dñs: q: ois virtus vera est in aio. xxxij.q.v. de pudicitia. q: est qui se humiliat. Eccli.xix. nequiter: vt hypocrite. Mat.xxiij. Ue vobis. ¶ Ad illud qō secūdo dicūt clerici, ꝙ pñt hr̄e hm̄oi pulchritudines exteriores ⁊ ornat⁹ ſm modū ꝑsone sue. facit qō no. xxj.q.iiij. in sum. sed.c.j. illius q̄stionis ꝯ. Respōdendū est ꝙ quāto q̄s maior est: mag' se humiliare. Eccli.iij. debet. sicut christus q̄ dixit. Lu.xiiij. Recūbe in loco nouissimo. ¶ Contra illud qō dicūt tertio se debere ꝯformare cum illis inter quos viuūt ꝑ illud.c.xij. di. illa. sed talis carnalis ꝯformatio ꝯ aplm est. Ro.xij. Nolite cōformare huic seculo. Cōformatio enī semꝑ oꝫ fieri circa bonitatē ⁊ bonos. xvj.q.j. sic viue. ¶ Ad illud qō dicunt clerici, ꝙ talia faciunt ꝑpter honorem eccl'ie. dicendū ꝙ non est honor ecclesie pompa mūdi ⁊ gloria. quia nō honoratur christ⁹ coloribus ⁊ carnalibus pulchritudinibus: sed moribus ⁊ virtutibus. xij.q.ij. multi edificant. sub.c. gloria. expo. xliiij. Gloria filie regis. i. ecclesie abintus. i. in ꝯsciētia pu ra. xj.q.iij. inter verba. Bern. ad Eugeniū. Totum adscribitur honori. nihil deuotioni. Hiero. Non reuera vestis sed munditia mentis ornatum facit clericum. Nec debēt clerici de humili veste ⁊ alijs actibus christo cōformib⁹ erubescere. xlj.dist. parsimoniā. Bern. Beata ignominia crucis. sꝫ ei q̄ crucifixo ingrat⁹ nō est. Lu.ix. Qui me erubuerit: hūc filius hois erubescet. Et potius de contrario

Libtas

Clericorū superbia.

debent verecundari. Aug. De preciosa veste erubesco. nec
enim decet hanc professionẽ contra talem honorẽ. Iac.ij.
Si introierit vir aureũ annulũ habẽs in veste cãdida ⁊c̃.
Et Greg. contra tales. Decorari pallio volumus forsan
moribus indecori.c.di.cõtra morem. Quũ Moyses ana
chorita ordinatus esset a patriarcha ⁊ alba indut⁹: ait ei
pater. Ecce candidus es. Respondit Moyses. Numquid
ab intus? q.d. albedo exterior non facit quem album inte-
rius. Vñ phariseis hypocritis christus ait. Mat.xxiij. Ve
vobis scribe ⁊ pharisei qui similes estis sepulcris dealba-
tis ⁊c̃. ¶ Ad illud quod dicunt ꝙ vtuntur talibus tamq̃
non vtantur. sm Apostolũ.j.Cor.vj.xxxiij.q.v.sm. Respõ
det Greg. in homil. Nemo vult preciosis vestibus indui
vbi a nemine possit videri. Item christus omnem talẽ glo
riam exteriorem precepit. Jo.v.in fi. contẽni. Aug. Omia
temporalia contẽpsit homo deus: vt ab hominibus contẽ
nenda esse monstraret. ⁊ omnia aduersa sustinuit: vt susti-
nẽda doceret. ¶ Contra superbiam prelatorum satis su-
pra tetigi ⁊ declaraui in ista.ij.parte in prin.§. postq̃.in.x.
ar.⁊.xlix.§.o preciosa. Precipit etiam Deutero.xvj. ꝙ non
eleuetur cor regis in superbiam. Eccl'i.xxxij. Rectorem te
posuerunt. noli extolli: sed esto in illis quasi vnus ex illis.
xcv.dis.ecce ego.ibi. Sed oderũt hoc superbi sacerdotes.
Matth.xviij. Nisi conuersi fueritis. interlinearis glos. A
vestra eleuatione ⁊ indignatione: in qua modo estis/ sm
Hilarium. Ad hoc.l.dis.quicũq;. Imitentur christũ: cuius
claues tenent. Esa.liij.ibi. Nouissimũ virorũ. Ber. Quid
magis admirandũ: quid amplius detestandũ: quid gra-
uius puniẽdũ: q̃ ꝙ videmus filium dei summũ in regno
angelorũ: nouissimũ factum in regno hominũ? Apponat
magnificare se homo super terrã. ps.ix. Ber. Quũ enim
inquit indifferẽter persone humilitas sit quedam turris
fortitudinis a facie inimici. ps.lx. nescio quo pacto maior
in maioribus/ ⁊ clarior in clarioribus comprobatur. Sed
perpauci sunt qui in dignitate cor ad humilitatem incli-
nent. quod pz in libris Regũ. vbi de tot regibus Israel
nullus excelsa abstulit. Contra quos Ber. Intuere quo-
modo incedũt nitidi exterius: ⁊ ornati circũamicti varie-
tatibus: tãq̃ sponsa procedens de thalamo suo. Et si quẽ-
piam taliũ repente eminus procedentem aspexeris: spon
sam potius putabis q̃ sponse custodem.i. ecclesie. Joã.iij.
⁊ ex̃ de transla. inter corporalia.§. sed nec illud. ⁊ de renũ.
nisi.§. verum. ¶ R Superbia autem claustraliũ princi
paliter quadruplex reperitur. Prima est eorũ qui sapien-
tes se credunt. cõtra id.j.Cor.j.xlix.di.c.j.ꝟ. albuginem. ⁊
ideo se sensu suo se regere volunt: ⁊ esse proprie volunta-
tis. Bern. Quantũuis prudens videatur esse: dimittẽda
est ⁊ abijcienda iactãtia. si enim admittatur superbia: pri
ma die qua incipit habitare/ incipit leges dare. Prouer.
xxvj. Vidisti hoiem sapiẽtem sibi videri: magis illo spem
habebit stultus. ex̃ de cõstitu. ne innitaris. Tales inflexibi
les sunt. Greg. Superba mens ad ea que nõ appetit nul
lis exhortationibus flectitur: ad ea vero que appetit spõ
te etiã cogi querit. Et hec species maxime in nouitijs pe-
riculosa est. Bern. Nouitium incipientẽ sapientem diu in
monasterio persistere posse impossibile est. Stultus fiat:
vt sit sapiens. ⁊ hec omnis sit eius discretio: vt in hoc nul
la sit discretio. ⁊ hec ois sit eius sapientia: vt in parte nul-
la sit. ¶ Secũda est eorum qui despiciũt seculares ⁊ pec-
catores: credentes se inquinari ex consortio eorũ. similes
iudeis de quibus legitur Joã.xviij. ꝙ non introierunt in
pretoriũ: vt non contaminarẽtur. Timebant se inquinari
cohabitatione gentiliũ: ⁊ non timebãt inquinari sangui-
ne christi. Idem fuit de Simone pharisco abominante
Magdalenam: ⁊ murmurante cõtra christũ qui se ab ea
permittebat tangi. Luc.vij. ⁊.xv. de phariseis murmuran
tibus contra christũ. qui peccatores recipiebat ⁊ mandu
cabat cũ eis. Hiero. Recedite (inquiũt) polluti: recedite:
abite. nolite eos tangere: nobiscũ nolite cõmunicare. Ta
lis loquela non illuminat cecũ: non sanat egrotũ: non cu-
rat infirmũ: sed magis occidit atq; in desperationem pe-
riclitantem mittit. xlv.dist. recedite. de hoc etiã.j.q.iiij. ho-
mini. xxiij.q.iiij. in primis. xj.c. vsq; ad.§. est alia. Deutero.
xxxiij. Non abominaberis idumeũ. Tales non attendũt
ꝙ frequẽter quis in seculo ducit vitam religiosam: ⁊ in re-
ligione secularem. Ambro. in hexameron. Mutat merita
hominũ qualitas actionum. ⁊ quidam in meliori ordine
deteriores sunt: ⁊ alij sortem exterioris habitus bene vi-
uendo transcendũt: ⁊ alij superioris loci meritũ non exe-
quendo diminuunt. ad hec.xl.dist. non est facile. ⁊.c. nõ lo
ca.c. quelibet.c. adã. ¶ Sancto Paphũtio oranti cui sanc-
torũ similis esset: responsum est primo ꝙ cuidã sympho-
niaco qui querebat victum arte cantandi. quem quũ Pa
phũtius inuenisset: ⁊ quesisset cui⁹ meriti esset apud deũ:
respõdit se nihil meminisse fecisse apud deum: nisi ꝙ ipse
quũ latro esset: latronibus violare volentibus mulierem
quã ceperant/ restitit: ⁊ eam eripuit. Et alio tempore quũ
mulier lamentaretur per desertũ ꝙ filij eius in captiuita-
te tenerẽtur: ipse errantem reduxit ad refectionem: ⁊ de-
dit ei.ccc. solidos q̇bus redimeret maritum ⁊ filios. Ite-
rum orauit Paphũtius cui similis esset. cui respõsum est
ꝙ primario vici huius qui est in proximo. Quũq; inqui-
sijsset de vita eius: dixit se coniugatũ/ sedantẽ lites/ hospi
talem/ q̇ non cognosceret vxorem nisi causa prolis/ nõ le-
dentẽ famulos aut agros aliorũ. quorꝫ vterq; inductione
Paphũtij in deserto in vita anachoritica mortu⁹ est. Ite-
rũ dictũ est Paphũtio ꝙ similis erat cuidam negotiato-
ri venienti ad se. q̇ similiter in deserto remansit. ¶ Tertia
species est illorũ qui in ordine volũt habere diuitias ⁊ ho
norẽ quem in seculo nõ habebant. de q̇bus Aug. Non eri-
gant ceruices cõtra socios intus: q̇bus foris accedere nõ
audebant. Inflantur ⁊ abundant in cenobio: qui viles ⁊
inopes erant in seculo. xij.q.ij. gloria. ¶ Quarta species
est illorũ qui in claustro gloriãtur de diuitijs quas in mũ-
do habebant: vel monasterio cõtulerunt. de hoc.j.q.ij. nõ
est meum. ¶ S Nunc dicendũ est de quibusdam vitijs
que ex superbia procedunt. Et notandum ꝙ sm beatum
Bern.xij. sunt gradus superbie. qui sunt/ Curiositas. que
queritur ⁊ disceptat de ijs que non expediunt. ex̃ de re iu.
abbate sane.§. fi. lib.vj. In superuacuis rebus noli scruta
ri multipliciter: ⁊ in pluribus eius operibus non eris cu-
riosus. Eccl'i.iij. Illuditur curiositas humana: quãdo id
appetit impudẽter scire qđ nulla ei ratione cõpetit inue-
stigare. xxvj.q.v. nec mirum. Leuitas. que cito credit. xj.q.
iij. in cunctis. Inanis letitia. Jac.iiij. Nunc autẽ exultatis
in superbijs vestris. Iactantia. laus ꝓpria. xx.q.iiij. oĩs
iactantia. xj.q.iij. si quis. Singularitas. vt appareat. xlj.
dist. quisquis. Mat.vj. Arrogantia. de qua vide. xlvj. dist.
c.j. ⁊. xlviij. dist.§.j. Presumptio vel reputatio. que de se te-
net quod non est: ⁊ presumit quod non potest: ⁊ quod nõ
scit. Eccl'i.xviij. Vidi presumptionẽ cordis eorum: quoniã
mala. Peccati defensio simulata. de peni. dis.j.§. hec ergo
secreta.ꝟ. item taciturnitas. Confessio. vbi aũt regnat hy
pocrisis: ibi humilitas esse non põt. de pe.di.j.§. hec ergo.
ꝟ. itẽ taciturnitas. Rebellio. lxxxj.di. si quis. Peccandi li-
bertas. ac si non sit deus qui puniat ⁊ dominus. Exo.xx.
Ego sum dominus zelotes.j.q.iiij.§. contra dñs. Peccan
di consuetudo. que in profunda malorũ venit: ⁊ non excu
sat. xvij.di. nec licuit. ex̃ de simo. cum in ecclesie. cum.c. pre.
¶ T Ad hos gradus addo alium superbie. scꝫ irreue-
rentiam. que ex fonte superbie magne procedit. De qua
sciendum est ꝙ irreuerentia est honorem non exhibere ei
cui debet. Sunt autem quatuor principalia quibus reue
rentiam debemus. scꝫ deo/ angelo/ rebus deo cõsecratis/
⁊ prelatis ecclesie. Deo. vt corã eo q̇ vbiq; est peccare eru-
bescamus: ⁊ bona strenue agamus. Sapiẽs in versiculis.
Quũ quid turpe facis: quod me spectanteruberes:
Cur spectante deo non magis ipse rubes?
Boetius Seuerinus in fine quinti libri de consolatione
phie. Magna nobis (si dissimulare nolum⁹) indicta est

Claustralium sup̃bia quadruplex.

Sup̃bie gradus duodeci.

Reuerẽtia q̇bus impendenda.

probitatis necessitas: quũ oĩa agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis.xxviij.q.ij.perniciosam. De reuerentia ad angelum. Bern. In quouis diuersorio.in quouis angulo reuerẽtiam habe angelo tuo semper adstanti.ps. xxxiij. Montes in circũitu eius.i.angeli. Hiero. Nec audeas eo presente: quod me presente nõ audes. De reuerẽtia sacris locis. Geñ.xxviij. Q̃ terribilis est locus iste. ꝛ ar.j.di.ius publicum.ꝛ de cõse.dist.j.c.j. vide quod no. de conse.dist.ij.institutio. Sed sunt quidam homines in hoc demonibus nequiores: quibus locus corporis dominici ꝛ reliquiarum sacrarũ in ecclesia est terribilis.ipsi tamen ibi feda ꝛ inhonesta attentare ꝛ perpetrare nõ formidãt. contra quos.j. Macha.iij.legitur de Heliodoro inuadẽte depositũ in templo.cui apparuit equus terribilis: terribilem habens sessorem.de hoc ex̃ de reli. ꝛ ve.sanctoꝝ. per totum.ꝛ de immu.eccle.c.decet.lib.vj.ꝛ.xvij.q.iiij.§. sacrilegiũ.ex̃ de adul.significasti. Hominibus etiam reuerentia facienda est.j. Pet.ij. Omnes honorate. ex̃ de maio.ꝛ obe.solite.ꝛ.j. Regem honorificate.ix.di.neq̃. Et cõscientie. Berñ. Conscientie tue debes honorem: corã qua peccare erubescas. Eccli.x. Fili in mansuetudine serua aiam tuã: ꝛ da illi honorem ꝫm meritum suũ. Peccãtem in animã suam quis iustificabit? ꝛ quis honorificabit exhonorantem animã suam? Immo nec serui sunt inhonorandi nec contemnendi: maxime propter naturam diuinam nobiscũ vnitam. Matth.xviij. Videte ne contẽnatis vnum ex his pusillis. Ecc̃i.vij. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. Cyprianus. Qualem cupis erga te deũ esse: talis ꝛ ipse sis circa seruum tuũ. Seneca. Cum inferiore sic viuas: quemadmodũ superiorem vis tecũ viuere.facit.ij.q.vj.qui se scit.ij.xxij.q.vj.iniquum.ix.di. neq̃.ꝛ expressius.lxxiiij.dist.quorũdam.ibi. Et ideo q̃ tales erga subiectos nostros debemus existere: quales nos (si subiecti fuissemus) nostros vellemus esse prepositos.xcv. dist. esto.xxij.q.v.de forma. Pauperes etiam honorandi sunt. Greg. Pauperes nõ sunt despiciendi vt egeni: sed exhonorandi vt patroni. Domini etiam honorãdi sunt a seruis ꝛ subditis.j.ad Cor.xiij. Omnis aia ꝛc̃.ꝛ ex̃ de cẽsi.omnis. Rom.xiij. Cui honorem honorem. Rom.xij. Honore inuicem preuenientes. Senes etiam boni honorandi sunt. Thren.iiij. Facies senum nõ erubuerunt.ꝛ post. Neq̃ senum misertí sunt. Sap.ij. Nec veteranũ vereamur. Leuit. xix. Coram cano capite consurge: ꝛ honora personam senis.j.ad Tim.iiij. Seniorem ne increpaueris.ij.q.vij.paulus. Seneca. Cum veterano parcius agendum est. Viri similiter honorandi sunt ab vxoribus.j. Pet.ij.ꝛ econuerso.vt ibi. Hiero. Non de pede: sed de costa mulierẽ formauit: ne ea viro contẽneretur.nec de capite: ne ei dominaret. de hoc.xxiij.q.v.cũ caput.ꝛ.c.vlti. Honorandi sunt parentes spirituales. Eccli.vij. Honorifica sacerdotes. Heb.vl. Obedite prepositis vestris.j.ad Timo.v. Qui bene presunt presbyteri duplici honore honorẽtur. Threñ.iiij. Nõ addet vt respiciat eos. Facies sacerdotũ non erubuerũt. glos. Notandũ q̃ supra sacerdotes quasi homicidas notat.ꝛ hic separantur a facie domini q̃ non detulerunt eis. q̃uis enim mali sunt: non sunt contẽnendi.sed ille in illis colendus est ꝛ honorãdus: a quo missi sunt. Et alia glos. Nota terribile contra contẽnentes sacerdotes: ꝛ cõtra facies eorũ non erubescentes.i.illis monentibus ꝛ iubentibus a secularibus nõ cessare. Ad hec.x.x.di.ꝫm.ij.q.j. non quales.xxj.di.in nouo. Honorãdi quidẽ sunt ꝑpter dignitatem.maxime quã scꝫ trãssubstanti audi habent in sacramento altaris.j.q.j.multi.quam nõ habent angeli. Honorandi etiã sunt parentes carnales. Exo.xx. Honora patrẽ tuum ꝛc̃.verbis scꝫ ꝛ beneficijs. Hiero. Honor in scripturis non tam in salutationibus ꝛ verbis q̃ in collationibꝰ munerũ sentitur.ad hec.xxxj.q.j.quomodo.j.ad Timo.v. Qui suorũ maxime domesticorũ ꝛc̃.xlvij.dist.§.necesse.de hoc plene. Eccli.iij. Vnde ibi sup illo verbo/ Maledictio matris eradicat fundamenta. Geñ.ix. glos. Cham nuditatem patris irrisit.xcvj.dist. in scripturis. ꝛ semen suũ in seruitutẽ per petuã dãnauit.xxxv.di.sexto die.ij. Reg.xv. xvj.xvij.ꝛ.xviij. Absalon Dauid de regno expulit: ꝛ concubinas eius incestauit.sed morte cõdignas penas luit.iiij. Reg.ij. Helisei caluitium pueri Bethel irriserunt.et duo vrsi.xlij.de eis lacerauerunt.primum Geñ.ix.secũdum.ij. Reg.xviij.tertium.iiij.Reg.ij. Prouerb.xix. Qui affligit patrem ꝛc̃.ꝛ.xxviij. Qui subtrahit aliquid a patre ꝛc̃.et xij.q.ij.qui abstulerit. Eccli.iij. Honora patrem. Exo.xxij. Qui percusserit patrẽ aut matrẽ: morte moriatur. Tob. iiij. Honorem habebis matri tue ꝛc̃. Non honorantes parentes anathematizat conciliũ gangrense.xxx.di.c.j. Ad hoc etiam.lxxxvj.dist.non satis.§.est probanda.ꝛ.xcvj.di. in scripturis.in fi. Et notandũ q̃ sicut tenemur prouidere necessaria parẽtibus carnalibus: ita ꝛ spũalibus. Mat. x. Dignus est mercenarius mercede sua.xij.q.ij. quicũq̃. ij. Timo.ij. Laborantem agricolam ꝛc̃. Gala.vj. Communicet autẽ is qui catechizatur ꝛc̃.xiij.q.j.§. his ita. Vnde super pre.verbo apli.j.Timo.v. Qui bene presunt presbyteri: duplici honore digni habeantur.glos. A subditis. vt eis spũaliter obediant: ꝛ temporalia eis ministrent.

¶ Articulus.lxxvij.

Postq̄ sufficienter

expediuimus de superbia inficiente omne genus humanuꝫ: maxime religiosos quosdam qui adstrictius humilitatẽ domino promiserunt: ad aliud religiosorũ quorũdam nostri temporis vitium accedamus. scꝫ vanã gloriam. ¶ A. Igitur ꝫm Climacum in gradu.xxij. Vana gloria est ꝫm speciem nature immutatio/ morũ peruersio ꝛ obseruatio querele.ꝫm vero qualitatem est laborũ dispersio/ sudorũ perditio/ thesauri insidie ꝛ perditio/ infidelitatis proles/ superbie precursatrix/ naufragium in portu/ in area formica minima quidem existens/ vniuerse vero fatigationi ꝛ cursui insidiatur. Vigilanter obserua: et florentem vsq̃ ad momentum ꝛ mundam inuenies in vestimentis ꝛ in vnguentis ꝛ pompatico processu ꝛ aromatibus ꝛ alijs. Ieiunans vanigloriosus: ꝛ resoluens ieiunium vt nõ innotescam. Iterum vanigloriosus: preclare vestitus.vincor ab eadem vilia cõmutans. Iterũ vanigloriosus loquens.vincor ab ea.ꝛ tacens iterum succũbo.quocunq̃ proieceris tribulum istum: stat aculeo recto. Vanigloriosus est idolorum cultor fidelis: colens quidem deũ ꝫm apparens: hominibus vero ꝛ non deo placere volẽs. Matth.vj. Vanigloriosus est omnis ostentator ꝛ ostentationis amator. Vanigloriosi ieiuniũ absq̃ mercede est. Matth.vj.ꝛ oratio eius importuna.propter laudẽ enim hominum vtrumq̃ operatur. Vanigloriosus exercitator dupliciter leditur: corpus quidem contabescere faciens: mercedem vero non accipiens. ¶ Adulatores vanã gloriam prouocant.vj.q.j.sunt plurimi. Adulator est demonum minister: superbie manuductor: cõpunctionis dispersor: bonorum exterminator: seductor vie. Confundantur ꝛ obmutescant qui beatificare in facie admirũtur.xlvj.di. c.ij.ꝛ.iij.xxij.q.ij.primũ. Seneca. Adulatio dulce venenũ. Magnũ est ab anima laudem hominũ amouere: maius vero est laudem demonum auertere.ꝛ.s. Cor: de humilitatem ostendit: non qui seipsum vilificat.quomodo eñ non cõportabit seipsum: sed ab alio improperatus ꝛ charitatẽ ad ipsum non diminuens. Non suscipias vane glorie demonẽ quũ tibi episcopatũ.j.q.vj.sicut is. aut fratrũ ducatum aut magisteriũ submittit. Labor enim est hũc canem scꝫ vanam gloriam a macelli mensa.ab appetitu repellere cordis. Secularium aduentum preanticipat vana gloria: ꝛ leuiores monachos in occursum aduenientium exhortatur exire. Qui vanitatem vane glorie mercatur: duplicem vitam possidet.nam inter monachos habitu ꝛ figura moratur. in mundo vero prudentie cogitatione et mente. Qui super donis naturalibus et diuitijs. dico

Vana mortaliũ gloria.

uiuē acuitate ingenij/⁊ intellectus docilitate/lectione/ prolatione/promptitudine/ingenuitate/⁊ talibus hmōi vniuersis absq; labore preexistentibus in nobis extollitur: nūq̄ super naturam bono vero participabit. qui enim in modico scz in naturalib⁹ infidelis est:⁊ in multo scz in supernaturalibus scz bonis gratuitis scz virtutibus infidelis erit.ar. Matth.xxv.de fideli in modico.Luc.xix. Uana gloria mater est superbie.quia nimirū laudes exaltant et inflant.vi.q.i.sunt plurimi. exaltata vero anima/tūc eam superbia sumens sursum effert vsq; ad celos:⁊ subtus defert.Luc.x.de peni.dist.ij.si enim.ad fi.ad abyssos. Principiū priuationis vane glorie est custodia oris ⁊ amor ignominie. Medium vero recisio omniū adinuentionū vitiosarum intellectualiū. Finis vero ea que sunt ad ignominiam conferentia/corā multitudine insensibiliter adinuenire. Quū nos laudare incipiūt demones seductores: celeriter recordemur multitudinem iniquitatū nostrarum. Uana gl'ia est simplicitatis abiectio/ficta institutio ⁊ conuersatio. Hucusq; Climacus. ¶ In epistola ad virginem ait sanctus Athanasius. Si manifestaueris vitam tuam: pariet hoc tibi vanam gloriam:⁊ damnū patieris. Si aūt animā inueneris tibi consentaneā pariter que dei sunt facientem:huic quasi soli in ministerio reuela.ibi eñ non est vana gloria.q: qui loquitur vt animā saluet:multā mercedem accipiet se habentibus desideriū non insidiatoribus. Matth.xxij.xi.q.iij.nolite. audiendi loquitur vt saluentur. ¶ Abbas Pemeñ.dixit. Homo si seipsum reprehendat:vbiq; potest stare solus ⁊ cū alijs.si autem se magnificat:nunq̄ stat. Quicquid fecerit homo boni:ne exultet in eo.quia mox perdet illud. Abbas Macharius cū iniurianti satisfaciebat de eo qđ querebat. laudanti eum nullū dabat responsum. Dixit abbas Zenō. Egyptij monachi virtutes quas habent zelant:⁊ vitia q̄ nō habent/ manifestant. Syri autē ⁊ greci virtutes quas non habēt/ predicant:⁊ vitia q̄ habēt/abscondunt. Dixit senex. Qui ab hominibus amplius honoratur aut laudatur:non parū damni patitur.qui autem ab hominibus non honoratur:desuper gloriam scz tēporalem (intelligo eā appetendo)⁊ eternam.xl.di.qui primatū.accipiet.vtrāq; enim habere gloriam impossibile est. Idem senex. Sicut fieri nō potest vt herba simul ⁊ semel nascatur.de peni.di.ij.dum sanctā. Ita impossibile est vt laudem ⁊ gloriam seculariū habentes (supple ⁊ affectantes) simul etiam ⁊ fructū faciamus celestem. Dixit sancta Syncletica. Sicut thesaurus si manifestetur minuitur:ita ⁊ virtus deperit publicata. Nam sicut cera a facie ignis soluitur.ps.lxvij.ita ⁊ anima per laudem resoluta perdit intētionem suā. Dixit senex. Quando cogitatio superbie vel vane glorie te impugnat:perscrutare teipsum si omnia.Exo.xx.no.xxxij.q.vij. quod in oibus. Matth.xix.mādata dei seruasti. Mat.v.i. xxiij.q.iij.sec. Si inimicos tuos diligis: si gaudes i gloria inimici tui:⁊ cōtristaris in deiectione eius:⁊ si apud te habes ꝙ seruus inutilis. Luc.xvij.es:⁊ oibus hoibus plus peccator. Neq; tamen aliquid grāde sapias tāq̄ aliquid feceris:sciens ꝙ elata cogitatio omīa illa bona dissoluet.

Quidam senex dixit ꝙ mortuus erat mundo.alter dixit ei. Non cōfidas donec egrediaris de corpore.quia etsi tu dicas ꝙ mortuus es:diabolus tñ mortuus nō est. Quū quidam senex in deserto quinquaginta annis nec panem nec aquā ad satietatē accepisset: dicebat/occidi auaritiā ⁊ vanam gloriā. Quod quū audisset abbas Abraam: venit ad eū:⁊ requisiuit an illū sermonē dixisset. At illo consētiēte/dicit ei Abraam. Ecce dū per viam ambulas vides lapidem ⁊ massam auri. Nūquid potest cogitatio tua aurum simile lapidi existimare? Dixit senex. Non.sed pugno cum cogitatione mea ne illud tollam. Cui Abraam. Ecce viuit auaritia.sed ligata est. Iterū dixit ei Abraam. Ecce audis de duobus fratribus ꝙ vnus te laudat:alter te horret:⁊ detrahit de te.nūquid vtrūq; eorum ad te venientē pariter accipies? Dixit senex. Non.sed iterum pugno vt ⁊ illum diligam quem horreo. Cui Abraam. Ecce ergo viuunt in te passiones. sed ligate.supple. et solui possunt. Quidam senex dixit alteri. Si fratri dedero aliquid: ⁊ tamen spiritus xenodoxie sordidet illud:tamq̄ propter laudem hominum hoc faciam: nūquid dimittam dare? Cui senex. Et si propter homines hoc tentaris facere:tamen q̄ proximo necessaria sunt da. Nam duo homines erāt in vico:vnus seminauit ⁊ fecit frumentum parum ⁊ ipsum nō mundum.alter nihil seminauit. Ueniente fame/meli⁹ potuit viuere qui seminauit. Faciamus nos ergo aliquanta (etsi immūda) ne periclitemur. Adde quod no.J.S. proximo.r.frater egidius. Quum abbas Sisoy suspirasset altero audiente:dixit. Indulge mihi frater.quia necdū monachum me esse cognosco:quia audiēte altero suspiraui.

Quidam senex quū descenderet ad visitandum filium ministri sui:in vico precessit eū minister:⁊ ait vicinis. Uenite occurrite anachorite.quos quū senex longe vidisset egressos cum lampadibus:sentiens ꝙ ad se venirent:spoliauit vestimenta sua ⁊ misit in flumen: ⁊ cepit ea lauare stans nudus.qui autem ministrabat ei:videns/erubuit:⁊ rogauit homines dicēs. Reuertimini. senex enim noster sensum perdidit.⁊ veniēs ad illum/dixit. Abba: quid hoc fecisti? omnes enim qui te viderunt:dixerunt quia demonium habet senex. Cui ille. Et ego hoc volebam audire.

Quū iudex prouincie abbatem Moysen desideraret videre:⁊ ei in eremo obuiasset:requisiuit ab eo incognito. Ubi est cella abbatis Moysi? cui ipse. Quid illum vultis videre hominem stultum ⁊ hereticum? que quū audisset iudex:veniens ad ecclesiam retulit clericis que audierat. Contristati clerici dixerunt qualis esset monachus qui sibi talia dixisset. Iudex respondit. Senex vestimenta veterana habens.longus ⁊ niger. Et tunc cognoscēs ꝙ ille esset:miratus recessit. Quū quidam iudex vellet videre abbatem Symeonem:ille audiens ascendit arborem palme:⁊ cepit eam mundare.quū aūt venissent illi:dixerunt. Ubi est anachorita? At ille respōdit. Non est hic. discessit. ⁊ sic illi discesserunt. Iterum alia vice voluit eum videre quidam ex iudicibus:⁊ precesserunt clerici dicentes. Abba:para te.quoniā iudex audiens opera tua venit abs te benedici. At ille.etiam parabo me. Uestiuit ergo centonē suum.⁊ accepit panem ⁊ caseum in manus suas. ⁊ diuaricatis pedibus sedit in porta:et incepit comedere. Ueniens iudex ⁊ sic eum videns/contemnens eum discessit.

Quū abbas Sisoy resuscitasset quēdam infantem defunctum quē in cella proiectū orare credebat:ait discipulo. Nunq̄ hoc dicas ante meum trāsitum. Fugit abbas Nesteroth draconem in deserto:dicens. Nisi draconem fugissem:cogitationem vane glorie non vitassem. Quum fratres de Stili non possent quēdam immūdum spiritum deijcere:dixerūt. Non potest quis hunc eijcere nisi abbas Bessarion.sed si hoc diximus ei:nec ad ecclesiā veniet. fingamus ergo ꝙ dormit. Et dixerunt Bessarioni. Abba suscita istum qui dormit. At ille dixit.surge ⁊ egredere foras. Mira sanctitas.ignorans fecit miraculum. Et mox egressus est ab eo spūs immundus. Quū sanctus Macharius quēdam mortuum suscitasset:discipuli eius ante pedes eius corruerunt pre timore.quibus senex. Istud ꝓpter me factum non est.nihil enim mihi collatum est. sed propter mulierem viduam ⁊ paruulos de⁹ indoluit. hoc enim maius est ꝙ deus noster animas hominū sine peccato esse desiderat:q̄ mortuos suscitare. Item dixit. Qui laborat:et arbitratur se aliquid facere:recipit hic mercedem suam. Serapion in collatione de octo vitijs. Xenodoxie genera duo sunt. Primum ꝙ pro carnalibus ac manifestis extollimur rebus. Secundū ꝙ pro spiritualib⁹ ⁊ occultis desiderijs vane laudis inflamur. Una tamen in re xenodoxia vtiliter accipitur.quū quis spiritu fornicationis tentatus/ne vilis habeatur ab alijs:continet:⁊ ne nomen sanctitatis amittat. Nec mirum tantam huic passioni inesse virtutē/vt irruentem quēpiam in fornicatio-

nis stimulum valeat refrenare:quō sit experimētis mul/
torū sepissime probatū ꝙ ita cum quē semel veneni sui pe
ste corruperit:infatigabilem reddat:vt faciat ab eo ne bi
duana quidē vel triduana sentire ieiunia. Super qua re
pulchre abbas Macharius cuidam percunctanti cur fa/
me ab hora tertia in eremo pulsaretur:q̄ in cenobio heb/
domadibus integris refectionē sepe contēnens/non sen/
sisset esuriem: respōdit. q: hic nullus est ieiunij tui testis:
qui te suis laudibus nutriat atqꝫ sustentet:ibi aūt te digi/
tus hominū et xenodoxie refectio saginabat. Cassianus
in lib.xi.de xenodoxia.i.vana gloria. Septimū nobis cer/
tamen est contra spiritū xenodoxie(quam nos vanā glo
riam possumus appellare)multiformem variū atqꝫ sub/
tilem.ita vt quibuslibet perspicacissimis oculis non dicā
caueri:sed preuideri vix possit. Nō solū enim vt cetera vi
tia in parte carnali/sed etiā in spirituali monachū pulsat
subtilior:i se nequitia ingerens monachi menti.ita vt qui
non potuerunt carnalibus vitijs decipi:spūalibus successi
bus acrius saucientur. tantoqꝫ est perniciosior ad confli/
ctū:quāto obscurior ad cauendū. Omniū nāqꝫ vitiorum
manifestior apertiorqꝫ est congressus.et in vnoquoqꝫ eorū
contradictione rigida confutatur incentor:et inualidior
factus abscedit.victoremqꝫ suū deiectus aduersarius de/
incepe infirmior attentabit. Hic vero quū ꝑ elatione car
nali pulsauerit mentem:et fuerit respōsionis scuto repul/
sus:rursus vt quedā multiformis nequitia priori habitu
personaqꝫ mutata/sub virtutū specie victorē cōfodere et
iugulare contēdit. Etenī cetera vitia seu perturbationes
vniformes ac simplices esse noscuntur. Hec ꝟo multiplex
et multiformis ac varia vndiqꝫ bellatori et ex omni parte
occurrens. Nā et in habitu et in forma/in incessu/in lectio/
ne/in voce/in opere/in vigilijs/in ieiunijs/in oratiōe/in
remotione/in scientia/in taciturnitate/in obedientia/in
humilitate/in longanimitate/militē christi vulnerare co/
natur. Pulchre seniores naturā morbi huius in modum
sepe describunt:que vno decoriata tegmine alio rursum
inuenitur inducta. Omnia vitia ta superata marcescunt:
et deuicta per singulos dies infirmiora redduntur. Hoc
ꝟo deiectū acrius insurgit ad luctamē. Gala.v. Nolite fie
ri inanis glorie cupidi. Et Jo.v. Quomodo potestis vos
credere qui gloriam abinuicem accipitis:et gloriā que a
solo deo est nō queritis? Et Dauid ps.lij. Dissipauit deus
ossa eorū qui hoībus placent. Et Gala.j. An quero homi
nibus placere? Si adhuc hominibus placerem:christi ser
uus non essem.xlvij.dist.c.vlti. Immittit hoc vitiū clerica
tus gradum et desideriū presbyterij ac diaconij. Quidam
senex quū ad cellam cuiusdā fratris causa visitationis ve
niens ostio proximasset:et q̄d ageret curiosius auscultaret:
ita eum reperit huius spūs impugnatione pellectū: vt in
ecclesia sese credere faceret exhortatoriū plebi sermonē.
rursumqꝫ mutato officio audiuit eū velut diaconem mis/
sam cathecuminis celebrantē. Sententia patrū antiquo/
rum hec est ad vanam gloriam fugiēdam/scꝫ monachum
debere fugere mulieres et episcopos. neuter enim sinunt
monachum quieti celle operam dare:aut theorie vacare.
¶ Jo.cassi.ibi vbi supra. Hanc beluā multiformē tali re/
medio poterimus euadere.vt cogitātes illud ps.lij. Dissi
pauit deus ossa etc̄.primitus nihil proposito vanitatis ac
inanis glorie grā nosmetipsos facere permittamus.dein
de ea q̄ bono initio fecerimus: obseruatione simili custo/
dire nitamur.ne dēs laborum nostrorū fructus post irre/
pens xenodoxie morbus euacuet. Quicquid etiā in con/
uersatione fratrū minime cōmunis vsus recipit vel exer/
cet:cum studio tāqꝫ iactantie dedicatum declinemus. Et
ea que nos possunt inter ceteros nobiles reddere: veluti
solis facientibus laus apud hoīes sit querenda: vitemus.
Quod facillime poterimus euadere:si cōsiderenius non
solum fructus laborū nostrorum nos penitus amissuros
quoscūqꝫ xenodoxie proposito fecerimus:sed etiam reos
magni criminis factos eterna supplicia veluti sacrilegos

subituros.vtpote qui ad iniuriā dei opus quod eius/vt
glorificetur deus. Matth.v. Luc.ij.ps.cxiij. Nō nobis do
mine non nobis:sed nomini tuo da gloriam.obtentu nos
oportuit agere:hominū gratia maluerimus exercere: ab
eo qui occultorū est conscius.ps.ix. Scrutans corda et re/
nes deus. Ad Hebr.iiij.xxxij.di.erubescant.xviij.q.ij. perni
ciosam.homines deo/et gloriā mūdi glorie domini pretu/
lisse conuicti. Nilus. Vane glorie passio irrationabilis est:
et in oi virtutis opere se admiscet. Monachus vane glo/
rie cupidus/sine mercede operarius. Matth.vj. Saccu/
lus perforatus non seruat immissum. Et q̄ mercedes con
gregauit misit eas in sacculū pertusum. Aggei.j. Nec xe/
nodoxia mercedē. Ventus dissipat vestigia viri:et electmo
synam.j.q.j.vide.glorie vanitatis. Iactus lapidis nō per/
uenit in celū.et oratio placentis hominibus non ascendit
ad deum. Occultat thesaurū suum vir sapiens:et virtutis
sue laborem monachus prudēs. In plateis orat xenodo/
xia.qui autē impugnat eam suū intrat cubiculū. Matth.
vj.latrem cordis. Occulta in itinere latronū que tua sunt
donec ad supernā ciuitatem peruenias. Vana gloria mē/
tem decidentem corroborat.infirmantē facit incolumē.et
senem iuuenem fortiorē. Raucam vocem subtiliat. pallē/
tem florere facit.claudū facit currere:et cecū videre. ¶ Vi
di Rome fratrem multis mensibus iacētem in grabato:
et dormitorū clamoribus infirmitatis concutientē: factū
gardianum statim stātem et exilientem et dolorem nō sen/
tientem. Claudam ouē vel capram cū tintinnabulo prece
dere facit gregem hic morbus.quod est mirabile in pecu
de bruta. ¶ Frater Egidius laicus socius beati Francisci.
Propter tentationem inanis glorie nō desistas facere bo
num. Si enim agricultor nolens semen iacere in terram/
diceret intra se. Nolo seminare hoc āno.q: si seminauero:
forte venient volucres et comedent ex semine illo.et ꝑpter
hoc non seminaret:nō haberet fructū terre ad comeden/
dū. Si aūt seminat:licet aliqua de semine pereant.tamen
maior pars remanebit ei. Sic est de illo qui tētatur de va
na gloria et pugnat contra eā. Adde quod scripsi supra.§.
proximo.ꝟ.quidā. ¶ Legitur de beato Bernardo ꝙ quū
predicaret:et a vana gloria tentaretur ꝙ bene predicaret.
respōdit. Nec ꝑpter te incepi:nec ꝑpter te dimittā. ¶ Di/
xit abbas Siloy. Nisi dns glorificauerit homines:gloria
que ex hoībus est/non diu permanebit. Prouer.xxvij. Ne
glorieris in crastinum:ignoras quid superuētura pariat
dies. Laudet te alienus:et non os tuū.extraneus et non la
bia tua. Hiero. Non queras gloriam: et non dolebis quū
inglorius fueris. Qui laudē nō appetit: contumelias nō
sentit. Matth.ix. Videte ne quis sciat.et.viij. Nemini dixe
ris. Jo.viij. Ego gloriam meā non quero. Seneca. Caro
sit ignominia superbi gloria. Stultissimum est temporalē
gloriam transitoriā querere vnde possumus eternam ac/
quirere. Bern. Fidelis sibimet custos nō tutū arbitratur
labijs hominū cōmittere gloriam suā. Non tutum plane:
sed stultum ibi thesaurū tuū reponere vbi non valeas re/
stituere quū volueris. Si ponis in os meū:iam nō in tua
sed in mea est voluntate.quū vtiqꝫ pro meo libito vel lau
dare te possim vel derogare tibi. Bern. Hypocrita quid
non vis esse laudabilis:qui vis vt lauderis? Quid formo
sus apparere et formosus non esse? Bern. Vt quid alieno
testimonio contentus sum:cuius nec vituperio reprobus
nec laude dignus inueniar? Si ante tribunal vestrū iudi/
candus adstarem:merito de laude vestra gloriarer. Nūc
quū solius christi iudicio sim presentādus: quāte insanie
est mei vel alterius iudicio gloriari. De hoc.xi.q.iij.senti.cū
c.sequentibus. Item Bern. Qui cōscientias suas in alie/
nis linguis posuerunt:modo parui/modo magni/modo
nulli iudicantur: prout linguis hominū eos laudare vel
vituperare placuerit. Ber. Reuera fidelis famulus es:si
de multa gloria dni tui nil manibus tuis adherere contin
gat. Augu. Quas vires nocendi habeat vana gloria non
sentit:nisi et bellum ei indixerit. quia etsi cuiquā facile est

gloriā non capere quū negatur: difficile est tamen ea non delectari quum offertur. Greg. Aliquandiū facile est humanā laudem nō appetere. difficillimū est oblatā respuere. hoc vitium vincit alia vitia vincentes. Aug. Cauēdum est precipue de vitio quod surgit de victoria vitiorū. Hiero. Difficilius arrogātia caremus: q̄ auro ⁊ gēmis. Aug. Sunt qui contemptu inanis glorie vanius gloriātur. ps̄. lj. Quid gloriaris in malitia? Poeta.

Gloria peccati nulla petenda tibi.

ex̄ de excess. prela. q̄ graue. Prosper. Quū omnia vitia superauerit homo: manet periculum ne mens bene sibi cōscia potius in se q̄ in dn̄o glorietur. contra illud. ij. Cor. x. ibi. Qui gloriatur: in domino glorietur. Hiero. Prima virtus monachi est iudicia hominū contemnere. Quū cantor Parisiensis in quodā loco predicasset: redeūti occurrēs quidam clericus / dixit ei. Benedictus sermo oris tui. de quo vehementer cantor turbatus est. ¶ Remedia contra hoc vitium. Primum est absconsio. Esa. xxxi. Erit vir sicut qui absconditur. In vitis patrum. Sicut thesaurus manifestus cito minuitur: ita virtus quelibet deperit publicata. Greg. Depredari desiderat: qui thesaurum publice in via portat. Figurat hoc Exo. iiij. in manu Moysi que leprosa in sinu curatur. Secundū est sui reprehēsio. vt supra in. §. proximo. ij. B. abbas. In vitis patrum dictū est de se reprehendente q̄ vbicūq̄ viuere potest. Tertiū est consideratio inferni vel purgatorij. vbi est ignominia ad puniendam vanam gloriam. Quartū est consideratio glorie eterne. q: scdm Greg. Vilescunt tēporalia: quum considerantur eterna. ⁊ spernitur falsa gloria: quū pensatur vera gloria. Quintum / quū offertur homini gloria vel tentatur de ea: det eam deo dicens. ps̄. cxiij. Nō nobis domine ⁊c̄. ⁊. j. sed nomini tuo da gloriam. Sic angeli fecerunt. Luc. ij. de cōse. di. j. hi duo. ⁊. c. porro. Sextū / quia scdm Hiero. impossibile est q̄ q̄s in vtroq̄ regno appareat gloriosus.

Quib⁹ arceatur vana gloria.

¶ Remedia etiam cōtra superbiam filiam vane glorie sunt hec. Primum / consideratio melioris. sicut Elizabeth mater Jo. baptiste cōparata beate Marie humiliata est. Luce. j. Unde hoc vt veniat mater dn̄i ad me? Et Jo. cōparatione saluatoris. Mat. iij. Ego a te debeo baptizari ⁊c̄. Greg. Sicut incentiuum elationis est respectus deterioris: ita cautela humilitatis est consideratio melioris. ¶ Secundū remediū est cohabitatio humiliū. Sicut em̄ qui cōmunicat superbo: induet superbiā. Eccl. xiij. sic qui cōmunicat humili: induet humilitatem. Odo episcopus Parmēsis semper ante se despectiores pauperes in mensa ponebat: ⁊ alios a latere. req̄situsq̄ quomodo hoc poterat tolerare: respōdit q̄ quidam nobilis eum docuerat hoc. scz Job. v. c. dicens. Visitans speciem tuam nō peccabis. ¶ Tertiū est cōsideratio ꝓprie conditionis. primo sperma. deinde saccus stercoris. deinde cibus vermiū. Hiero. Quādo superbiat q̄ semꝑ secum sentinā portat? Eccl. x. Quid superbis terra ⁊ cinis? ¶ Quartū est exemplū christi. Aug. Medicina hois tumoris est humilitas saluatoris. Erubescat hō esse superbus / quū humilis factus est deus. Phil. ij. Ezech. j. Quū fieret vox super firmamentū qd̄ erat super caput eorū ⁊c̄. dicit Greg. Sancti quiq̄ quū ipsum q̄s vnigenitū flagellatū ex snia patris in hoc mūdo conspiciūt: deponunt si q̄d de suis meritis presumūt. Nā si hinc ipse sine flagello nō exijt: q̄ sine peccato venit. Jo. viij. quō flagellis digni nō erunt: q̄ huc cū peccō venerunt? Hiere. xlix. Ecce quibus non erat iudiciū vt biberent calicem: bibētes bibent: ⁊ tu quasi innocens relinqueris? ¶ Quintū / cōsideratio vilis seruitutis in qua superbus est. quia seruus diaboli est qui est rex super omnes filios superbie. Job. xlj. al's penul. ¶ Sextū / cōsideratio districti iudicij: qd̄ erit specialiter ad humiliandum superbos. vbi iudicium durissimū fiet ijs qui presunt. Sap. vj. vbi dn̄s. ps̄. xxx. retribuet abundanter facientibus superbiā. Esa. ij. Dies dn̄i exercituū super omnem superbum ⁊ super omnem arrogantem: ⁊ humiliabitur. Hiere. l. Ego ad te superbe (dicit dn̄s exercituū) quia veniet dies tempus visitatiōis: ⁊ cadet superbus ⁊ corruet ⁊c̄. Esa. xxviij. Pedibus conculcabitur corona effraim. ¶ Septimū est consideratio infirmitatis nostre ex parte corporis ⁊ anime. quū nec possimus pulicibus resistere. Aug. Homo dicit tibi conuiciū: ⁊ tumes: ⁊ iratus es. resiste si potes pulicibus. Bern. Limosa ⁊ glutinosa nimis est non modo exterior: verū etiam interior substātia nostra. ⁊ facile cor humanū omnibus que frequētat adheret. ¶ Octauū / mortis memoria. j. Macha. ij. Gloria impij stercus ⁊ vermis. hodie extollitur: ⁊ cras non inuenietur. quia cōuersus est in terram suam. Eccl. vij. Humilia valde spiritum tuum. quoniā vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. ¶ Nonum est recordatio ꝓprij sceleris. de quo Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aie mee. vnde ij. Reg. xvj. quum Semei malediceret ⁊ mitteret lapides contra Dauid: Abisay dixit regi. Quare maledicit hic canis dn̄o regi meo? vadam ⁊ amputabo caput eius. Sed Dauid memor cōmissi sceleris cum Bersabee vxore Urie respōdit. Dimitte eū vt maledicat iuxta preceptū domini: si forte respiciat dn̄s afflictionem meā: ⁊ reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. ¶ Decimū est assiduitas deuote subiectionis. vt homo semper velit esse cū aliquo quē vereatur ⁊ timeat: ⁊ sub alio frangere propriā voluntatē discat. Jo. vj. Descendi de celo: non vt faciā voluntatē meā ⁊c̄. ¶ Undecimū / contēplatio occulti inspectoris cui cogitatio hominis confitetur. vt erubescamus coram eo clarū aliquid meditari. ps̄. xv. Prouidebam dominū in conspectu meo semꝑ ⁊c̄. ¶ Duodecimū est amor vilitatis ⁊ exercitatio in operibus ⁊ officijs humilibus. Eccl. vij. non oderis opera laboriosa. de peni. dist. ij. c. j.

Contra superbiā remedia.

¶ Articulus. lxxviij. A

Liud vitiū peculiare quorūdam religiosorū nostri tēporis est hypocrisis que ex vana gloria procedit. Amās enim humanam gloriā / simulat sanctitatem. Predicant aūt religiosi aliqui ⁊ ostēdunt se habere virtutes q̄bus carent. mūdo in apparētia humiles: in claustro supbi. extra honesti: int⁹ multi immūdi. extra tunica vili: intra loculi reconditi. extra puri: intus malitiosi. extra cū secularibus sobrij: intus cū fratrib⁹ gulosi. extra cōpositi: intus dissoluti. extra mites: intus furiosi. extra simplices: intus maligni. Dicitur autē hypocrisis ab epi q̄ est supra ⁊ crisis aurū: quasi desup auratus. vñ hypocrite simulatores sunt. q: aliud sunt: ⁊ aliud ostentant. scdm Chrys. Eccl. i. j. Ne fueris hypocrita in cōspectu hoim. Deut. xxij. Nō indues vestē lana linoq̄ contextā. ex̄ de elec. cū causam. i. non sis aliud intra / aliud extra. ¶ A tribus maxime hypocrite cognoscuntur / dicit Aug. Primū est bonorū oppressio. q: opprimunt bonos: vel persequēdo factis vel detrahēdo verbis. oēs em̄ hypocrite detractores sunt ⁊ inuidi: se iustificātes ⁊ alios condēnantes. Mat. vij. Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo. ⁊ Luce. vj. Scdm est facilis reprehēsio aliorū. quā faciūt vt videātur habere zelū. Tertiū est impatiētia in aduersis. supra oēs em̄ mouētur ⁊ offendūtur ad contumelias sibi dictas. Impatiētissimi em̄ sunt quidā capitiati huius tpis: sicut experiētia cōtinua manifestat inter seculares ⁊ eos ⁊ adinuicē. Facilius reuera prout cōiter tolleraret vir⁹ secularis decē iniurias: q̄ religiosus hypocrita vnā. querunt nāq̄ gloriam hypocrite: ⁊ ideo dolent ad contumeliam. Unde Hiero. ⁊ dixi supra. §. ij. B. Prouerb. Non queras gloriā ⁊ non dolebis quū ingloriius fueris. Qui laudē nō appetit: nec contumeliā sentit. Prouer. xix. Doctrina viri per patientiā noscitur. Quartū pōt addi: scz opera que familiariter cū socijs agunt: in quibus aliquādo deprehēduntur. sicut est verbis ⁊ gestib⁹ dissolutis in mulierū cōsortijs ⁊ alijs operib⁹ carnis. Ephe. v. Que in occulto fiunt ab ipsis: turpe est dicere. ¶ Hypocrisis

Hypocrisis viciū est, religiosis peculiare.

autem ſm Climacū eſt mater mendacij ⁊ multoties ſup-
poſitio ⁊ occaſio. Nil em̄ aliud hypocriſim quidā eſſe de-
terminant ꝙ̄ mendacij meditationē ⁊ perpetrationē co-
herens ⁊ connexum habens iuramentū. Hypocrita toto
corpore mētitur. qḋ eſt factis mentiri. xxij. q. v. cauete. vbi
dicit Amb. ꝙ mendaciū eſt non ſolum in falſis verbis: ſed
etiā in ſimulatis operibus. Deus aūt aſpernator eſt dupli
citatis: ⁊ ſimplicem intentionē deſiderat. xxij. q. v. §. ex his
oībus. Omnis hypocrita duplici vita viuit. cum corpore
eſt in celo. cū anima eſt in terra. Eſt autē hypocriſis amor
apparētie ſimulatione virtutis. ſicut dn̄s ait Matth. vj.
Omnia opera ſua faciunt vt videātur ab hoībus. Tales
omnes mēbra ſunt antichriſti. vnde. ij. Theſſal. ij. Myſte-
riū iam operatur iniquitatis. i. iniquitas occulta ſub ſpe-
cie pietatis. Et eſt hypocrita ſm ſanctos angel⁹ tenebra-
rum transfiguratus in angelum lucis. ij. Cor. xj. xxvj. q. v.
epi. ⁊. c. nec mirū. xxix. q. j. §. j. Demonium meridianum. pſ.
xc. A demonio meridiano. Et latro q̇ pependit a ſiniſtris
cū domino. Mar. xv. Et martyr diaboli. j. ad Tim. iiij. In
nouiſſimis tēporibus diſcedent quidā a fide: attendētes
ſpiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniorū in hypocriſi lo
quentiū mēdacium ⁊c̄. Deſcripſi hypocriſim ſupra in pri-
ma parte. in. §. firma colūna. ℣. nihil ſic. in ar. lxvij. ¶ Hy-
pocriſis ſubauratio dicitur. Hypocrite ſunt ſicut ait apl's
ij. ad Timo. iij. ſine affectione ſine pace criminatores in-
cōtinentes immites voluptatū amatores magiſꝙ̄ dei
habētes ſpeciem ſanctitatis: virtutem vero abnegantes.
Tales veniunt in veſtimētis. i. in habitu religionis in blā
dimento ſermonis in auſteritate victus. Coloſ. ij. Nemo
vos ſeducat volēs in humilitate ⁊ religione angelorum
que nō vidit: ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſue.
Per dulces ſermones ⁊ benedictiones ſeducūt corda in-
nocentiū. ij. ad Timo. iij. Hi ſunt qui penetrant domos: ⁊
captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Intrin-
ſecus autē lupi rapaces. Idem Mat. vij. ibi. Attendite a
falſis prophetis ⁊c̄. Act. xx. Scio ꝙ poſt diſceſſionem meā
intrabunt lupi in vos nō parcentes gregi. Contra hypo-
critas Job. viij. Spes hypocrite peribit. ⁊. j. Sicut tela
aranearū fiducia eius. ⁊ Job. xiij. Non enim veniet in cō
ſpectu eius omnis hypocrita. Et. xv. Cogitatio enim hy-
pocrite ſterilis. Et. xx. Gaudiū hypocrite adinſtar pūcti.
ſi aſcenderit vſq̧ ad celū ſuperbia eius: ⁊ caput eius nu-
bes tetigerit: quaſi ſterquiliniū in fine perdetur. ⁊ qui eū
viderant dicent. Ubi eſt? Velut ſomniū auolans nō inue
nietur: tranſiēs ſicut viſio nocturna. Et. xxvij. Que eſt em̄
ſpes hypocrite ſi auare capiat ⁊ nō liberet deus animam
eius? Nūquid clamorem eius audiet deus: quum venerit
ſuper illū anguſtia: aut poterit in omnipotente deo dele-
ctari: ⁊ inuocare deū in omni tēpore? Regnant prelati hy
pocrite ꝑpter peccata populi. Job. xxxiiij. Qui regnare fa
cit hominem hypocritam ꝑpter peccata populi. Et Job
xxxvj. Simulatores ⁊ callidi prouocant iram dei. Et Job
xli. Sternet ſibi aurū quaſi lutum. vbi Greg. per aurum
intelligit hypocritas. de pe. di. ij. citius. Eſa. xxxiij. Poſſe-
dit tremor hypocritas. Et Eſa. ix. Omnis hypocrita eſt ⁊
nequam. Hypocrita ſimilis eſt fimo niue cooperto: qḋ eſt
exterius candidū: intus fetidū. ⁊ ſepulcro exterius candi
do: interius pleno oſſibus mortuorū. Matth. xxiij. Et vaſi
exterius mūdo interius ſordido. ⁊ agno albo exterius ni
gro in cornibus. ⁊ ligno putrido de nocte lucenti. ⁊ lupo
pelle ouina induto. ex. de here. vt officiū. §. prouiſo. lib. vj.
Et ſicut in pſ. xliij. dn̄o dicunt ſancti Quoniā propter te
mortificamur tota die. ſic poſſunt dicere hypocrite Quo-
niam cōtra te mortificamur ⁊c̄. Iſte eſt Simon cyrenēſis
crucem portans in angaria: ſed nō moritur in ea: q: mun
do viuit. Luc. xxiij. Hypocrita nūꝙ̄ habet oculum cordis
ad deū. vnde nec deus ad eum. Unde ſuper illud pſ. xxxj.
Firmabo ſuper te oculos meos ⁊c̄. dicit gloſſa in perſona
dei. Nō auferam oculos meos a te: quia tu ſemper leuas
oculos tuos ad me. Hypocrita vix vnꝙ̄ veniam cōſeque-

tur. vnde ſuper illud Job. xxxv. Simulatores ⁊ callidi pro
uocant iram dei: neq̧ clamabunt quū vincti fuerint. dicit
gloſ. Uincti non clamabunt: quia humane laudis auidi-
tate ſuperati ſanctos ſe miſeri etiam cum in peccatis mo
riuntur putant. Sap. j. ſpiritusſanctus ſcz diſcipline effu-
giet fictum. i. hypocritā. In ipſo proprie dormit ⁊ requie-
ſcit diabolus: quia thalamus eſt vmbroſus. Job. xl. de pe.
diſt. ij. ſi enim. in fine. Nunꝙ̄ hypocrita correctionem reci
pit: ſed ſe ſemper defendit. Iudic. j. Fuit dominus cū Iu-
da: nec potuit delere habitatores vallis quia falcatis cur
ribus abundabāt. hoc eſt in curribus eorum falces erant
que ſibi obuiantia vel aduerſantia ſecabāt. Habitatores
vallis hypocrite ſunt. qui ipſos reprehendūt cōuicijs ſcin
dunt. ꝑpter quod ſirpo comparatur hypocrita. Job. viij.
Nūquid vireſcere poteſt ſirpus. i. iuncus vel carduus? q:
carpit ſm Hugui. gloſ. Sirpus intus eſt vacuus cui⁹ the
ca manū ledit. quia hypocrita gratia vacuus eſt: ⁊ corre-
ctionem non recipit. ſed ad lacerandam vitam prorūpit.
vnde ⁊ in hoc diabolo incorrigibili aſſimilatur. incorri-
gibilitas enim peccatū eſt diaboli. vn̄ Eccli. xxj. Qui odit
correctionem: veſtigium eſt peccatoris. habet enim chara
cterē beſtie. i. diaboli. Unde iudeis incorrigibilibus ⁊ hy-
pocritis phariſeis ⁊ ſcribis dicit dn̄s. Io. viij. Uos ex pa-
tre diabolo eſtis. de peni. diſt. j. §. hoc idem. ℣. Item vt chri
ſtus. Hypocrita fermento cōparatur. Luc. xij. Attendite a
fermento phariſeorū quod eſt hypocriſis. qḋ fermentum
expurgādum eſt. j. ad Cor. v. Hypocrite ſimiles ſunt illis
pomis pulcherrimis exterius que ſunt prope mare mor-
tuū: ⁊ intus ſunt plena fauillis ⁊ cinere. vt no. de peni. di. j.
ſed ⁊ continuo. in gloſ. j. Eis proprie loquitur Io. Apoca.
iij. Nomen habes ꝙ viuas: ⁊ mortuus es. Similes cāde-
le que ſeipſam cōſumens alios illuminat: ⁊ ipſi continuis
cruciatibus mercantur mortē eternam. Matth. vj. Noli-
te fieri ſicut hypocrite triſtes. exterminat em̄ facies ſuas.
Iſti labijs deū honorant: cor autem eorū longe eſt a deo.
Matth. xv. Hypocrite bene ꝓphetauit de vobis Eſaias
Eſa. xxix. ¶ Item hypocrita nūꝙ̄ pure cōfitetur. ſed aut
peccata velat: aut diſſimulat: aut defendit. Hi ſignantur
per Rachel de qua dicit̄ Gen̄. xxxj. ꝙ furata eſt idola pa-
tris ſui: ⁊ abſcōdit ea ſubter ſtramentū cameli. Rachel in-
terpretatur ouis. quia iſti Matth. vij. veniūt in veſtimen-
tis ouiū. i. in habitu manſuetudinis ⁊ innocentie. ⁊ furan
tur idola patris ſui. i. diaboli. ſcz peccata occultando nec
ea pure cōfitendo. ⁊ abſcōdunt ſub cameli ſtramine. i. ſub
ſpecie obediētie ⁊ bone vite. In nullo peccato hodie qui-
dem religioſi tantū credo ꝙ deum offendant quantū in
fictis ⁊ hypocritalibus cōfeſſionibus. Uix em̄ aut rariſſi-
me aliquis talium cōfitetur niſi per verba generalia. vix
vnꝙ̄ aliquod graue ſpecificant. Quod dicunt vna die: di
cunt ⁊ altera: ac ſi in oi die equaliter offendant. Uix vnꝙ̄
habent intētionem ceſſandi nec vitam mutādi. De pecca-
tis que confitentur confitentur quedā venialia: vt ſcz de
ſilentio de iudicando de murmurādo de gula de ſubita
iracundia de verbis ocioſis de verbo omiſſo vel dictione
in officio diuino ⁊ ſimilibus. ſed rariſſime cōfitētur de pe
cunia de inobedientia de ſuſpecta familiaritate de odio
ad fratrem de perſecutionibus adinuicem ⁊ diffamatio
nibus de ambitionibus de hypocriſi ſpecificata malitia
declarata de aſſiduis mēdacijs de tēporis perditione ꝓ
magna parte de ſuperbia ⁊ inuidia ſpecificata de gaſtri
margia frequentata de ieiunijs eccleſie cōmendatis ex a
regula ſine vera neceſſitate fractis de alijs articulis re-
gule qui continēt precepta aut prohibitiones. Adde hic
qḋ ſcripſi. j. in iſto ar. in. §. ⁊ ve. ℣. ſic quidē. Et ſi iſta crimi
na ⁊ ſimilia declarēt ⁊ ſpecificent: tranſſime tn̄ cum ꝓpoſi
to dimittendi. qḋ eſt ſe iuſtificare ⁊ in hypocriſim tēdere.
Un̄ veraciter ſicut experiētia didici inter fratres ⁊ in offi
cio penitētiarie dn̄i pape in quo ſum: puri⁹ ⁊ humili⁹ ⁊ ve
racius incōparabiliter cōfitentur maximi petōres ſecula-
res ⁊ clerici: ꝙ̄ religioſi cōiter hypocritaliter confitētes.

Hypocritarū cōfeſſiones.

Quanto autē magis sunt in ordine literati aliq̄ magistri
et lectores ⁊ baccalaurei ⁊ prelati: tanto in cōfessionibus
sunt magis ceci. ⁊ hypocritalibus cōfitentur: vt ad literā
impleatur in eis illud Jo. ix. In iudiciū ego veni in hunc
mundū: vt qui nō vident videant: ⁊ qui vidēt ceci fiant. ⁊
illud ps̄. lxviij. Obscurētur oculi eorum ne videāt. xxxvij.
di. §. si. Uere religiosi in cōfessionibus suis cōmuniter de-
cimant mentam ⁊ anethum. i. cōfitentur aliqua venialia.
sed grauiora legis. i. mortalia supra specificata et alia in-
decimata relinquūt. i. incōfessa. culicem colātes ⁊ glutien-
tes cameluū. Mat. xxiij. Nam prius mortalia sunt cōfiten-
da ⁊ delenda: deinde venialia. de pe. dist. j. tres sunt actio-
nes. Contra tales cōfessiones hypocritales / Aug. in li. de
penitētia. Penitētia est quedam dolētis vindicta puniēs
in se qd̄ dolet cōmisisse. de peni. dist. iij. penitētia est. ij. ⁊. c.
si apostolus. ibi. Jo. viij. Dicit enim dn̄s / vade ⁊ amplius
noli peccare. Non dixit / ne pecces. sed nec voluntas peccā-
di in te oriatur. ⁊. c. penitentiā. ibi. Penitētiā quippe age-
re est perpetrata mala plangere: ⁊ plangēda nō perpetra-
re. ⁊. c. sunt aūt qui dicunt. ibi. Canis reuersus ad vomitū
suum: ⁊ sus lota in volutabro luti. ⁊. c. penitentes. Penitē-
tes: si tamen estis penitentes: ⁊ nō estis irridētes: mutate
vitā. ⁊ ibi. Si ergo penites: cur facis que mala fecisti? Si
fecisse peniteat: noli facere. Si adhuc facis: nō es recte pe-
nitens. ⁊. c. irrisor. Irrisor est ⁊ nō penitēs qui adhuc agit
quod penitet. nec videtur deū poscere subdit⁹: sed subsan-
nare superbus. cū alijs. c. se. vsq̄ ad. §. sed verba. ¶ Item
Amb. loquens de penitēte. de peni. di. j. sunt qui arbitran-
tur. ibi. Seipsum homo abneget: ⁊ totus immutetur. Itē
taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. ſm Gre-
gorianū. Ideo enim / ſm eū / peccatum suū quisq̄ celare desi-
derat: ne iniquitas sua alijs manifesta fiat. ne talis repu-
tetur apud homines foris: qualē se iamdudū exhibuit di-
uino cōspectui. quod ex fonte superbie nasci nulli dubiū
est. Species enim superbie est: eū se velle iustū videri qui
peccator est. atq̄ hypocrita cōuincitur: qui ad imitationē
primorū parentum vel tergiuersatione verborū peccata
sua leuigare cōtendit: vel sicut Cayn peccatū suum reti-
cendo penitus supprimere querit. Gen. iiij. de peni. dist. j.
§. ex his nāq̄. v̄. Cayn. ibi. quia superbus peccatū suū con-
fiteri noluit ⁊c̄. Ubi autē superbia regnat vel hypocrisis:
humilitas locū habere non valet. Sine humilitate vero
alicui veniā sperare nō licet. nec ergo vbi est taciturnitas
cōfessionis: venia sperāda est criminis. de peni. dist. j. §. cū
ergo vt ex premissis. ad fi. dist. De hypocrisi confessionem
diuidentiū vel celantium peccata. de peni. di. v. c. j. ad fi. v̄.
quedā enim. Uni celant que alijs manifestanda cōseruāt
quod est se lauare ⁊ ad hypocrisim intendere. Tales etiā
hypocrite qualibet die maxime quū celebrant: longas fa-
ciunt cōfessiones de quotidianis venialibus: credentes se
per verba iustificare ⁊ purgare. sed verba nō purgāt: sed
gemitus / suspiria / dolor / ⁊ lachryme. de pe. dist. j. in princi.
⁊. §. hoc idē. Magdalena ad pedes dn̄i plorās nō loque-
batur. sed planctus eā purgauit: nō lingua. Luc. vij. Con-
tra hypocritas Aug. Simulata sanctitas / duplex iniqui-
tas. Et Sapiens. Nulle sunt occultiores insidie: q̄ que la-
tent sub similitudine officij. Aug. contra hypocrisim reli-
giosorū non seruantiū professionem suā sed simulātium.
Malui enim cecos habere vel claudos: q̄ plangere mor-
tuos. quicūq̄ eñ hypocrita est: mortuus est. xij. q. j. nolo.
⁊. c. certe. ibi. Malū est cadere a ꝓposito. sed peius est si-
mulare propositū. ⁊ supra ibi. Nolo habere hypocritas.
¶ B Tres sunt species hypocrisis. Una est / quādo co-
ram hominibus bonum facit: ⁊ in occulto malū. Scda /
quādo in occulto ⁊ in manifesto bonū facit intētione pla-
cendi hoībus. Tertia / quando aliquis minorem hypocri-
sim non incurrit: vt incidat in maiorē. vt quū aliq̄s inter-
rogatur an ieiunet. respōdet deus scit. vt dicat hypocrita
nō est. Cōtra hypocritas narrat Greg. in dialogo de fra-
tre simulāte ieiunare corā fratribus: ⁊ in occulto comede-

Hypo-
crisis tri-
plex.

bat: q̄ ad mortē veniens adstantibus fratribus dixit (in-
telligo absq̄ cōtritione ⁊ gemitu nō perijsset. de pe. di. j. §.
hoc idē). Quādo me vobiscū ieiunare credebatis: occul-
te comedebā. ⁊ nūc ecce ad deuorandū datus sum draco-
ni qui cauda sua mea genua pedesq̄ colligauit. caput ve-
ro suū intra os meū mittens spiritum meū ebibēs abstra-
hit. Quibus dictis statim defunct⁹ est. Quidā frater ma-
gne sanctitatis reputatus / venit ad mortem. dicebant illi
de patria / Si hic moritur: oēs morimur. quia per eum pre-
stat nobis deus panē ⁊ aquam. Facta aūt hora exitus il-
lius / vidit quidam sanctus tartareū inferni descendētem
super solitariū illum morientē / habentē tridentem igneū
⁊ audiuit vocem dicentē sibi / Anima ista non me fecit re-
quiescere neq̄ per vnā horam in se: sic neq̄ tu miserearis
eius euellēs eam. Deponēs igitur tartareus ille quē tene-
bat igneū tridentem in corde solitarij per multas horas
torquens eum abstraxit animā eius. Non ergo saluat no-
men: sed res. ¶ Item contra hypocritas. Mat. vj. Quū
ergo facis eleemosynā: noli tuba canere ante te sicut hy-
pocrite faciunt in synagogis ⁊ in vicis vt honorificentur
ab hoībus. Chrys. Ponit aūt tria fortia bona. i. eleemosy-
nam / orationē / ⁊ ieiuniū / contra tria mala aduersus que
dn̄s tētationis bellum suscepit. Mat. iiij. Mar. j. Luc. iiij.
Pugnauit enim ꝓ nobis cōtra gulā in eremo: cōtra aua-
ritiam supra mōtem: contra vanā gloriam supra templū.
Est ergo eleemosyna que dispergit contra auaritiam. de
peni. di. j. quāobrem. c. medicina. c. medicamentū. que con-
gregat ieiuniū. de cōse. dist. v. contraria. c. nihil. contra gu-
lam quia est ei contrariū. Oratio vero cōtra vanam glo-
riā. q: quū omne malum ex malo nascatur. Mat. vij. sola
vana gloria de bono procedit. ideo non destruitur per bo-
nū aliquod: sed magis nutritur. Nullū ergo remediū po-
test esse cōtra vanam gloriā: nisi oratio sola. ⁊ ibi cauenda
vana gloria. vt. j. v̄. se. Quū facis eleemosynā. Amb. Dis
autem summa discipline christiane in misericordia ⁊ pie-
tate est. Noli tuba canere. Tuba aūt ſm Chrys. est omis
actus vel sermo per quem operis iactantia demōstratur.
puta q̇ facit eleemosynā quando aliquē videt presentem
vel intercedēte aliquo: aut honestiori persone que potest
retribuere. alias aūt nō facit. Sed ⁊ si in loco secreto fece-
rit: eo ꝓposito vt laudabilis videatur: tuba est. Hierony.
Qui aūt tuba canit eleemosynam faciens: hypocrita est.
Et ideo subdit. Sicut hypocrite faciūt. glos. Forsitan cō-
uocando hoc faciebāt vt omnes irent quasi ad spectacu-
lū. Isido. Nomen hypocrite tractū est a specie eorū qui in
spectaculis cōtecta facie incedūt: distinguentes vultū va-
rio colore: vt ad persone quā simulant perueniant colorē.
modo in specie viri: modo in femine: vt fallant populum
dum in ludis agunt. Aug. in sermone de mōte dn̄i. Sicut
ergo hypocrite. i. simulatores tāq̄ imitatores personarū
aliarū agunt partes: illi nō sunt. Non eñ qui agit partes
Agamēnonis: vere ipse est: sed simulat eū. sic ⁊ in ecclesijs
⁊ in omni vita humana quisquis se vult videri qd̄ nō est:
hypocrita est. Simulat enim se iustū. nō exhibet. quia to-
tum fructū in laude hominū ponit. Greg. Sciendū vero
est q̄ sunt nōnulli qui ⁊ sanctitatis habitum tenēt: ⁊ per-
fectionis meritū exequi non valent. quos nequaq̄ credē-
dum est intra hypocritarum numerū currere. quia aliud
est infirmitate aliud callida simulatione peccare. Augu.
Tales autem qui simulatione peccant: ab inspectore cor-
dis deo mercedem nō capiūt: nisi fallacie supplicium. Et
ideo subditur. Amen dico vobis: receperunt mercedem
suam. Hiero. Nō dei mercedem: sed suā. Laudari eñ sunt
ab hominibus quorū causa exercuere virtutes. Itē Mat.
vj. Et quū oratis: non eritis sicut hypocrite qui amant in
synagogis ⁊ in angulis platearū stantes orare: vt videā-
tur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt merce-
dem suā. Chrys. super Mat. Est aūt oratio quasi quod dā Orandi
spūale tributū quod anima offert deo de visceribus suis: modus.
quanto ergo gloriosior est: tanto cautius est seruanda ne

propter homines facta vilescat. Item Chrys. in homilia
hypocritas vocat/qui deū se fingētes orare: homines cir
cūspiciunt. Et ideo subdit. Qui amāt in synagogis ora-
re. Chrys. sup Matth. Puto autem nō ad locū hoc referre
dn̄s: sed ad propositū orantis. In conuentu em̄ fidelium
orare laudabile est. sicut dictū est in ps̄. xxi. In medio eccle
sie laudabo te. ⁊ in ps̄. xcij. Domū tuam decet sanctitudo
dn̄e. ex de cele. mis. dolentes. de immu. ec. decet. vi. li. de ce-
le. mis. graui. in clemē. ps̄. xxv. In ecclesijs benedicā te do-
mine. Qui ergo sic orat vt ab hoībus videatur: nō deum
aspicit: sed hoīes. ⁊ ideo quantū ad propositū suum/in sy
nagoga orat. Quū autem orantis mens solū aspicit deū:
q̄uis in synagoga orat: tn̄ apud se in secreto videtur ora-
re. Sequit. Et in angulis platearum. vt videantur abscō
se orare. ⁊ sic dupliciter laudētur. ⁊ quia orant: ⁊ q: abscō
se orant. Eo ergo ꝓposito in cōuentu vetat orare vt a cō-
uentu videātur. vn̄ subditur. Ut videantur ab hominib⁹.
Orans ergo nihil nouū faciat qd̄ aspiciant hoīes: vel cla
mando/vel pectus percutiēdo/vel manus expandendo.
Aug. Non ergo videri ab hoībus nefas est. sed ideo age-
re vt ab hoībus videaris. Chryso. A vana em̄ gloria crui
vbiq̄ bonū est. maxime aūt in oratione. Si enim sine hac
cogitationibus circūferimur: vt ad orandū ingressi fueri
mus hanc habētes egritudinē/qualiter intelligemus ea
que a nobis ꝓferūtur? Tu autem quū oras intra in cubi-
culum tuum ⁊c̄. Chrys. Ut nemo sit ibi: nisi qui orat/⁊ ille
quē orat. Testis enim orantē grauat: nō adiuuat. Cypria
nus. In abditis etiā locis orare magis conuenit fidei. vt
sciamus dn̄m vbiq̄ esse presentē: ⁊ maiestatis sue plenitu
dine occulta. xxviij. q. ij. perniciosam. penetrare. ¶ C Et
clauso ostio ora patrē. Idem possumus autem intellige-
re ostiū domus os corporis. vt non clamosa voce oremus
dominū: sed tacito corde: ꝓpter tria. Primo/q: deus non
voce clamosa pulsandus est: sed conscientia recta placan
dus. de cōse. dist. v. nō mediocriter. ⁊ di. iiij. si non sanctifi-
catur. xxxviij. di. sedulo. qui est cordis auditor. xv. q. vi. c. j.
Secūdo/quia secretas petitiones tuas non oportet alte
rū scire: nisi te ⁊ deum. Tertio/quia clamose orans alterū
iuxta te nō permittis orare. Jo. cassi. in. ij. lib. de canonico
orationū modo. Illum vero qui cōstitutus in tempore mē-
tis cum clamore supplicat: dupliciter peccare pronuntiat.
Primo ꝙ orationis sue reus sit. ꝙ eā videlicet negligen-
ter offerat. Secūdo ꝙ indisciplinato strepitu alterius q̄
qui forsitā attētius orare potuit intercipit sensum. Item
et Mat. vi. Quū autem ieiunatis: nolite fieri sicut hypo-
crite tristes. Chrys. Sciebat enim dn̄s vanam gloriam ex
omni bono opere procedere. Ideo spinā vane glorie que
nascit in terra bona/iubet precidere ne suffocet. Luc. viij.
ieiunij fructū. Non aūt potest fieri vt non sentiat qui ieiu
nat. sed melius est vt ieiunium te ostendat q̄ tu ieiunium
tuū. Non aūt potest fieri vt sit hilaris: quia ieiuniū tristat
carnem. ps̄. cviij. Caro mea immutata est ꝓpter oleum. q̄
ieiunat. Ideo nō dixit/Nolite esse tristes. sed nolite fieri.
Qui em̄ per imposturas aliquas pallorem apparent: illi
nō sunt tristes: sed fiunt. Qui aūt naturaliter ꝓpter assi-
duū ieiunium tristis est: nō fit tristis: sed vere est. Idē no.
supra eo. §. species acidie. Item super illud. in ar. lxxv.
Itē idem. Si ergo q̄ ieiunat ⁊ tristē se facit hypocrita est:
quanto magis iniquior est/qui nō ieiunat: sed argumen
tis quibusdā in facie sua pingit venalem pallorē quasi ie-
iunij signum? Itē Matth. vij. Quid autē vides festucam
in oculo fratris tui: ⁊ trabem in oculo tuo non vides? ⁊. j.
Hypocrita ejice primū trabem de oculo tuo. Aug. Qui-
dam temere iudicāt de incertis. xj. q. iij. graue. xxx. q. vlti.
incerta. ⁊. c. nullū. Et facile reprehendūt: q̄ magis amant
vituperare ⁊ damnare q̄ emendare atq̄ corrigere. quod
vitium vel superbia est vel inuidētia. Hiero. De ijs loqui-
tur qui quū mortali crimine detineātur obnoxij. de peni.
dist. vi. c. j. §. in hoc itaq̄. minora peccata fratribus nō con
cedūt. Item Chrys. Multi hoc faciūt: qui si viderint mo

nachum superfluū vestimentū habentem: aut copiosiorē
cibo potitū: amari sunt accusatores quotidie ipsi rapien-
tes ⁊ crapula potientes. xxvj. dis. vna. vj. q. j. sacerdos. Itē
Aug. Accusare enim vitia officium est bonorū. quod quū
mali faciunt: alienas partes agūt. sicut hypocrite qui te-
gunt sub persona quod sunt: ⁊ ostēdunt in persona quod
nō sunt. Et Luc. vj. Hypocrita ejice primum de oculo tuo
⁊c̄. vbi Cyrillus. Videlicet teipsum primū mūdum osten-
das a magnis peccatis: ⁊ consequenter cōsules proximo
modica committēti. vj. q. j. sacerdos. Et Basilius. Uidetur
enim reuera cognitio sui ipsius grauissimū omniū. Nec
enim solū oculus exteriora vidēs super se visu nō vtitur:
sed ⁊ ipse noster intellectus quū alienū velociter cōiectat
peccatū: lentus est erga propriorū perceptionē defectuū.
Et sequitur in Luca. Non est em̄ arbor bona que facit fru
ctus malos ⁊c̄. Beda. q. d. Si veram ⁊ nō fictam vis habe
re iustitiā: que verbis ostētas/etiam factis cōpensa. quia
etsi se bonū fingat hypocrita: non est bonus. Item Mat.
xxiij. Super cathedrā Moysi sederunt scribe ⁊ pharisei.
Contra hypocritas clericos ⁊ religiosos maxime loquit
ibi dn̄s. quorum status est hodie ⁊ cōditio/vt sint in eccle
sia dei doctores: qui ad literā dicunt ⁊ predicant ⁊ non fa-
ciunt. Matth. xxiij. xlx. dist. scd̄m. Eorum iustitia in verbo
est: ⁊ non in opere. Graues leges cōstitutiones cōdunt ⁊
iubent ipsi primi preuaricatores earū. x. di. iustū. Orige.
ibi. Quid est autē illo doctore miserabilius: cuius vitā di-
scipuli quū nō sequuntur saluātur: quū imitantur perdū
tur? Et sequit ibi. Dicunt enim ⁊ non faciunt. Mat. xxiij.
Chrys. in homil. Maxime em̄ accusatione dign⁹ est: qui
doctrine authoritatē habens/legē transgreditur. ⁊ maxi
me quia plus corrūpit velut in ordine doctoris peccans.
xj. q. iij. ꝓcipue. ex de voto. magne. ad hoc. xl. di. multi. Se-
quit. Alligant onera importabilia ⁊c̄. xxvj. q. vij. alligant.
Sequitur. Omnia em̄ sua opera faciūt vt videantur ab
hominib⁹. Chrys. in homil. Renascitur qd̄ ipsum extermi
nat. sicut ex ligno vermis ⁊ ex vestimēto tinea. vnde sacer
dotū mysterium qui positi sunt ad edificationē sanctitat-
tis/corrūpere diabolus nititur: vt hoc ipsum bonū dū ꝓ-
pter hoīes fit/fiat malū. Tolle hoc vitiū de clero: ⁊ sine la
bore omnia alia vitia resecabis. Ex hoc em̄ fit/vt difficile
clerici peccātes penitentiā agant. supple quia non dolent
de peccato. sed de gloria quā apud homines perdiderūt.
de peni. dis. j. quis aliquādo. post. c. mensuram. Sequitur.
Amant em̄ primos accubitus ⁊c̄. Hodie nedū clerici secu-
lares sed religiosi quidā magistri ⁊ lectores ⁊ predicato-
res ⁊ prelati eorū amant ⁊ procurant primos accubitus
in eorū forestareis ⁊ hospitijs: ⁊ primas sedes in choro: ⁊
reuerentiā sibi fieri ab alijs fratribus: ⁊ eligi ab eis ꝓ ho
noribus ⁊ prelationib⁹. ⁊ quoscūq̄ eis talia denegantes
persequuntur ⁊ tribulant. ¶ D Unde cōtra tales vere
hypocritas phariseos. i. religiosos ⁊ scribas scꝫ clericos
doctores ⁊ commentatores octo ve in eodē. c. Matth. xxiij.
sequūtur. Et primū ve sequitur. Ue autem vobis scribe ⁊
pharisei hypocrite: qui clauditis regnum celorū ante ho
mines. vos enim non intratis: nec introeuntes sinitis in-
trare. Orig. Sicut pater increpans filium/profert verba
maledictionis: nec tamen vult illū dignū fieri maledictio
nibus illis: sed magis ab eis diuertere: sic ⁊ christus im-
precatur ve hypocritis quod ab eis vult auertere. Chrys.
Regnū celorum dicuntur scripture. iuxta illud Mat. xxj.
Auferetur a vobis regnū. i. lex et scripture. xxiij. q. vij. c. ij.
Clauicularij aūt sunt sacerdotes: quibus creditū est ver-
bum docēdi ⁊ interpretādi scripturas. Clauis aūt est ver
bum sciētie. xx. di. §. j. scripturarū: per quam aperitur ho-
minibus ianua veritatis. Adapertio autē. xliij. dist. c. j. est
interpretatio vera. Uide aūt quia non dixit/ve vobis qui
aperitis. sed/qui clauditis. Ergo nō sunt scripture clause:
licet sint obscure. sed sacerdotes ⁊ ꝑdicatores hodie scri-
pturas claudunt. quia aut per ignorantiā aut per timorē
aut per adulationē non aperiunt auditoribus. xj. q. iij. nō
solum.

Hypocritarū octo ve.

solum.veritatē.xliij.dist.sit rector.Orige.Omnes qui ma la conuersatione sua dant exēplum peccandi in populo: ⁊ qui faciunt iniuriam scandalizantes pusillos.Mat.xviij. claudere videntur ante homines regnum celorum. Et hoc peccatum inuenitur quidem in popularibus: maxime autem in doctoribus qui docent quod decet ꝫm iustitiā euangelij homines: non autē faciunt.j.q.j.non quales. que docent. Bene autem viuentes bene et docentes aperiūt ante homines regnū celorum.et dum ipsi intrant: alios prouocant introire. Sed multi non permittunt intrare in regnum celorum intrare volētes: quando sine ratione excōmunicāt quosdam propter aliquem zelum: et meliores ꝙ sunt ipsi. Et ipsi quidem non permittunt eos introire. Illi autem qui sobrij sunt mente: sua patientia tyrannidē ipsorum vincentes: ꝙuis vetiti/tamen intrant et hereditāt regnum. vide.xj.q.iij.§.de his inquam.cum.vij.c.seq. Sed et qui cum multa temeritate seipsos dederūt ad professionem docendi prius ꝙ discerent.lxj.dist.miserum. et iudaicas fabulas imitantes detrahunt eis qui in scripturis ea que sursum sunt requirunt: claudunt quantum ad se ante homines regnū celorum. Idemve ponitur Luce.xj.quod ponitur Mat.xxiij.vnde ibi sequitur. Et vobis legisperitis ve: quia oneratis homines oneribus que portare non possunt.et ipsi vno.xxvj.q.vij.alligant. digito vestro nō tāgitis sarcinas.et precedit in prin.xj.c.Luce. Magister hec dicens etiam nobis contumelias facis. Beda. O misera conscientia: que audito dei verbo sibi contumeliā fieri putat: et cōmemorata pena perfidorum se semper intelligit esse damnandam. Optimū verbum contra religiosos nostri temporis qui predicant vitia aliorum: et nullum in genere verbū contra se audire volunt in predicationibus ac si sint impeccabiles: et tamen christus publice plus contra phariseos et scribas ꝙ cōtra populum in suis predicationibus inuehebatur.vt patet Mat.xxiij.in.viij.ve. que in isto.§.expono.q: plus in hypocrisi offendebant et in alijs peccatis spiritualib⁹. sicut et hodie in religiosis et clericis contingit.xxiiij.q.vlti.transferūt. Testis est mihi conscientia et christus: et aliqua pars mundi/quantas tribulationes passus sum in religione: et postꝙ fui episcopus a religiosis et clericis frequentissime tangens eos generaliter predicationibus meis. Hypocrisis enim superbissima nullo modo vult tangi: quia incorrigibilis est: licet alios corrigat incorrecta.sed ve talibus. Prouerb.xv. Qui increpationes odit/morietur. Tales similes sunt diabolo incorrigibili. Eccli.xxj. Qui odit correctionem: vestigium est peccatoris.i.habet characterem bestie.i.diaboli. ⁊ adde.j.eo. §.ver.tertium. Theophilus. Erant autem alij legisperiti a phariseis.nam pharisei diuisi ab alijs videbantur. legis autem periti scribe erant et doctores legis questiones soluentes. Item Theophilus. Quoties doctor facit que docet: alleuiat fascem: tradens ad exemplum seipsum. quando vero nil agit eorum que dicit: tunc graues fasces vidētur eis qui doctrinam suscipiunt: vtpote qui nec a doctore possunt portari. Greg. Tales quoqꝫ modo sunt plures iudices seueri peccātium/et debiles agoniste: intolerabiles legislatores et debiles portitores.xxvj.q.vij.alligant. nec appropinquare volentes nec palpare vite honestatē quā irremediabiliter exigūt a subiectis. ¶ Itē scōm ve Mat. xxiij. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite q̄ comeditis domos viduarum: orationes lōgas orātes. ꝓpter hoc amplius accipietis iudiciū. Chrys. Dn̄s scribas ⁊ phariseos de gula reprehēdit.et (qd̄ deterius est) qm̄ nō a diuitibus/sed a viduis accipiebāt vnde ventrē implerēt: ⁊ illarū inopiam cōterebāt quā releuare oportebat. glos.j. Qui vestra superstitione nihil intenditis: nisi vt predicta de subiecta plebe faciatis. Itē Chrys. Sexus aūt mulierum incautus est: q: nō oia que videt aut vidit: cū ratione cōsiderat. Mollis etiā est: q: de facili flectitur: vel de malo ad bonum: vel de bono ad malū. Uirilis aūt sexus ⁊ cautior et durior est: ꝓpterea simulatores sanctitatis circa mulieres maxime negotiantur: q: nec intelligere eorum simulationes pn̄t: et facile ad eorum dilectionē inclināntur religionis causa. Precipue tm̄ circa viduas negotiātur. primo quidē q: mulier nō facile decipitur habēs consiliariū virum: deinde de facultatibus suis nō facile aliquid dant: quū sint in potestate viri. Propterea ergo dn̄s dum iudaicos sacerdotes cōfundit: christianos monet ne viduis mulieribus amplius cōmorentur ꝙ ceteris: q: etsi voluntas mala nō fuerit: tm̄ suspitio mala est: et ab omni specie mala abstinere oportet. j. Thessa. vlti.ex. de vi.et hone.cleri.cū ab omni. Orationes longas ⁊c. Chrys. in homil. Quicūqꝫ enim malū facit: dignus est pena. sed qui a religione causam accipit malitie vel nequitie: grauiori est obnoxi⁹ pene. Propter hoc amplius accipietis iudiciū. Primū ꝓ eo ꝙ estis iniqui. Alterum pro eo ꝙ figmentū accipitis sanctitatis. Auaritiā em̄ vestrā religionis colore depingitis: et quasi prestatis diabolo arma dei: vt ametur iniquitas: dū pietas existimatur. ¶ Item Mar.xij.in fi.ibi. Qui deuorāt domos viduarū sub obtētu prolixe orationis: ij accipiūt prolixius iudiciū. vbi Beda. Non solū scribe ⁊ pharisei laudes ab hoibus/verum etiā pecunias querunt. Sunt enim qui se iustos simulantes a peccatorum suorum cōsciētia turbatis/quasi patroni pro eis in iudicio futuri/pecunias accipere nō dubitāt: et quum porrecta manus pauperi preces iuuare soleat: illi ob hoc maxime in noctibus pernoctāt vt pauperi nummum tollant. Ibi etiā Theophilus. Accedebant autē scribe ⁊ pharisei ad has mulieres que sine protectione viri manebant: quasi earū fierēt protectores: et simulatione orationis ⁊ habitu reuerentie ⁊ hypocrisi viduas decipiebāt: et sic deuorabant diuitū domos. Ij accipient prolixius iudicium.s.ꝙ ceteri iudeorum peccantiū. Idem Luc.xx.in fine. ibi. Qui deuorāt domos viduarū simulātes longam orationem. Chrys. Ingurgitātes etiā se viduarū paupertatē atterunt: non qualitercūqꝫ comedentes/sed deuorātes ⁊ ad prauitatē orationibus vtentes: qd̄ grauiori pene facit eos obnoxios. Sequitur ibi. Ij accipiēt damnationē maiorē. Theophilus. Quia nō solū mala faciūt: sed ⁊ orationes pretendunt: ⁊ virtutē faciunt prauitatis excusationē. viduas etiā depauperāt: quarū oportebat misereri. lxxxi. dist.c.penul.et vlti.lxxxvij.dist.c.j. ex. de foro cōpe.ex parte. His succedunt hodie religiosi maxime mēdicātes presertim viduas deuorantes: et cū ficta religione eas depauperantes: dū ob sui presentiā eas cogunt expendere. Beda. Uel quia laudes ab hoibus et pecunias querunt: maiori dānatione plectūtur. ¶ Tertiū ve. Mat.xxiij. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui circūitis mare ⁊ aridam: vt faciatis vnum proselitū. et quū fuerit factus: facitis eū filium gehēne duplo ꝙ vos. Hilarius. Proseliti sunt ex gētibus in synagogam recepti. Itē Hiero. Scribe et pharisei totum lustrantes orbē id studij habebant de gentibus facere proselitū.i. aduenā circūcisum miscere populo dei. Hugu. Proselitus.i. aduena circūcisus qui miscebatur populo dei.a pro quod est procul.et salio: quasi procul saliēs a populo in populū. Chrys. Nō aūt propter miam volentes cū saluare quē docebāt: sed aut propter auaritiā vt additis in synagoga iudeis sacrificiorum adderetur oblatio: aut propter vanam gloriā: aut propter bona eorū. Qui enim seipsum mergit in gurgitē peccatorū: quomodo alterū de peris velit eripere? Nunquid magis misericors pōt aliquis alteri esse ꝙ sibi? de peni.dist.iij.q vult. Ex ipsius ergo actibus ostēditur qui ꝓpter deū aliquem vult cōuertere/aut propter vanitatē. ¶ Itē Grego.xxj.mora. Qui vocantur hypocrite: ꝙuis peruersa semꝑ operētur: loqui tm̄ recta non desinunt. bene loquēdo quidē in fide vel cōuersatione filios pariunt: sed eos bene viuendo nutrire nō pn̄t. Quāto em̄ se libentius terrenis actibus inserūt: tāto negligentius eos quos generant agere terrena ꝑmittūt. Et q: obduratis cordib⁹ viuūt: ipsos etiā quos generāt filios nulla pietate debite amoris agnoscūt. vnde ⁊ hic de hypocritis dicitur. Et quū fuerit factus: facitis eū filiū gehenne du

plo q̄ vos. Augu. Quia eoꝝ mores imitatur. Filius ergo gehēne: nō quidē verba legis audiēdo ⁊ se in deū cōuertē do: sed eoꝝ sectam sectando. Propterea aūt duplo q̄ illi: q: hoc negligebat implere qḋ ꝓpria volūtate susceperat: nō ex iudeis natus/ sed spōte. xxij.q.iiij. p̄sens. iudeus factus. Hiero. Uel quia qui dū esset gētilis simpliciter errabat: ⁊ erat semel filius gehēne: videns magistroꝝ vitia/ et intelligēs destruere eos opere qḋ verbo docebāt: reuertitur ad vomitū suū. Prouer. xxvj. ij. Pet. ij. de peni. dist. iij. sunt qui dicūt. et gētilis factus quasi p̄uaricator: vel apostata. de pe. dist. ij. penā. xij.q.j. scimus. maiori pena dignus erat. Chry. Quum eīn virtuosus fuerit magister: discipulus imitatur. xxiiij.q.j. cū beatissimus. Quū aūt fuerit malus: superexcedit filius malū magistri addēs malo suo. xx. q.iij. p̄diuis. xij.q.j.c.j. Filius aūt vocaꝭ gehenne: quō filius. ij. Thessa. ij. perditionis: et filius hui⁹ seculi. Luc. xvj. Unusquisq̄ eīn cuius opera facit eius filius appellatur. Jo. viij. de pe. di. j. §. hoc idē. ver. itē vt christus ait. Sic hodie inter religiosos quosdā cōmuniter fit. Circūeūt ciuitates ⁊ loca: vt faciant vnū nouitiū: maxime mēdicantes. et quū fuerit factus p̄fessus: peior est illis qui eū receperunt: eoꝝ vitia imitādo ⁊ sua addēdo: q: in isto tēpore hypocritali ordines de die in diē amplius relaxātur: et qui in sordibus sunt: sordescant adhuc. Apoc. vlti. Qui in sordibus est: sordescat adhuc. xlvij. dist. quātū libet. Quāta erit pena decipientiū maxime religiosoꝝ mendicantiū. contra quos ex de regu. is qui. ⁊ c. nō solū. lib. vj. hoīes mūdi maxime pueros ⁊ adolescētes faciendo eos p̄mittere regulā quā nō seruant/ ⁊ quā eis nō exponūt eis laqueū mīdētes/ et p̄uaricatores eos facerēt: deus nouit. xxvij.q.j. viduis. Nec eīn ad eoꝝ salutē intendūt recipientes quidā: q eos negligūt ⁊ nō corrigūt: s; ad suū questū ⁊ augēdū numerū/ sed nō meritum: q: faciūt eos relinquere ordini qḋ habēt: vel emere libros quos derelinquāt ordini: nihil dātes pauperibus fm regulā beati Francisci euangelicā. cōtra tales vide. xx.q.iij.c. vlti. vt ad literā impleatur Esa. ix. ad p̄in. Multiplicasti gentem et magnificasti letitiam/ et gloriā mundi recipiēdo filios magnoꝝ ⁊ diuitū huius mūdi. Immo per maiores eoꝝ retrahūtur ab obseruātia regulari quā dn̄o p̄miserūt: ne eos in vita excedāt: ⁊ eorum vita per cōsequens cōdēnetur. et tales singulares et sarrabaitas ⁊ beguinos appellant: maxime fratres minores vocātes singulares sue regule zelatores: ⁊ ab eoꝝ carnali vita migrantes. ¶ Quartū ve Mat. xxiij. Ue vobis duces ceci: qui dicitis: quicūq; iurauerit per templū nihil est. quicūq; aūt iurauerit in auro tēpli debitor est ⁊ c. Chryso. Templū quidē ad gloriā dei pertinet: et ad hoīm spiritualē salutē. aurū aūt templi etsi ad gloriā dei p̄tineat. xij. q.ij. aurū. tn̄ magis ad delectationē hoīm et ad vtilitatem sacerdotū offertur. Judei aūt aurū quo ipsi delectabātur q: erāt auari. Luc. xvj. aurū auentes. i. cupientes. j.q.j. §. et his. et dona quibus ipsi pascebātur/ sanctiora esse dicebāt q̄ ipsum tēplū: vt homines p̄mptiores facerent ad offerēdū dona q̄ ad p̄ces fundēdas in tēplo. vnde cōsequēter rep̄hendit eos dn̄s dicens ibi. Stulti et ceci: quid eīn maius est aurū an templum qḋ sanctificat aurū? Sic ⁊ hodie multi religiosoꝝ mendicantiū depingunt ⁊ deaurant muros ecclesiarū: quasi ad quādā deuotionē: sed poti⁹ ad eoꝝ questum ⁊ auri cumulationē. Nam intrātes tales ecclesias potius respiciunt ad curiositatē ecclesie q̄ deuotionē ⁊ orationē eleuātes tota die oculos cordis et corporis ad aurū ⁊ picturas potius q̄ ad deū. Ambro. Aurū sacramenta nō querūt: nec auro placēt que auro nō emūtur. ornatus sacroꝝ redēptio captiuoꝝ est. xij.q.ij. aurum. Hiero. Marmora nitēt auro: ⁊ ministroꝝ christi nulla est electio. Maius numē credūt hoīes bestiales esse in reliquijs deauratis ⁊ deargētatis: et ideo ibi plus offerūt: et p̄pter oblationes facilius ⁊ frequētius eas eis religiosi ostēdūt: et sic religiosi quidam amplius q̄ clerici seculares subtili ingenio a barbaria. i. laicis aurum extorquēt. ff. de cōmer⸗

cijs. l. ij. xxiij.q.v. dixit. et notatur. xlij. dist. in mādatis. Deaurata imago aurū trahit. fm Bernar. Adde hic fm eum qḋ no. s. in prima parte. §. in primo quidē. ver. item de dono ecclesie. in ar. lxi. Et qḋ no. s. eo. §. species supbie. ver. si dicāt. in additione que incipit/ Multi. in ar. lxvi. Itē ibi Chry. sc; in Mattheo. Multi nūc christiani sic insipientes intelligūt. ecce eīn si aliqua causa fuerit: modicū videtur facere qui iurat per deum: qui aūt iurat per euāgeliū: maius aliquid videtur fecisse. quibus similiter dicendum est/ Scripture ꝓpter deū scripte sunt: nō deus ꝓpter scripturas. maior ergo est deus qui sanctificat euāgelium/ q̄ euāgelium qḋ sanctificatur ab eo. de hoc. xxij.q.j. si aliqua. vbi no. q̄ magis est obligatus quantū ad ecclesiā qui solēniter iurat per euangeliū: q̄ qui sine solennitate iurat per deū. ¶ Quintum ve hypocritarū Mat. xxiij. est/ Ue vobis scribe et pharisei hypocrite qui decimatis mentam et anethū et cyminū: et relinquitis que grauiora sunt legis: miam/ et iudiciū/ et fidē. Et hoc oportuit facere ⁊ illa non omittere. Duces. Luc. xj. xxxvij. dist. §. vt itaq; ceci excolātes culicem: camelum aūt glutiētes. Hiero. Ex hoc capitulo arguit eos auaritie q̄ studiose etiam viliū olerum decimas exigāt: ⁊ iudiciū. ex de ver. signi. forus. in disceptatione negotioꝝ/ misericordiā q; in pauperes. lxxxvj. dist. nō satis. et fidem. Mat. xv. Luc. vij. in deum/ que magna sunt p̄termittāt. Chry. Uel quia sacerdotes auaritia pleni. Luc. xvj. ex de deci. c. j. si quis decimā alicuius rei vel minime nō obtulisset: corripiebant eū quasi magnū crimen fecisset: si quis aūt alterū ledebat: aut in deum peccabat: nō curabāt eū corripere. vide qḋ legitur et no. xxiij. q. iiij. si is. in glo. Immo de lucro quidē suo solliciti: de gloria autem dei et salute animarū hominū negligenten. Queritur ast na: nō anima. Bernar. seruare aūt iustitiā et facere miam: et habere fidē p̄pter suā gloriā deus mādauit. Decimas aūt offerre p̄pter vtilitatē sacerdotū: vt sacerdotes quidem populo in spūalibus obsequantur: populi aūt in carnalibus sacerdotibus subministrēt. j. Cor. ix. xiij.q.j. §. his itaq;. ex de censi. cū apostolus. Sic et modo fit: q: omnes de honore suo sunt soliciti: de honore aūt dei nullus. Portiones aūt suas vigilanter defendūt: sed circa obsequium ecclesie curam impendere nō attendūt. Si populus decimas nō obtulerit: murmurāt oēs. si peccantē populum viderint: nemo murmurat contra eos. Sed quia scribarū ⁊ phariseoꝝ ad quos loquebatur/ quidam populares erāt: nō est incōgruum vt aliam expositionē faciamus p̄pter eos qui decimas dabāt. Nam et qui accipit decimas: recte decimare debet: ⁊ q̄ dat. Scribe ergo et pharisei minimarum quidem rerū decimas offerebāt ostēdēde religionis gratia. in iudicijs aūt erant iniusti. in fratribus sine misericordia. in veritate increduli. hucusq; Chry. Itē Remigius. Ostendit quippe dn̄s his verbis quomodo oia p̄cepta legis tā maxima q̄ minima sunt implenda. Redarguūtur aūt qui elemosynas de fructibus terre faciūt: putātes se minime posse peccare. quibus nihil p̄sunt elemosyne: nisi a peccatis studeāt cessare. de peni. dist. iij. sane cauendum est. Hilarius. Et q: minus piaculi esset decimationem oleris q̄ beneuolētie officiū p̄terire: irridet eos cōsequenter dn̄s dicēs/ Duces ceci excolantes culicē camelum aūt glutientes. Hiero. Camelum puto esse magnitudinē p̄ceptoꝝ/ iudicium/ misericordiā/ et fidē. Culicē: decimationem mente ⁊ anethi ⁊ cymini: ⁊ reliquoꝝ olerū viliun. Hec autē p̄cepta dei que magna sunt/ deuoramus atq; negligimus: et operationē religionis in paruis que lucrū habent cū diligentia demōstramus. Archytas tarentinus. Leges sunt sicut tele aranearum: que grādia volatilia transmittūt: et muscas retinent. Orige. Uel excolantes culicem. i. expellentes a se minima delicta: que culices nominauit. Camelum autē glutientes. i. cōmittentes maxima delicta: que nominauit camelos: animalia videl; tortuosa ⁊ grandia. Scribe autē moraliter sunt qui amplius nihil estimant in scripturis q̄ simplex sermo demonstrat.

Pharisei autem sunt omnes qui iustificant semetipsos: ⁊ diuidunt se a ceteris: dicentes. Noli mihi appropinquare qm̄ mundus sum.xlv.dist. recedite.xxiij.q.iiij.ecce. Esa.lxv. Menta autem et anethum et cyminum ciboꝝ conditure sunt: nō principales cibi. Sic in conuersatione nostra quedam sunt necessaria ad iustificationem: vt iudicium/misericordia/et fides. Alia sunt quasi condiētia actus nostros et suauiores eos facientia: vt abstinētia/risus/ieiuniū/silentio gemitū/et huiusmodi. Quomodo autē nō existimātur ceci: qui nō vident: quoniā nihil prodest cautum esse dispēsatorem in rebus minimis: quum principalia negligūtur. Hos ergo sermo presens cōfundit: non quidē leuia prohibens obseruare: sed principalia precipiēs cautius custodire. Adde qđ scripsi.s.in prima parte in.§. nūc querendum est.j.ver.j.super tex.decimantes mentam ⁊c.in ar.lxix. Sic quidam clerici nostri tēporis et religiosoꝝ plurimi de constitutionibus suis et ordinis faciunt sibi conscientiam: nō de preceptis dei et regule quam vouerūt. Si omittāt versum vel dictionem in officio: vel aliquātulum irascantur: vel paulo amplius comedant vel rideant: vel amplā tonsuram nō portent: vel parū amplius dormiāt ꝙ debeant: vel bini nō vadāt: vel missam sepe non dicāt: vel carnis titillationes habeant: vel raptim indecēter videant: vel bene in choro non legant: vel de similibus venialibus ⁊ cerimonialibus nō obseruatis faciunt sibi magnam conscientiam: et de talibus subtiliter se accusant. De inobedientia vel rebellione ad prelatum/de suspecta familiaritate mulierum vel alia maxime sanctimonialiū/de pecunia quam habent quantam habere possunt/de ambiendo et procurando honorē/de trāsgressione cōtinua paupertatis in libris et tunicis ⁊ eleemosynis ⁊ aliis supellectilib⁹/de partialitate/de diffamatione/de odio fraterno/et similib⁹ criminalibus cōscientiam tales cōmuniter raro habēt: et rarius cū ea dimittendi proposito cōfitētur. sicut tetigi.s. in isto ar.in.§. aliud.ver.in nullo. Similes vsurario nolenti spuere in ecclesia: et sibi de hoc et non de vsuris consciētiā facienti. Tales vero decimant mentā et anethum.i.de venialibus sibi faciunt conscientiā: non de mortalibus: ⁊ legis grauia cōmittentes camelos glutiunt: et colantes culicem de minimis confitētur. Talium religiosoꝝ ⁊ clericorum vere phariseoꝝ et hypocritarum iustitia est habitum suū portare: tonsuram magnā habere: exteriores obseruātias custodire: sacramenta dare: predicare verbaliter: recitare vocaliter: cōfessiones maxime questuosas audire: cōsilia animarū dare: alios pacificare: sed in his ⁊ similibus que sunt querere. Phil.ij.viij.q.j.sunt in ecclesia. Sꝫ quid valet religio sine charitate? habitus sine humilitate? tōsura sine paupertate? silentium oris sine quiete cordis? Bernar. Manet tōsura/vestis: necdum mutata est vita. Ieiunioꝝ regula custoditur: statutis psallitur horis: sed cor eorum longe est a me. dicit dn̄s Esa.xxix. Mat.xv. ¶ Sextū ve Mat.xxiij. cōtra hypocritas est. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui mūdatis quod deforis est calicis ⁊ paropsidis: intus autē pleni estis rapina et immūditia. Hierony. Hoc dicit vt arguat eos simulationis ⁊ mendacij: ꝙ aliud ostendant hominibus foris: aliud domi agant. Foris ostēdebāt hominibus sanctitatē: intus autē pleni erāt immunditia. Vel hoc dicit ꝯm Chrys. q: iudei quoties ingressuri erant templū: aut sacrificia oblaturi p dies festos seipsos et vestimēta sua ⁊ vtēsilia lauabāt: ⁊ a peccatis nemo seipm̄ purgabat: quū deus neq; mūditiā corporis laudet: neq; sordes cōdēnet. Pone tn̄ ꝙ deus horret sordes corporꝫ ⁊ vasoꝝ: que necesse est vt ipso vsu sordidentur: quāto magis sordes cōsciētie horret: quā si volumus/semper mundam seruamus? Pharisee cece mūda prius qđ intus est calicis ⁊ paropsidis: vt fiat qđ deforis est/mūdū. Chryso. Nō aūt hoc dicit de sensibili calice aut paropside: sꝫ de intelligibili. qui si nūꝙ̄ tetigerit aquā: mūdus potest esse apud deum. si aūt peccauerit et tota aqua pelagi/quia talis aqua foris lauat: lachrymarū intra. Mat.vj.ibi. Faciē tuam.i.cōscientiā tuam laua. de hac Esa.j. Lauamini: mūdi estote ⁊c. se lauauerit: sordidus est ⁊ miser apud deum. Orige. Hic sermo nos instruit vt festinemus esse iusti: nō apparere. Qui enim studet vt appareat iustus: que foris sunt mundat: et que videātur curat: cor aūt et conscientiā negligit. Qui aūt studet ea que intus sunt.i.cogitationes mūdare: cōsequens est vt etiā ea que foris sunt faciat mūda. Calix etiam est vas ad potum. paropsis ad cibū. Omnis ergo sermo per quē potamur spūaliter: vel ois narratio per quā nutrimur: vasa sunt potus ⁊ cibi. Qui ergo studet cōpositū proferre sermonē/cōtra sermones dialecticos et politos et subtiles Parisienses se nō alios predicātes. xliij.dist.§.si. magis ꝙ salutari sensu repletū.ij.q.vij. secuti. in si.de pe. dist.ij.si em̄. vltra.v.colū.ver.loquūtur. calix eius foris mundatus est: intus aūt sordibus vanitatis repletus. Similiter idē Luce.xj.ibi. Nūc vos pharisei qđ deforis est calicis ⁊ catini mūdatis: qđ aūt intus est vestrū/plenū est rapina ⁊ iniquitate. vbi Cyrillus. Sumit dn̄s p exemplo calicē et catinū: ostendēs ꝙ mundos ⁊ lotos decet esse inuicem ministrātes.lxxxj.dist.oportet.deo: non solum a spurcitia corporali: immo ⁊ ab ea que latet intrinsecus penes mentē: sicut etiā aliquid vasoꝝ quibus seruitur in mensa/bonū est intrinsecus ⁊ extrinsecus carere contagijs. Stulte: nōne qui fecit quod deforis est: etiā id qđ deintus est fecit? Beda.q.d. Qui vtrāq; hominis naturā fecit: vtramq; mundari desiderat. Et hoc est contra Manicheos: qui animā tantum a deo/carnem vero putāt a diabolo creatam.xxiiij.q.iij. quidā.ver.manichei. Hoc etiā est contra illos qui corporalia peccata fornicationē.s. ⁊ furtū et cetera talia quasi grauissima detestantur: spūalia vero que non minus dānat apostolus Ephes.v. Gala.vj. vt leuia contemnūt. hoc recte religiosos quosdam nostri temporis hypocritas tangit: qui nō videntur habere consciētiam de aliquo peccato spirituali: vt superbia/inuidia/malitia/hypocrisi/⁊ similibus: dūmodo caueāt a peccato carnis: q: quasi nec alia peccata in ordinibus puniātur. Dicebat quidam. In ordine punitur peccatū baltheis/non anime: hominis/non demonis. Si fratres spirituales essent vt debent: magis punirēt peccata spiritualia ꝙ carnalia: quia magis in eis offendunt. Est etiam illud sextū ve contra eos: q: domos suas tenent mundas ⁊ tunicas suas et pannos et peropsides et cyphos: ⁊ manus satis lauāt. de mundities autē consciētie parum curāt. Altaria lapidea tenent ornata. cor vero vbi deo sacrificatur.ps.l. Sacrificiū deo spiritus contribulatus.de peni.dist.ij.si enim.immundum. Cōpositos et subtiles et concatenatos ⁊ rhetoricos predicāt sermones: nō salutaribus sensibus repletos: admirationē non edificationē facientes. Omnia cōmuniter faciūt vt gloriā et lucrum aucupētur: humanā nō dei gloriam querentes. cōtra illud Jo.viij. Ego gloriam meā nō quero. vide.s.eo.ver.similiter.cū additione. ¶ Septimū ve Mat.xxiij. ⁊ Luc.xj. cōtra hypocritas religiosos quosdam maxime et clericos est. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui similes estis sepulcris dealbatis: que parent a foris hominibus speciosa: intus vero plena sunt ossibus mortuoꝝ et omni spurcitia. Chryso.super Mat. Merito iustorum corpora tēpla.j.Coꝝ.vj. dicuntur. quia aīa in corpore iusti dominatur: sicut deus in templo. vel q: ipse de⁹ in cordibus habitat iustis. Hiero. Verū christi tēplū anima credentis est. Illam exorna. illam vesti. in illa offer donaria. Corpora autē dicuntur mortuoꝝ sepulcra: quia anima mortua est in corpore peccatoris. Nec enim. Apoca.iij. nomen habes. et est de peni.dist.j.§.hoc idem.ver. resuscitatus. viuens putanda est que nihil viuum aut spirituale agit in corpore. Hiero. Sepulcra autem forinsecus leuigata sunt calce et ornata marmoribus in auro coloribusq; distinctis: intus aūt plena sunt ossibus mortuoꝝ. Sic autē ⁊ peruersi magistri qui alia docent ⁊ alia faciunt: munditiā habitu vestis et verboꝝ humilitatem demonstrant. intus aūt pleni sunt omni spurcitia ⁊ auaritia ⁊ libidine. Et hoc

manifeste exprimit inferēs/Sic ⁊ vos afo:is quidem pare
tis hoībus iusti: intus aūt pleni estis hypocrisi ⁊ iniquitas
te. Orige. Omnis em̄ iustitia simulata mo:tua iustitia est
que ꝓpter deū nō fit: magis aūt neq̄ iustitia est: sicut mo:
tuus homo non est homo. ex̄ de cele. miss. in quadā. et sicut
mimi qui ꝑsonas suscipiūt alio:ꝝ: ⁊ nō sunt ipsi quos simu
lāt. Tanta ergo sunt ossa in eis immūditie: quāta bona si
mulata et malo effectu. Videnť aūt fo:is. Dauid ps̄. lxxx.
et Jo. x. Ego dixi dij estis. iusti co:am hoībus: nō eis quos
scriptura deos appellat: sȝ corā eis qui sicut homines. ps̄.
lxxx. Vos aūt sicut hoīes mo:iemini: peccato:es mo:iun
tur. Grego. Ante vero districtū iudicē excusationē ideo de
igno:ātia habere in peccatis nō pn̄t: q: dū ante oculos ho
minū oēm modū sanctitatis ostēdūt: ipsi sibi sunt testimo
nio: q: bene viuere nō igno:ant. ¶ Octauū ve hypocrita
rū Mat. xxiij. ⁊ Luc. xi. est/ Ve vobis scribe ⁊ pharisei hy
pocrite: qui edificatis sepulcra p:ophetarū: ⁊ o:natis mo
numēta iusto:ꝝ ⁊c. Ch:ys. Quia dicebāt apud se/Si bene
fecerimus pauperibus: nō multi vidēt: ⁊ ꝓ tēpo:e vident.
melius ergo edificia faciamus que oēs aspiciāt nō solū in
hoc tēpo:e sed etiā in posterū. O insipiens homo: quid ti
bi prodest post mo:tē ista memo:ia: si vbi es to:queris: et
vbi non es laudaris. Dū aūt iudeos castigat dn̄s: ch:istia
nos docet. Nā si ad illos solū dixisset: hec dicta fuissent tā
tum: nō etiā scripta: nūc aūt dicta sunt propter illos: ⁊ scri
pta ꝓpter nos. Si ergo iuxta alia bona fecerit homo edifi
cia sancta: additamētum est bonis. si autē sine alijs bonis
operibus: passio est glo:ie secularis. Nō em̄ gaudēt marty
res quādo ex illis pecunijs hono:ātur in quib⁹ pauperes
plo:āt. Semper etiā iudei p:eterito:ꝝ sancto:ꝝ culto:es fue
rūt: et p:esentiū cōtempto:es: magis aūt ⁊ persecuto:es.
Nō em̄ sustinētes increpationes p:ophetarū suo:ꝝ. xxiij. q.
iiij. c. j. ⁊ c. recedite. persequebātur eos et occidebāt. Post
ea vero nascētes filij intelligebāt culpas patrum suo:ꝝ: et
ideo quasi de mo:te innocentiū p:ophetarū dolētes/ edi
ficabāt memo:ias eo:ꝝ. ⁊ ipsi tn̄ similiter ꝑsequebanť ⁊ in
terficiebant. Mat. xxiij. ibi. Hierusalē/Hierusalē que occi
A Lia vitia quorū-dam religiosoꝝ presentis temporis sunt verba otiosa, multiloquiū, et fractio silētij. Et primo q̄dē verbū otiosum ꝭm Hiero. est qđ sine vtilitate loquētis dicit᷑ aut audientis.vel ꝭm Grego. qđ caret ratione iuste necessitatis:aut intētione pie vtilitatis. Item Hiero.Quoties vero loquimur aut nō in opportuno tēpore aut loco:aut nō cōuenit audiētibus: toties sermo malus ꝓcedit de ore nostro ad destructionē eoꝝ qui audiūt. Consideremus ergo quid loquamur: q: ꝓ omni verbo otioso reddituri sumus rationē in die iudicij. Mat.xij.xxij.q.vlti.c.penul.xxv.dist. §.criminis.ad si. Per quod.c.dico ꝙ etiā de deo nō debēt loqui religiosi tēpore silētij: q: nō est tēpus opportunum. ps.xxxviij. Obmutui ⁊ silui a bonis:⁊ q: melior est obediētia silentij q̄ sacrificiū tali tēpore verbi dei. viij.q.i.sciēdū. facit etiā ad hoc.xxv. dist.§.criminis.ver. quoties plus loquitur.xliij.dist.sit rector.in si.ibi.opportune. et ibi.opportunitatē.et.§.pariter.Et huius nō frenantis linguā suam vana est religio. Jaco.i.v.q.v.in loco.⁊ ibi erit cultus iustitie silētiū.Et q: incōsiderate loquit᷑.v.q.vi.§.sed aliud.Et oia tēpus habent.Eccl's.iij. Verba aūt scurrilia et turpia nō sunt computāda inter otiosa.Hiero.Qui ob scurrilitatem replicat ⁊ cachinnis ora dissoluit.xlvi.dis.clericū scurrilem.et aliquid profert turpitudinis:nō otiosi sermonis, sꝫ criminosi reus tenetur. Itē Bernar. Nuge in ore sacerdotis, blasphemie sunt. Fede ad cachinnos mouetur: fedius mouet. Porro detrahere aut detrahentē audire, q̄d horꝫ dānabilius sit nō facile dixerim. Cachinnor.aris.i.ris deo rideo.inde dicit᷑ hic cachinnus risus vanus inutilis ⁊ dissolutus ⁊ derisorius. Vel cachinnus componit᷑ a con ⁊ cygnus qui est albus vt nix. ꝓpter dētes qui albere videntur in risu dissoluto.et inde dicit᷑ hic cachinno.onis. qui ridet dissolute ⁊ irridet.ꝭm Hugui.in deriuationib᷒. Chrys. Ois sermo vanus dictāte spū immūdo ꝓfert᷑. Lingue nostre organa sunt spūssancti.ꝭm Amb. Qui loquitur bona verba: est quasi os dei. ⁊ q̄ loquit᷑ mala verba: est quasi os diaboli. Quāto quis est magis vitiosus: tāto magis dꝫ loqui ⁊ audire de virtutib᷒. De frequēti locutione vitiorum quis incidit in vitia: ⁊ de frequēti locutione virtutū in virtutes. De malo nō possum᷒ dicere quātū est: nec de bono quātū est:q: vtrūqꝫ a nobis incōprehēsibile est. Maioris virtutis est bn̄facere q̄ bn̄ loqui. Deberet habere hō collū instar gruis: vt quasi ꝑ multos nodos trāsiret verbū ante q̄ egrederet᷑ de ore.ps.xliiij. Lingua mea calamus scribe velociter scribētis.s. spūssancti qui nescit tarda molimina ꝭm Ambro.⁊ legit᷑ ⁊ no.de peni.di.i.his aūt. alr̄ est sub.c. multiplex.in glos.scriptū. Mat.xij. Oē verbū otiosum qđ locuti fuerint hoies: reddēt de eo rationē in die iudicij. vbi Chrys. Otiosum aūt verbū est: qđ mēdax est: qđ calumniam habet.quidā aūt dicūt qm̄ ⁊ vanū: quale est quod risum mouet inordinatū: vel turpe inuerecundū. Item ꝭm Grego. Verbū otiosum est si omissis serijs de rebus friuolis loquamur: et fabulas narremus antiquas.arg.ad hoc xxxvij.di.legāt.Et sup illud Eccl's vlti.in si.dicit glos.ꝙ de verbo ignorāter ꝓlato iudiciū erit. Cuncta que fiūt adducet in iudiciū ꝓ omni errato siue bonū siue malū sit: ⁊ maxime hec sunt cauēda in sacerdotibus. Bern̄. Inter seculares nuge in ore sacerdotis, blasphemie. Nūquid o sacerdos os tuū euangelio cōsecrasti? vnde iā talibus os aperire nō licet: q: est assuefacere sacrilegiū. Labia sacerdotis custodiūt scientiā. Malach.ij.nō spurcitiā.xliij.dist.sit rector. Hiero. Beata lingua que nō nouit nisi de diuinis sermonē texere. ¶ B Sunt aūt quidā religiosi qui nō curāt de venialibus: nec ea timēt: sed timēda sunt. Aug. Ista

Venialia non sunt paruipēdenda.

leuia noli cōtēnere.si cōtēnis qn̄ appēdis: expauesce quādo numeras. Et sup illud Job.xxxi. Nōne ipse considerat vias meas? dicit glos. Sic deus vniuscuiusqꝫ vias cōsiderat: sic gressus dinumerat: vt nec minime cogitationes ac tenuissima verba que apud nos vsu viluerūt: eius iudicio indiscussa remaneant. Sed que ratio pōt reddi de verbis otiosis: quū ipsa sine ratiōe dicātur? Bernar. Si ꝓpterea verbū otiosum est ꝙ nullā causam rationabilem habeat: quā rationē reddere poterimus de eo quod est preter rationem? Licet cōfabulari (aiunt) donec pertrāseat hora: quā tibi ad agendā penitētiam, ad obtinēdā veniā, ad acquirendā gratiā, ad promerendā gloriā, miseratio cōditoris indulsit. Item timenda sunt ista venialia: ne inter multa venialia icidat aliquod mortale. Eccli.xix. Qui spernit modica: paulatim decidet. Greg. Vitasti grādia: vide ne obruaris arena. Idē. Si ista minima negligimus: insensibiliter seducti audacter maiora ꝑpetram᷒. legit᷑.ij. Regū xviij.ꝙ Absalon ꝓpter crines inhesit quercui.et Samson abscissis crinibus debilis fact᷒ est. Judicū.xvi. Itē venialia obnubilāt charitatem: licet nō extinguāt: sicut puluis oculū. Itē q: Aug. dicit ꝙ nullū peccatū est adeo veniale: qđ nō fiat criminale dū placet.ver. hinc Augu. et vide ibi in glos.i.cuius.xxv.di.§.criminis.sub.c.vnū orarū. Adde hic qđ legit᷑ ⁊ no.de peni.dist.iij.de quotidianis.glo.i. Itē Augu. Necea dimitti nobis volumus que in baptismo dimissa nō dubitamus: sꝫ illa que humane fragilitati q̄uis parua tn̄ crebra subrepūt: que si collecta ꝯtra nos fuerint: ita nos grauabūt et opprimēt: sicut aliquod vnum grāde peccatū. Quid etenim ad naufragiū interest vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur et obruatur: an paulatim subrepens aqua in sentinam per negligētium culpam derelicta atqꝫ contempta impleat nauem: atqꝫ submergat? de peni.dist.i.tres autem actiones. ¶ C

Loquacitas nimia.

E multiloquio etiā cauendū est religiosis.q: hoiem reddit otiosum multiloquiū: et breuis loquiū amabilē. Vnde quidā phs interrogatus quō quis hoibus placere posset: inq̄t. Si gesseris optima: et locut᷒ fueris pauca. Eccli xix. Qui odit loquacitatē: extinguit malitiā. Eccli.xx. Qui multis vtit᷑ verbis: odit aiam suā. Prouerb.x. In multiloquio pctm̄ nō deerit. qui aūt moderat᷑ labia sua: prudētissimus est. Eccl's.v. Pauci sint sermones tui. Eccl's.vi. Omnis labor hominis in ore eius. Etiam multiloquiū bonoꝝ cauendum est.xliij.distinc.sit rector.ad finem.v.q.vi.§.sed aliud.ibi. Qui custodit os suum: custodit animam suam. qui autem inconsiderate loquitur: sentit mala. Turpiloquium etiam eis est maxime cauendum. ad Ephes.v.ibi. Aut turpiloquium.i.ad Cor.xv. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ideo Cato. Virtutē primā esse puta cōpescere linguā. Bern̄. Mors et vita in manibus lingue.ideo ori ponenda est custodia: vt nec vitalem edificationem clausura damnet: nec letalis pernicies liberū sortiatur egressum. Hiero. Prius sermo veniat ad limā q̄ ad linguam. Eccli.iiij. Noli citatus esse in lingua tua. Secundum Climacum, multiloquium est vane glorie cathedra:

per quã seipsam manifestare ac pompatice propalare na-
turã habet. Multiloquiũ est insipientie argumentũ: detra
ctionis porta: manuductor: scurrilitatis: mẽdacij minister:
cõpũctiõis resolutio: et cõditor vanitatis: intellect⁹ disper
sio: acidie vocator: pcursor somni: dissipatio oris custodie:
exterminatio caloris: ⁊ feruoris frigefactio: orationis ob-
scuratio. Silentiũ in sciẽtia est mater orationis: a captiui-
tate reuocatio: ignis custodia: actus cogitationũ: intẽtio
pugnator. vbi glos. sup Clima. q: nõ solũ ab impugnatio-
nibus custodit silẽtiũ: sed nec eis appropinquare sinit. lu-
ctus colligatio: amicitia lachrymarum: memorie mortis ope
rator: pene eterne pictor: iudicij eterni diligẽs inquisitor:
mestitie minister: confidẽtie proprie inimicitia: tranquilli
tatis cõiugalis cõuictus: amoris docẽdi repugnator: sciẽ-
tie additamẽtũ: dei verborum cõditor: nõ apparẽs pfectus:
latẽs ascensus. Cognoscẽs delicta tenuit linguã. qui vero
multiloquus est: nõ cognoscit se. Silentij amicus appro-
pinquat deo: ⁊ latẽter colloquẽs a deo illuminat. Jesu si-
lẽtiũ. Jo. xviij. Mar. xiiij. in sle. Pilatũ. vñ dicitur in ps.
xxxi. Dixi custodiã vias meas: vt nõ delinquam in lingua
mea. Ex vno hom est non valere cõtinere: aut ex vana glo
ria, aut ex gula: vt in diuite epulone q̃ in lingua cruciaba-
tur. Luc. xvi. Hoc silentiũ apud religiosos male seruat: q:
oratione carent: et in cella nõ sunt: ⁊ pcessiones querũt: et
steriles ⁊ frigidas habẽt animas: et gustu diuino carẽt: q:
mundũ nedũ gustant: sed bibũt. de peni. dist. ij. §. qd vero.
Reprobi et xenodoxi. i. vanigloriosi sunt: et quietẽ cordis
non habent. Abbas Agathon per tres annos misit lapi-
dem in ore silentium affectans. Respondit senex. Silen-
tium est seruãdum vsq quo quis interrogetur. Si tacitur
nus fueris: requiem possidebis. Dixit Euagrius. Non anti
cipes loqui: nisi fueris requisit⁹. Arsenius dixit. Sepe me
locutum fuisse penituit: at vero tacuisse nunq̃. Dixit An-
tonius discipulo. Si affectaueris silentium: ne arbitreris
te exercere virtutem: sed indignum te loqui profitere. Di-
xit Sysoy. Quomodo possum⁹ saluare animas nostras:
quum lingua nostra aperto ostio sepe prosiliat? Dixit se-
nex de quibusdam fratribus multum loquentibus etiam
de deo, q boni erant: sed atrium illorum non habebat ostiũ:
sed qui volebant intrabant stabulum: et soluebant asinũ.
hoc autem dicebat quia quicquid illis euenisset: loquebã
tur. Abbas Pemen. Qui in corde loquitur: non seruat si-
lentium: etiã ore clauso. Qui cum iuuamine de mane vsq
ad vesperam loquitur: seruat silentium. Augu. Ve tacen-
tibus de te domine: quoniam sunt loquentes muti. Dictũ
fuit Arsenio a christo. Fuge: tace: quiesce. He sunt radices
non peccandi. Esa. xxx. In silentio et spe erit fortitudo no
stra. Abbas pastor. Omnis labor quicunq euenit tibi: ex
taciturnitate superabitur. Sapiens. Nemo stultus tacere
potest. Thren. iij. Sedebit solitarius: et tacebit. Seneca.
Primum argumentum composite mentis existimo: posse
secum consistere: et secum morari. Dicit Grego. q beatus
Benedictus recedens ab illis. vij. q. i. §. hoc autem. malis
monachis habitauit secum. ij. libro dialogorum. Bernar.
Cum quo est deus: nunq̃ est minus solus, q̃ quum ipse est
solus. Quod ideo dicit: quia tunc habet suam consolatio
nem: et liberius habet suum verum cõsolatorem. s. deum.
Grego. Non sufficit homo proficere ad vtraq diuisus: q:
si exterius auditũ aperit: interius sordescit. Jaco. iij. Lin-
guam autẽ nullus domare potest. ibi vide de lingua. Eccli
xiiij. Beatus vir qui non est lapsus verbo et ore suo. Vbi
non est clausura oris: non est claustrum: sed vrbs patens
absq murorum ambitu. Prouer. xxv. in fi. Sicut vrbs pa-
tens et absq murorum ambitu: ita vir qui nõ potest cohibe-
re in loquẽdo spiritũ suum. Religio vbi nõ seruatur silen
tium. dicit illud Job. xxx. Quasi rupto muro et aperta ia-
nua irruerũt super me. De indicto silẽtio regulari. xvi. q. i.
si cupis. ⁊. c. placuit. ij. ex de sta. mo. cũ ad monasteriũ. §. in
oratorio. ex de cele. mis. dolentes.

Articulus. lxxxij.

De extractato dei

gratia statu aplico martyrũ et confessorum
anachoritarũ ⁊ omniũ aliorum religiosorũ
copiose: et quomodo status isti lugubri-
ter sunt plangendi: q: in sancta dei eccle-
sia quodammodo ceciderũt a perfectione ⁊ puritate sua.
Nũc in fine operis ⁊ pro cõplemẽto eius de statu virginũ
qui est perfectus in dei ecclesia status, breuius est tractan
dũ. et sicut in superioribus hoc seruaui: alloquor sanctam
matrẽ nostrã ecclesiã dicẽs. Dic mihi virgo casta mater ec-
clesia, vni viro christo legitime copulata. ij. ad Corinth. xi.
xxvij. q. i. nuptiarũ. An status virginalis adhuc in te vera-
citer pseueret? et vere dices, Virgines bone (nostra trãsla
tio habet pulchre) Amos. viij. deficient. dicit ppheta. sub-
audi nũc. xxxij. q. v. si paulus. ¶ A Sed primo sciẽdum
est q virginitas quadrupliciter sumit. Primo p fidei in-
tegritate. vñ sup predic. locũ Apli. ij. ad Cor. xi. Despondi
vos ⁊c. glos. Aug. Virginitas fides est incorrupta. ⁊ sic ac
cipitur preall. c. nuptiarũ. Scdo p integritate carnis. vn-
de glos. sup pre. locũ. Virginitas carnis corp⁹ est intactũ.
vñ Augu. cõtra Julianũ. Pudicitia est res mẽtis: virgini
tas corpis. Ad hoc. xxxij. q. v. de pudicitia. Tertio p pudi
citia mẽtis cũ itegritate carnis quãtũ ad ppositũ seruãdi
eã: sic virginitas mãsisset in Lucia etiã si inuita fuisset op-
pressa. xxxij. q. v. §. i. ⁊. c. reuera. et. c. ita ne. ibi. Apprehensa
carne sua exerceat libido nõ sua. ⁊. c. pposito. ⁊. c. sicut ne-
mo. Quarto p pudicitia mẽtis cũ integritate carnis: nõ
solũ in proposito seruãdi, sed etiam in actu. et de tali dicit
Apls. i. ad Cor. vij. Mulier innupta et virgo cogitat que
dñi sunt vt sit sancta corpore ⁊ spũ. Virginitas sic sumpta
excellẽter accipit. Et habẽtibus virginitatẽ talẽ conuenit
annulus aureus in ecclesia militãti: in signũ q sunt spõse
christi singulares: ⁊ in ecclesia triũphãti merito eis redde
tur aureola. de his habet. xxxij. q. v. ille. Et est sciẽdũ q hec
virt⁹ pudicitia q̃ est virt⁹ animi. vt pal. c. pudicitia. ⁊. c. ita.
quũ virtus sit animi: nũq̃ põt amitti aĩo incorrupto: quia
animo nõ infert vis. vt preal. c. ita ne. ⁊. xv. q. i. merito. Hec
aũt virt⁹ pudicitia que est in aĩo, eadẽ est in virginibus et
in cõiugatis ⁊ in viduis. Sed in virginib⁹ appellat virgi-
nitas. In cõiugatis pudicitia. xxvij. q. i. nuptiarũ. xxviij.
q. i. sic eñ. vltra prin. ibi. Nec vera eius pudicitia cum cõiu
ge ⁊c. et. §. ex his. ver. Itẽ quũ dicit. In cõtinẽtib⁹ castitas.
de hoc no. xxxij. q. v. in summa. Est autẽ sm Augu. in lib. de
nuptijs et concupiscẽtijs, virginitas in carne corruptibili
perpetua incorruptionis meditatio. i. propositũ seruandi
perpetuã integritatẽ. vt fuit excellẽtissime in matre dei di-
cente Luce. i. Quoniã virũ nõ cognosco. i. nõ cogniturum
me proposui. xxvij. q. ij. §. i. ibi. Quo fiet istud ⁊c. Carnẽ ve
ro corruptibilẽ intellige carnẽ possibilẽ corrũpi ⁊ nõ corrũ
pi. vt fuit caro Adam in statu innocentie. de conse. dist. iiij.
placuit. Itẽ Ambro. in lib. v. de virginitate. Quid est casti
tas virginalis: nisi expers contagionis integritas? ¶ Et
notandũ q carnis corruptio per oppressionem nõ priuat
ab aureola sm Altiss. odorẽsem ⁊ Cãcellariũ Parisiẽsem
et Richardũ. et cõiter hoc tenent theologi per verbũ Lu
cie, Si inuitã me feceris violari: castitas mihi duplicabit
ad coronã. xxxij. q. v. Sed talis nõ habebit insignia q̃ dan
tur specialib⁹ virginib⁹ in ecclesia militãti: vt annulus au
reus ⁊ similia. Sed Ray. ⁊ cõiter oẽs canoniste ⁊ Hug. cũ
quibus sentio: tenent q siue ante baptismum siue post ba
ptismum aliqua fuerit oppressa: nec inter virgines poterit
consecrari: nec habebit aureolã: nec insignia in ecclesia mi
litanti. habebit tñ maiorẽ gloriã si mente corrupta nõ fue-
rit: sed non talem. vt. xxvi. distinc. acutius. no. xxxij. q. v. §. i.
in glos. ar. violenter corruptam. et. c. reuera. et. c. ille. et per
Hug. eadẽ. q. c. proposito. c. finge. et. c. ille. et opti. facit. xv.
q. i. si quis non iratus. Nec refert sm Hugonem, vtrum
in huiusmodi corruptione sit facta seminum commistio
necne: quia siue fuerit adulta, siue impubes adeo q non

Virginitas qdrifariã põt intelligi.

Inuiolẽta virginis oppssio corrupta priuat aureola.

possit sentire pruritū nec semen emittere:nec est virgo nec inter virgines cōputabitur taliter corrupta. ¶ Quid de illa que vadit ad corruptorē vt corrūpatur: nec tū sequitur corruptio? Quid etiam de cōiugata que cōsensit in carnalem copulā que secuta non est:nūquid fraudabitur aureola? Respōdeo in primo casu fm Hug. ꝙ si peniteat de corruptione mentis: nō priuabitur aureola.quia fm Cancel. Parisiēsem virginitas per penitētiā reparatur in illa que sola mente corrupta est. In scdo casu dic ꝙ si hmōi coniugata ante mortē peniteat de illo cōsensu: nō fraudabitur aureola.alr̄ illā nō habebit:si decesserit cū proposito vtendi carnali copula si cōualescat. Sʒ huic dicto repugnat factū virginis gloriose:que consensit in carnalē copulā quū desponsaretur Joseph. fm Aug. xxvij.q.ij.§.j.vbi ħr̄ Maria fm qḋ ibi dicitur ꝙ consensit in carnalem copulā nō illam appetendo/sed diuine inspirationi in vtroqꝫ obediēdo soluit dubiū. Tenet etiā Hug.in palle.c.ille.ꝙ illa que ex furore libidinis ꝓuocat in se seminis effusionē:vel digito/vel alio modo cōtra naturā rumpens sigillū virginitatis sue: vel etiā supponēdo se pecori/vel ferro/vel palo se corrūpit:potest inter virgines cōsecrari:et habebit aureolam si peniteat. Et ꝙ non amittitur virginitas nisi per mēbrū naturale. Que opinio nullo modo placet. et penitus est obscura:q: talis corrupta est qualitercūqꝫ sit mēte et corpore.et pro hoc facit.xxxij.q.iiij.meretrices. ꝛ.c.sequē.ꝛ xxxij.q.vij.nō solum.xxviij.q.j.idololatria. quia pari ratione masculi et femine sodomite possent virgines iudicari. quod nō est verum. Et ideo teneo ꝙ huiusmodi mulieres sic corrupte nō sunt inter virgines cōsecrāde:nec habebūt aureolam:quātūcūqꝫ peniteāt.quia vt dictū est.s̄.eo. ver. est autem. fm Aug. virginitas est in carne corruptibili ꝛc. Si quis vero vel aliqua in somnis patiť pollutionē.vj.di. testamentū.aut dū ludit cū viro:aut turpitudinē aliquam cogitat:aut dū a viro osculatur:aut tāgiť a viro: vel cū vehemēti carnis tentatione sese cōprimit vel cōstringit: ꝛ sic polluitur:nō inde data ad hoc opera: nec ex ꝓposito hoc fiat:per penitentiā poterit reparari: et ad virginitatem et ad aureolā:ꝛ inter virgines cōsecrari: ꝙuis post hmōi nō volūtariam pollutionē placuerit ei fecisse pollute de quo peniteat. Integritas vero carnis in ea que carnis opꝰ appetit:nō est digna aureola si nō peniteť:alr̄ secꝰ. vt.s̄.ver. in.ij.casu. Hiero. Nihil prodest habere carnē virginem: si mēte quis nupserit. Virginitas thesaurus abscōditus est in agro. Mat.xiij. Huiꝰ thesauri preciositas est/vt non solū preciū glorie eterne que est cōmunis oībus sanctis habeat:sed etiā glorie specialis. et nō solū aurea/sed corona aureola debeať. Exo.xxv. preceptū fuit vt fieret mēsa et super mēsam corona aurea: ꝛ super aureā aureola. Hūc thesaurū incorruptionis debemus emere vēdita cōcupiscentia carnali:et ꝓbscōdere:ne sumꝰ virgines fatue absqꝫ oleo letitie interioris. Mat.xxv.q: fm Grego. depredari desiderat qui thesaurū publice in via portat. Hūc thesaurum habemus in vasis fictilibus.ij.ad Cor.iiij. Impreciabilis est iste thesaurus. Eccli.xxvj. Nō est digna aīe cōtinentis pōderatio:nō dicit corporis/sed aīe:q: ibi est virtus. vt.s̄. in.c.de pudicitia.ꝛ.c.ita ne. Lilio etiā virgines propter puritatē cōparātur. Cañ.ij. Sicut liliū inter spinas:sic amica mea inter filias. Folia istius lilij sunt illa que istā virginitatē cōseruāt. Sobrietas cibi ꝛ potus. Loth inebriatꝰ ꝑpetrauit icestū. Geñ.xix.xv.q.j. inebriauerūt. Luxuriosa res vinū. Prouer.xx.xxxv.dis. luxuriosa.et.c.sexto. Hiero. Virgo vinū fugiat ꝑ veneno. Itē labor:et occupatio maxime circa scripturā diuinam.de cōse.di.v.nūqꝫ. Ezechieľ.xvj. ex de renū.nisi.§.verū. Habitus asper nō ornatꝰ. Nume.xxv. Filij israel fornicati sunt cū mulieribus Moab que se ornauerunt.j.ad Timo.ij. Nō in tortis crinibus ornantes se aut auro. Custodia sensuū ꝛ cohibitio ad vagandū. Geñ. xxxiiij. de Dina vagāte corrupta.de peni.dist.v.c.j.ad finē. Mat.xxv. Quinqꝫ aūt ex eis erāt fatue.glos. Aug. Vel ꝑ quinqꝫ virgines significať quinqꝫpartita cōtinētia a carnis illecebris. Cōtinēdus est em̄ animi appetitus a voluptate oculorꝫ/auriū/olfaciēdi/gustādi/et tāgēdi. Casta locutio. Seneca. A verbis turpibus abstineto:q: licētia eorꝫ impudicitiā nutrit.j.ad Cor.xv. Corrūpunt bonos mores colloquia praua. Hiero. Sit sermo virginis prudens:modestus:rarus:nec tam eloquētia preciosus ꝙ pudore. Solitudo. Solent em̄ animalia syluestria pulchriorē habere pellem ꝙ domestica. Quia Thamar sola fuit ingressa ad germanū:corrupta fuit ab eo.ij. Regū.xiij. facit ex de presump.literis. Hiero. Solēt virgines q̄ vere sunt virgines semper pauide ꝛ nūqꝫ secure esse: ꝛ vt caueāt timēda/etiā secura pertimescere. de occasionibus immunditie vide.s̄.§. de immūditia.in ar.lxxiij.et sequen. Virgo felix sterilis est incoinquinata que nescit torum. Sap.iij. Candida est virginitas christo cādido coiūcta. Cañ.v. Dilectus meus candidus ꝛc. Berñ. Candor lucis eterne est christus.ꝛ candidā oportet aiam esse vbi ipse sedere elegit. Isidorus. Candor quippe munditia est vite.xxx.q.v.femine.de conse.dis. iiij. post baptismum. et.c.accepisti. Grego. Candida vita est carnis de incorruptione virginitas. Et quid cādidius castitate? Threñ.iiij. Candidiores nazarei eius niue.ꝑ cōtinentiam mentis. Nitidiores lacte. exposita sunt latius hec verba.s̄.in Threnorꝫ.§.c.bis exposito.et in.§.arti.istius ij.per continentiam corporis. Propter hunc duplum libani candorem bene dicitur Cañ.iiij. Veni de libano sponsa mea:veni de libano. Libanus candidatio interpretatur. Cādor iste est angelicus. Unde et angeli sepe in albis apparuerunt. Matthei.xxviij. Marc.xvj. Vestimenta eius sicut nix. Non dicit sicut lac sed sicut nix:quia non carnis/sed tantum spiritus candorem habent angeli. Unde quātum ad hoc gloriosior est cando: virginalis in homine ꝙ in angelo. In homine enim duplex:in angelo simplex. in homine per pugnam:in angelo per naturam. Hiero. In carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti ꝙ habere.quum homo viribus obtinere nititur quod habet angelus ex natura. Esse angelū felicitas est.esse vero virginem virtutis. De hoc etiam scripsi in hac.ij. parte istius operis super Threno. super predictis verbis. Candidiores nazarei ꝛc. Virginitas gratiosum facit hominibus et deo. Eccli.xxvj. Gratia super gratiam:mulier sancta et pudorata. Que virginitas in iuuenibus magnis est preconijs extollenda:quia magis tentātur.vnde dicit Bernar. ꝙ est martyriū castitas in iuuentute.vt in sancto Joseph. Geneť.xxxix. Isidorus. Quidam in iuuentute luxuriose viuentes:in senectute continentes fieri delectantur:ꝛ tūc eligunt castitati seruire: quando eos libido seruos habere contempsit. Sed et vtinam hodie senes maxime presbyteri continerent: et qui in iuuentute continuerunt in senecta feroribus luxurie non se macularent. ex de presumptio.cum in iuuētute. Nec essent sicut illi presbyteri impudici de quibus Danieľ.xiij. quia difficile continentiam seruat: qui se illicito concubitu maculare non metuit. xxxiiij. distin.§.quod ergo. Sap.vj. Incorruptio facit proximum deo.sicut Joannem apostolum. Beda super Lucā. Sicut christus in summa pace est natus:vt se pacē diligere ostenderet:ita de virgine natus est: vt se virgineum decus mōstraret diligere. Fructus cētesimus eis debetur. Math. xiij. Agnum sequuntur quocumqꝫ ierit. Apocalip. xiiij. Et cantant canticum nouum:quod est cantus specialis amoris.ad literā dulcius solent cantare virgines. Gregorius. In patria singulariter agno canticum decantare/est cum eo in perpetuum pre ceteris fidelibus de carnis incorruptione gaudere.

Virginitatē ꝯseruantia.

¶ B

Ed aūt sunt virginibꝰ ꝑcipue metuenda. Primū est supbia. Aug. in lib. de virgini. Nō solū ꝑdicāda est virginitas vt ameť:verū etiā monēda est ne infleť. Idē. Metuo tibi vehemēter ne quū te agnū q̄cūqꝫ ierit secuturam glorieris:cū plumēdo supbe ꝑ grām seq̄ nō possis. Idē. Bonū virginitatꝫ ꝙ magnū video:tm̄ ei ne pareat furē supbie

Que virginibꝰ potissimuz cauēda.

timesco. Idē. Facilius sequūtur agnū: et si nō quocūq; ie-
rit: certe quocūq; poterūt cōiugati humiles: q̄ supbientes
virgines. Bern. Sine humilitate audeo dicere nec Ma-
rie virginitas deo placuisset. Augu. Nō dubito pferre mu-
lierē supbe virgini. ℂ Scōm est fatuitas. i. charitatis de-
fectus. Mat. xxv. Fatue virgines nō sumpserūt oleū secū.
Bern. in epistolis. Castitas sine charitate lampas est sine
oleo. Subtrahe oleū: lāpas nō lucet. tolle charitatē: casti-
tas nō placet. Itē sup illud Mat. xxv. Nō sumpserūt oleū
secū. Chrys. in homil. Oleū hic vocat charitatē ⁊ eleemo-
synam: et quodcūq; circa indigentes auxiliū. lāpades au-
tem virginitatis charisma. ppter qd et stultas eas vocat:
qm maiorē sustinētes laborē propter minorē oia perdide-
runt. maiori em labore vincitur carnis cupido: q̄ pecunia-
rum. Augu. in verbis dni. Si quis igit habet animā virgi-
nalē: ⁊ amator est pudicitie: nō debet mediocriter esse cō-
tētus hijs que cito exarescūt: sed perfectas virtutes sequa-
tur: vt lumen habeat sempiternū. Chrys. in homil. Vides
igitur quanta nobis sit a pauperibus negotiatio. Paupe-
res autē nō sunt ibi: ideoq; hic oleū cōgregare oportet: vt
illic vtile sit quū christus nos vocet. Hiero. Vendit in hoc
mūdo oleum: ⁊ multo emitur precio: ac difficili labore cō-
quirit. qd nō solū in eleemosynis: sed in cūctis virtutibus
et cōsilijs intelligimus magistrorum. Vanitas etiā vel fatui-
tas in virginibus est vana gloria ⁊ laudes quas petūt q:
virgines sunt. Vn̄ ⁊ tales virgines oleū spūale intra con-
scientias suas corā deo nō habent: q: ab hoibus sicut fatue
laudes querūt. ppter qd apud deū meritū virginitatis p-
dūt. Aug. de verbis dni sup pre. loco. Mat. xxv. Non sum-
pserunt oleū. Oleū adulatio est. de quo ps. cxl. Oleū aūt
peccatoris nō impinguet caput meū. Vēdūt em oleū oēs
adulatores: qui siue falsa siue ignorata laudando aias in
errorē mittūt. l. di. si quis diaconus. ibi. in si. Periculosas
adulationes. Qui beatificāt: ipsi seducunt. Esa. ix. Et eis
vana gaudia tāq; fatuis cōciliādo aliquā de his mercedē
tēporalē accipiūt. Dicitur ergo: Ite ad vendētes: ⁊ emite
vobis. i. videamus nūc quid vos adiuuent: qui vobis lau-
des vēdere cōsueuerunt. ℂ Tepiditas: q̄ solet accidere in
virginibus: q: cōsiderāt se parū peccasse. cōtra quod dicit
Aug. in lib. de virginibus. Multo ardētius debes dilige-
re illū qui flagitiosis a se cōmissis quecūq; dimisit. de pe.
dis. i. multiplex. in se cadere nō pmisit. ℂ Macula peccati
cuiuscūq; alterius q̄ carnalis. Macula turpior est in ve-
ste alba. Virginitas est vestis alba. vn̄ bysso cōparat Pro-
uerb. vlti. Byssus ⁊ purpura indumētū ei⁹. Virgines que
habēt integritatē carnis cū corruptiōe mētis: similes sunt
sepulcris dealbatis. Mat. xxiij. Hiero. Nihil pdest virgi-
nitas corporis: vbi operat corruptio mentis. ad hoc. xxxij.
q. v. si paulus. c. tolerabili⁹. c. magis timeam⁹. ℂ Negligē-
tia cōfessiōis. vn̄ ⁊ etiā virginitas decore induit. in ps. ciij.
Cōfessionē ⁊ decorem induisti ⁊c. Et iterū. Cōfessio ⁊ pul-
chritudo in cōspectu eius. Cañ. ij. Ostēde mihi faciē tuā. i.
cōscientiā. ℂ Diuisio cordis. Augu. loquēs virginib⁹. To-
to vobis figatur in corde q̄ p vobis fixus est in cruce. Du-
plici corde cui ve. Eccli. ij. est que deo et hoibus vult place-
re. Bern. in epistolis. Volens placere hoib⁹ deo displicet.
Si hoibus placerē: christi seru⁹ nō essem. Gala. i. Non pla-
ces si nō placas: nō placas si places. Gregor. Nemo pōt in
vna eadēq; re oipotēti deo atq; ei⁹ hostib⁹ gratus eē. nā
dei amicū se denegat: q̄ eius placet inimicis. Signū q̄ vir-
go vult placere hoibus: est ornatus et appositus. de cōse.
dis. v. fucare. fucus exterior. ps. xliiij. Ois gloria filie regis
abintus. Hiero. Decor q̄ in veste requirit induit: et cū ve-
ste deponit. vestis pculdubio est non vestiri. ad hoc. xxx. q.
iij. c. i. de cōse. dis. v. fucare. ℂ Imperseuerātia. ne deficiat.
Bern. Stude perseuerātie: que sola coronat. Idē. Scias
diabolū soli semp perseuerantie insidiari: quā solā virtutē
nouit coronari. de pe. di. ij. §. ex premissis. ver. itē illud euā-
gelij. Aug. Qui facere potentis ne virginitatis bonū a vo-
bis pereat: facere nō poteritis vt redeat. ad hoc. xxxij. q. v.
si paulus. de peni. dis. iij. in cassum. vij. q. i. suggestū. In. c. si
paulus: dicit q̄ virginē post ruinā deus suscitare nō pōt.
sed quō hoc intelligat vide ibi in glos. ℂ C Honoratur
aūt virginitas a deo: ab angelis: ab hominib⁹: a diabolo.
A deo. Hiere. iij. Dux virginitatis mee tu es. Est ergo chri-
stus dux virginitatis. est ⁊ spōsus. Ipse est em summ⁹ pō-
tifex de quo Leuit. xxi. Virginē ducet vxorē. virginē vtiq;
ecclesiā. ij. Cor. xi. xxvij. q. i. nuptiarū. Despōdi vos ⁊c. ⁊ vir-
ginē aiam. pal. c. si paulus. Itē christus nō solū est virgini-
tatis spōsus: sed filius. Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet. Luc. i.
Augu. Unius sancte virginis partus oim sanctarū virgi-
nū est decus: ⁊ ipse cū Maria matres christi sunt: si patris
ei⁹ faciūt voluntatē. Mat. vij. Honorat ab angelis. Luc. i.
Missus est angelus gabriel ⁊c. Iste angelus honorauit
virginē in excellētissima legatione et in reuerētissima salu-
tatione. Itē angelus nō pmisit se a Ioāne virgine adora-
ri. Apoc. xix. ⁊ vlti. Vide ne feceris. Honorāt angeli virgi-
nes: q: et ipse terrestres angeli sunt ⁊ hoies celestes. Ber-
nar. Quid castitate decorius: que mūdū de immūdo cōce-
ptū semine: de hoste domesticū: de hoie angelū facit. Ho-
norauerunt angeli Hagnen in veste. Ceciliam in corona.
Agathā in tabula marmorea. Catharinā in sepulcro. Sz
inimici sunt impudicorum. Dan. xiij. Ecce em angelus dni ac-
cepta sententia ab eo scindet te mediū. De sodomitis sub-
uersis ab angelis ⁊ occecatis. Gen. xix. ij. q. i. deus. xliij. dis.
qd ait. Honorat ab hoib⁹. Judicū. xxi. Virgines reserua-
te. Nume. xxxi. Puellas ⁊ oēs feminas virgines reseruate.
Alij oēs iubētur interfici. Merito salus dat virginib⁹: q:
p virginē salus. Ansel. Nō est salus: nisi quā tu virgo pepe-
risti. Virgines em saluant nō carne tātū: sed mēte simul.
Isidorus. Virgo carne nō mēte nullū premiū h; in gene-
ratiōe. in pal. c. si paulus. De quarto q̄ honorat a demoni-
bus virginitas. Tob. vi. ⁊ vij. demō noie Asmodeus virgi-
nitatē Sare a. vij. corruptorib⁹ liberauit. Narrat in vitis
patrū q̄ cuidā vidue castitatis amatrici demō fuit specia-
liter assignat⁹ vt eā deijceret a pposito castitatis. Quūq;
per multa tēpora eā molestasset valide: nūq̄ tn̄ ei⁹ animū
potuit flectere ad cōsensum. Tādē demonū cōcilio conuo-
cato princeps eorum interrogabat a quolibet q̄d egisset: ⁊ il-
le apud eū beatior: qui et nequior: at vbi ad istū ventū est:
cōfusione dignus habet q̄ a femina superat⁹ est. vn̄ et sibi
iniūctū est vt imperio dn̄e obediret q̄diu in carne viueret.
Dū autē dn̄a: vt moris habebat: exclusis puellis se in ora-
tione pstrasset: et vellet sibi calciamēta detrahere: adfuit
in specie decori iuuenis ille demō. quo viso domina excla-
mauit. accurrēs familia nihil inuenit. Tertio similiter ve-
niens allocutus est dominam ne timeret: sibiq; seriem rei
explicans obedientiā repromisit. Addens q̄ de illo pecca-
to eam nō amplius molestaret. Quūq; domina familiam
induisset: demon cōquestus est q̄ sibi non fuissent vestimē-
ta collata: allegans se plus alijs seruiuisse: domina indu-
menta concessit. ille suscipiens se in conclaui clausit. domi-
celle respicientes per rimas portarum viderūt demonem
pannos suentem. et ille indignatus misit vestimenta in
ignem: sed ad mādatum domine extraxit. cui ob meritum
castitatis semper seruiuit diabolus. Ergo velit nolit: ho-
norat virgines: sicut victus victrices: ⁊ tanq̄ angelorum
sorores quos ipsi timent. Bernar. Fulgida virginitas est
gemma virtutum: germana angelorum: lampas ecclesia-
rum: lux animarū. ipsa calcat libidinem. vincit diabolum.
contēnit seculū. deprimit omne periculū. Sicut diabolus
honorat castos et virgines: sic potestatē h; singularē sup
immūdos: qui sunt de sua familia: q: ipse spūs immūdus
est. Luce. xi. Tob. vi. Qui coniugia ita suscipiunt vt deum
a se et a sua mente excludant: et sue libidini vacent: sicut
equus et mulus quibus non est intellectus: habet super
eos demon potestatem. ℂ D Quatuor etiā sunt in qui-
bus virginitas honoratur in celo. In intrandi securitate.
Mat. xxv. Que parate erāt intrauerūt ⁊c. Angelica socie-
tate. Judicū. xxi. Inuēte sunt de Jabis galaad. cccc. virgi-

Honor virginibus exhibitus.

nes que nescierūt viri torū et adduxerunt eas ad castra in silo. Castra sunt angeli. Genes.xxxij. Castra dei sunt hec. Sylo iterpretatur auulsio/restitutio. ꝛ certe amissio facta per angelos cadentes/specialē habebit restitutionē ꝑ virgines stantes. de conse. dist.j. hi duo. Christi cōformitate. Apoc.xiiij. Hi sequuntur agnum quocūqꝫ ierit. Virgines sequūtur agnū:q: ei per incorruptionē specialissime cōformātur. preall.c.Sap.vj. Incorruptio facit esse proximum deo. Gaudij singularitate. Apoc.xiiij. Nemo poterit dicere cāticum nisi illa.cxliiij. milia. Hoc est singulare prorsus gaudiū canticis exultationis ꝛ laudis de incorruptione ꝛ virginitate procedēs. Castitas et virginitas tranquillam facit vitam. j.Timo.ij.ibi.Tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. q.d. Nō sufficit virginitas absqꝫ alijs bonis operibus. Grego.in homil. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec bonū est aliquod opus sine castitate. vnde Luc.xij. Sint lumbi vestri precīncti: ꝛ lucerne ardētes in manibus vestris. Grego. Nulla sunt bona cetera: si occulti iudicis oculis castitatis testimonio nō approbātur. Magna pulchritudo et vera glīa castitas ꝛ virginitas. Judith.xvj. Erat enim virtuti castitas adiuncta ꝛc. vsqꝫ/Erat aūt festis diebus ꝓcedēs cū magna gloria. Isido. Castitas est pulchritudo inuiolata sanctarum. Res est angelica. Chryso. Castitas res est angelica ꝑ quā solū singulariter hoīes angelis assimilātur. Bern. Differūt inter se homo pudicus ꝛ angelus. sed felicitate: nō merito. sed etsi castitas illius felicior: huius inde cognoscitur esse fortior. Bern. Sola castitas mores istius beate vendicat regionis in qua neqꝫ nubēt neqꝫ nubentur. Mat.xxij. prebēs quodāmodo terris experientiā cōuersationis celestis. Ministrū dei facit. ps.c. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. ij.ad Cor.vj. In oībus exhibeamus nos sicut dei ministros ꝛc. Et infra. In castitate. Cor confortat. Judith.xv. Confortatū est cor tuū eo ꝙ castitatem amaueris. xxxiij.q.v. tūc saluabitur. vbi ponitur triplex castigatio. Isti sunt eunuchi qui se castrauerūt sancti ꝑpter regnū celorū. Mat.xix. Chryso. Illa est gloriosa cōtinētia: nō quam trāsgredi nō pōt necessitas debilitatis corporis vel nature: sꝫ quā cōplectit voluntas sancti propositi.

¶ Articulus.lxxiiij.

Queritur aūt secūdum sanctū Tho. in.ij.ij.q.clij. circa virginitatē quinqꝫ. Primo in quo consistit virginitas. Secundo vtrum sit licita. Tertio vtrū sit virtus. Quarto de excellētia eius respectu matrimonij. Quinto de excellentia eius respectu aliarum virtutum.

¶ A

In q̄ virginitatē cōsistere sit dicendum.

Ad primū videt ꝙ nō cōsistit in carnis integritate ꝑpter desi nitionē Augu. s. positā in.§. pri.ver. Est aūt ꝙ virginitas est in carne corruptibili ꝛc. Item q: sm cū est pudicitia que est in animo. vt.s.dixi.§. pri.ver.et est sciēdū. Preterea carnis integritas videt consistere in signaculo virginalis pudoris. Sed qñqꝫ absqꝫ virginitatis preiudicio frāgit illud signaculū. dicit em̄ Augu. Est aūt vberior felicior qꝫ fecūditas nō ventre grauescere: sed mēte grādescere. Illa filios doloris: ista filios parturit gaudij ꝛ exultationis. Itē Augu. Ipsa cōtinētia nequaꝙ sterilis est: sed fecunda mater filiorū gaudiorū. Illa filijs replet terrā: ista celū. ad hec.xxxij.q.j.nuptie.xxxiij.q.v.tūc saluabitur. Illa est multe solicitudinis: ista quietis. Gilibert. Virginitas est curarū silētiū: pax carnis: redēptio viciorū: principatus virtutū. Illa est bonū: ista melius. Hiero. ad Pāmachiū. et.s.dixi.§.pri.ver.sed cōtra est. Tātū est inter nuptias et virginitatē: quātū inter nō peccare ꝛ bn̄facere. Immo (vt leuius dicā) quātū inter bonū ꝛ melius. illa comparat spinis: ista rosis. Hiero. ad Eustochiū. Laudo nuptias: sꝫ q: mihi virgines generāt: lego de spinis rosam: de terra aurū: de conchis margaritā. Itē q: christus nō de corrupta nascit/sꝫ de virgine: est ratio sm Aug. de sancta virginitate sup illud Luc.j. Ad virginē. Illū em̄ decēter solū virginitas parere potuit: q̄ in sua natiuitate parē habere non potuit. Oportebat em̄ caput nostrū ꝑpter insigne miraculū sm corpus nasci de virgine: qꝺ figuraret mēbra sua de virgine. xxvij.q.j.nuptiarū. ecclesia sm spiritū nascitura. Itē Chrys. sup eodē.c.ibi. Qm̄ virū nō cognosco. Quinimmo eo ipso cōtinget ꝙ es cōiugis inexperta. nā si virū experta fuisses: nō digna cēsereris hoc ministerio: nō q: ꝓfanū sit cōiugiū: sꝫ q: virginitas potior. Decebat em̄ cōem oīm dominū ꝛ in natiuitate nobiscū participare: ꝛ ab ea discrepare. Qr em̄ ex vtero nasceretur/habuit cōe nobiscū: ꝙ autē absqꝫ ꝯcubitu nascerēt/plus a nobis obtinuit. Penetrās magnus Climacus ꝓfunditatē vere virginitatis ꝛ castitatis ait. Castitas vel virginitas est nature i corpore appropriatio iesu christi: dn̄s amabilis scutū cordis superterrestre: supnaturalis ꝛ supgloriosa abnegatio nature: ꝛ vere corporalis ꝛ mortalis ꝛ corruptibilis supmirabilis ad incorporeos coaptatio. Castus est q̄ amore ꝛ cōcupiscentia sancta amorē ꝛ cōcupiscētiā ꝛ ignē igne immateriali repercutiēs extinguit. Iste est canon.i.regula. dist.iij.canon. castissime castitatis: eque similiter sup aiatis et inanimatis rationabilibus atqꝫ irrationalibus corporib' affici. Principiū quidē castitatis/nō cōsentiēs cogitatio ꝛ preter idolū.i.imaginationē turpē et turpibus resperisio. Medium castitatis/naturales motus sup multitudinē alimētorū/et solū sine idolis existētes: ꝛ a colluuionis resperisione liberi. Finis vero/mortificatio corporis premortuis cogitationibus. Si istud est vere castitatis ꝛ virginitatis argumentū/immobilē esse in phantasmatibus somniorū: ista penit' terminatio luxurie fluxū sustinere in cogitationib' vigilātem. In introducēdis.i.nouitijs corporis lapsus vt pluris mū ex delicijs habēt fieri. In medijs vo ex alta sapiēdi elatione. In ijs vero q̄ ꝑfectioni appropinquāt ex eo tātūmodo qꝺ ꝓximū iudicēt. Castitas est dei ꝓprietas ꝛ similitudo sm ꝙ homini possibile est. Mater vero castitatis q̄es solitaria cū obediētia. Est in somnijs fluxus ex multitudine escarū ꝛ quietis. Alter est ex sup̄bia: qñ in diuturna nr̄a insluxibilitate inflamur: et rursum ex eo qꝺ ꝓximū iudicemus. Alter ex demonum inuidia: vt ex hoc ꝙ altissimam possideat humilitatem.

¶ B

Castimonie gradus.

Secundū Cheremonē in collatione de castitate in lib. coll. Jo.cassi. Sex sunt castimonie et vere virginitatis ꝛ ꝑfecte gradus: quibus ad inuiolabilē cōscēditur puritatē. Primus est ne vigilās impugnatione carnis monachus elidat. Scḋs ne mēs illi' voluptarijs cogitatiōib' immoret. Terti' ne femineo vel tenuiter ad ꝯcupiscētiā moueatur aspectu. Quart' ne vigilās vel simplicē carnis ꝑferat motū. Quint' ne animi quū memoria gn̄atiōis humane vel tractat' rō vel necessitas lectiōis igesserit: subtilissim' mētē voluptarie actiōis ꝑstringat assensus. Sext' ne illecebrosis phātasmatibus feminarū vel cuiuscūqꝫ vel dormiēs illudat. Idē. Hec est vere ꝯsummatio castitatis: que nō ipugnās carnalis ꝯcupiscētie mot', sꝫ toto horrore detestās/iugē atqꝫ imobilē sui retinet puritatē: nec pōt quid aliud eē ꝙ̄ scitas. Hoc aūt fiet qñ iā desinēs. Gal.v. caro aduersus spm̄ cōcupiscere: desiderijs ei' virtutiqꝫ cōsenserit: ceperintqꝫ sibi pace firmissima federari: et iocūdissime habitauerint fratres.i. corp' ꝛ aia i vnū. Idē ibidē. Hec est ꝯsummatio castitat: vt vigilātē monachū oblectatio libidinis nulla ꝑstringat: vt q̄escētē nō fallat illusio: sꝫ quū dormiētē tm̄ sopite mētis icuria cōmotio carnis oppresserit: quēadmodū sine vlla titillatiōe voluptatis excitata est: ita etiā sine vllo pruritu corpis cōquiescat. ¶ C Singulare est priuilegiū virginitatis. Primo q: replet paradisum. vt.xxxij. q.j.nuptie. Scḋo q: sola est q̄ cū fiducia pōt deo aias p̄ntare. in autent. de lenoni.§.scimus. colla.iij. Tertio quia est principium aliarum virtutum. in autent. quomodo oporepisco. et reli. cleri. ad ordina. dedu.§. neqꝫ autem sacras.

Virginitatis priuilegia.

Quarto sola virgo consecratur.xxvi.dis.acutius. Quinto aureolā habēt virgines sicut martyres ⁊ predicatores. vt s. dixi.xxxii.q.v.si paulus.de hoc legit̄ ⁊ no.ex̄ de pba.causa matrimonij. Pauci hoc priuilegiū habent.l.dist.q: tus. ¶ D Hic quero nūquid cū corrupta pōt dispēsari vt cōsecretur? sed nō determinat per quē. Et credūt quidā ꝙ in hoc casu per epm possit dispensari. quū nō sit ei prohibitū sm id qd no.l.dist.in summa.et facit ꝑ hoc.xxvij.q.j. virginem que. Potest inquā si occultū est aliquā esse corruptā: et subest causa rationabilis dispēsandi: vtputa vitatio scādali: vel alia causa: maxime vbi sine viri admistione ꝑ abusionē aliquā facta est corruptio: q: dubiū potest esse de iure vtrū ista corruptio abusiua faciat irregularitatē in muliere. per ea que. s. de hac materia notaui in.§. pertractato. ver.et notandū.cū ver.seq.in ar.lxxxij. Cum notorie corrupti nō credūt isti simplicē epm posse dispēsare.et hoc propter scandalū. ⁊ q: non legitur in hoc casu fuisse aliquādo dispēsatū.sm Archidia. dnm meū qui ita no.xxvi.dist.acutius.in glos.numquid. In quo.c.glos.ordi.no.ꝙ ideo epus nō virgo cōsecratur: q: significat ecclesiā militantē in qua sunt boni ⁊ mali.de cōse.dis.iiij.est vnitas. Sacra virgo signat ecclesiam triūphantem: vbi nō est macula nec ruga. Ephes.v.xix.di.quia. ¶ E Si vir votū virginitatis habens adiūgatur vxori: nō dimittat vxorē: sed tribus annis peniteat.xxvij.dist.si vir. Dicūt quidā ꝑ hoc.c.ꝙ postq̄ cōtrahit: absolutus est a voto: sed faciet penitentiā de voto violato: ⁊ pōt nedū reddere debitū: sed exigere. Sed hoc non credo ꝙ absoluat a voto: nec ꝙ possit petere debitū: q: quantū ad se adhuc votū tenet: vt nō exigat.op.arg.ex̄ de iureiurā.quāto.vbi dicit̄ ꝙ iuramentū obseruari debet quatenus pōt: sed ius matrimonij nō cōpellit debitū exigere: q: hoc libertatis est: sed compellit eum reddere. Unde dicēdū est ꝙ pōt sine peccato soluere: q: ad hoc est obligatus: sed nō pōt sine pctō petere: q: faceret contra ꝓmissum: et sic cōtra cōscientiā: et edificaret ad gehennā. ex̄ de sen.excō.inquisitioni.cū simi. Et istius sententie fuerūt Innoc.et Bern.⁊ Jo.ex̄ de cōuer.cōiu.quidā.⁊.c.accedēs.in glos.ij.que fuit glos. Jo. de hoc etiā no.xxvij.q.ij. agatbosa. Itē vouentibus virginitatē nō solū nubere/sed velle nubere est damnabile.xxvij.dis.vouētibus. Virgines post consecrationē nubētes adultere sunt ⁊ inceste ⁊ sacrilege. xxvij.dist.c.vlti.xxvij.q.j.virginibus. Profes a virginitatē iudicans nuptias anathema sit.xxx.dist.si quis ꝓpter.⁊.c. si quis vel.et.xxxi.dist.quicūq. ¶ F Quid si aliquis fornicariā deflorauit: cū qua postmodū contraxit: nūquid poterit postmodū promoueri? Tenet Jo.t.⁊ Ber. Bar.brix. in sua questione dñicali que incipit/aliquis cognouit virginē. Et Ray.⁊ Jo.an.in.c.clerici qui.de vi.⁊ hone.de.lib.vi.ꝙ talis poterit ꝓmoueri post mortē istius. vt no.xxx.q.v.qualis.de cleri.cōiu.sane.de biga.debitum. in vlti.glos. Ego aūt post Hugo.et Ostiē.⁊ Jo.de finito et Archidia. teneo cōtra.ꝙ talis tāq̄ bigamus nō valeat promoueri.⁊ hoc per illa.c.expressa.xxviij.di.q: sunt.ibi. Nec eā virginē peruenisse ad eū.xxxij.dist.nemo.ibi. Unicā ⁊ virginē vxorē habuerit.vbi de hoc.⁊.xxxiij.dist.maritū.ibi. Nec eū qui dē qui vnā cōcubinā ⁊c.vbi de hoc.⁊.xxxiij.di. curādū.ibi. Qui vxorē virginem non duxerit.⁊.c.seq. precipimus.ibi. Qui virginē nō est sortitus vxorem.⁊.lxxvij.dist.quicūq. ibi. Una tantū et ea quā virginē cōmuni per sacerdotē benedictione percepit vxore contētus.⁊.xxx.q.v.qualis.ibi. Virgo casta ⁊ despōsata in virginitate.⁊ pall.c.clerici.ibi. qui cū viduis ⁊ virginibus cōtraxerūt.vbi tacite iure nouo videt̄ hec opinio approbari. Ratio est ꝓpter prerogatiuā matrimonij: q: maritus est talis corrupte: ⁊ nō agit̄ hic de peccato: sed de sacramēti sanctitate.xxvi.dis.acutius. Alia ratio valida sm Archidia.est q: carnis cōmistio significat conformitatē diuine ⁊ humane nature: que contracta fuit in vtero virginali: factā per mysteriū incarnationis. ex̄ de biga.debitū. Quū ergo hoc factū fuerit in vtero virginali: vt actus consummatus id significet: oportet ꝙ consummatio sit facta in vtero virginali: qd esse nō potest si antea eam corrupisset. et ad hoc etiā facit.xxxij.dist. seriatim. ibi. Uxorem ducere virginē ⁊c. In hac sententia etiam residet Hos.in preall.c.sane. Et ratio est sm eū q: incipit esse maritus corrupte.vt in iuribus predictis.de hoc no. Archidia. in pall.c.nemo.⁊.c.qualis.⁊.c.clerici qui.li.vi. ¶ G Itē hic quero an abbatissa debeat esse virgo? Et casus expressus est ꝙ sic.xx.q.j.iuuēculas.⁊ no.xxxi.q.j.quod.in glos.non ideo.et ꝑ hoc facit.j.q.vij.si quis oēm.ibi. Nouimus peccatricem prius Mariā. post conuersionē q̄uis sancta et casta: tā inter diaconissas cōputata non est. facit.xxvij.dist.c. vlti. Sed cōtra videtur q: corrupta potest esse diaconissa. xxviij.q.j.si quis rapuerit.in fi.facit.lxxviij.dist.nemo presbyter. Dico ꝙ de bono et equo est et honesto/ꝙ abbatissa sit virgo: q: virginibus habet preesse: ⁊ ad virginitatē hortari: qd corrupte sic nō cōpetit.arg.op.xxv.di.c.vlti.⁊.xxvi. dist.c.vlti.lxi. dist.c.ij.in fi. Uidua tā hodie de facto abbatissa sit ⁊ fieri pōt.arg.ex̄ de eta.et quali.tuam. Et tunc sm Hugo.cōsecranda non est.xxvi.dist.acutius. Et in hac sententia videtur esse Archidia.in preall.c. iuuēculas. Dicunt̄ aūt virgines a virore. vel dicta est virgo a viridiori etate. vel ab incorruptione quasi virago.ꝙ adhuc ignorat femineā passionē.sm Papi. Et dicitur virago a viro/quasi vir sit ⁊ virū agit. sm Hugui.in deriuationibus.argu.ad hoc xxxij.q.vij.§.sed illud.ver. hic si quis. Cū virgine cōmitti̇t stuprū proprie etiam volūtate vtriusq.xxxvij.q.j.§.cū ergo.ver.stuprum. ex̄ de adulte.c.ij.et ibi no.in.j. de ciuitate dei.ꝙ mēbra illa possunt diuersis casibus vulnerata vim perpeti: et medici aliquando saluti opitulantes hec ibi faciunt que horret aspectus. Obstetrix virginis cuiusdā integritatem manu velut explorās dum inspicit: perdit. Nō opinor quēq̄ tam stulte sapere: vt huic perisse aliquid etiā stimet: etiam de ipsius corporis sanctitate: q̄uis membri illius integritatem iam perdidit. Ita ergo virginitas nō consistit in carnis incorruptione. Preterea corruptio carnis maxime in seminis resolutione consistit: que potest fieri sine concubitu: siue in dormiendo.vi.dist.testamentum. siue in vigilando.sed sine concubitu nō videtur perdi virginitas. Dicit enim Augu.in lib. de virginitate/ꝙ virginalis integritas et per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio est. Sed contra est qd Augu.in eodem lib.dicit/ꝙ virginitas est continentia in qua integritas carnis ipsi creatori anime ⁊ carnis vouetur/cōsecratur/seruatur. Dicendum ꝙ pudicitia virginalis sicut et quelibet virtus est quidem essentialiter in anima naturaliter: et subsequenter in carne.vnde Augu.dicit in libro de virginitate/ꝙ virginitas in carne seruetur: ac per hoc corporalis: sed tamen spiritualis est quam vouet ⁊ seruat continentia pietatis. Ad hanc solutionem faciunt.xxxij. q.v. ita ne.c. de pudicitia. et.c. ille. Delectatio autem que est ex seminis resolutiōe dupliciter potest cōtingere. Uno modo vt procedat ex mentis proposito: siue fiat per concubitum/siue sine cōcubitu. Matthei.v.ad hoc facit.xxxij. q.v. sicut peccatum. et.c.qui viderit. xxvij. q.i. nec aliqua. Alio modo potest prouenire preter propositum mentis: vel in dormiendo/vel per violentiam illatam cui mens non consentit: q̄uis carne delectationem experiatur: vel etiam ex infirmitate/vt patet in ijs qui fluxum sanguinis vel seminis patiuntur. Et sic nō perditur virginitas: quia talis pollutio non accidit ex proposito quod virginitas excludit. Ad hoc faciunt omnia capitula.xxxij.q.v.a principio vsq ad.§. sequen. q̄uis. ¶ Ad secundum videtur ꝙ virginitas sit illicita. quia contra preceptum dei Genes.i. Crescite et multiplicamini ⁊c. Item sm maximum Ualerium sm leges antiquorum puniebantur qui celibem vitam ducebant. Et Augustinus ait de Platone ꝙ in vera religione sacrificabat vt perpetua eius continentia tamq̄ peccatum abhorreretur. Sed dicendum ꝙ virginitas est licita et perfecta: quia nullum peccatum cadit sub consilio. dicitur enim.j. ad Corinthios. vij.cap. De virginibus

An corrupta possit cōsecrari.

An abbatissam oporteat esse virginē.

An ꝓmoueri possit qui cū fornicaria ꝯxit.

autem preceptum domini non habeo: consilium autẽ do. xxviij.q.j.sic enim. Hoc autem consilium est vt liberius diuine cõtemplationi vacetur.j.ad Corinth.vij. Mulier innupta ꝛ virgo cogitat que domini sunt: vt sit sancta in corpore et spiritu. Preceptum aũt illud Geñ. Crescite ꝛ multiplicamini.respicit totam multitudinem hominũ. Cui necessarium est non solum ꝙ multiplicetur corporaliter: sed spiritualiter.quia ẜm Ambro. Nuptie replent terram. Uirginitas paradisum.xxxij.q.j.nuptie. facit.xxxiij.q.v.tũc saluabitur. ℂ Ad tertium dicendum ꝙ non videtur ꝙ virginitas sit virtus: quia omnis virtus per penitentiam reparatur.arg.l.dist.ferrum.sed virginitas non reparatur per penitentiã.xxxij.q.v.si paulus. Preterea nulla virtus perditur sine peccato: sed virginitas perditur sine peccato: q: per matrimonium.ergo ꝛc. Sed cõtra est quod dicit Ambro.in lib.de virginitate. Inuitat virginitatis amor vt aliquid de virginitate dicamus: ne veluti transitu quodam perstricta videatur: que principalis est virtus. Dicendum ẜm Tho. ꝙ virginitas est quedã specialis virtus: habens se ad castitatem sicut magnificẽtia ad liberalitatẽ. Et hoc facit propositum sanctum ab omni actu venereo abstinendi.Augu.in lib.de virginitate. Nec nos in virginibus predicamus ꝙ virgines sunt: sed ꝙ deo dicata pia continentia virgines sunt. Et virtus sit virginitas clarũ est in preall.c.de pudicitia.et.c.ita ne.xxxij.q.v. Ad illud quod dicitur ꝙ non reparatur per penitentiam: dicendum est. Per penitentiam reparatur quãtum ad illud quod est formale in virtute: non autem quantum ad id quod est materiale in ipsa. Circa materiam autẽ virginitatis est aliquid qđ miraculose poterit diuinitus reparari: sc; integritas membri.quam dicimus accidẽtaliter se habere ad virginitatẽ. Aliud autem est quod nec miraculo reparari potest: vt.s. qui expertus est voluptatem veneream fiat nõ expertus. Non enim deus potest facere vt ea que sunt facta non sint facta.ẜm Tho.vide quod legitur ꝛ no.xxxij.q.v.si paulus. ibi. Quum omnia possit deus: suscitare virginem non potest post ruinam.et in glos.ideo dicit. ℂ Ad illud quod dicitur ꝙ perditur sine peccato. Ad hoc dicendum ꝙ quum sit virtus: nũꝙ perditur sine peccato: quia castitas est suo modo cũ propria vxore.xxxi.dist.in cena. facit.xxxij.q.ij.§.j. ver.beata. ℂ Ad quartũ videtur ꝙ virginitas non sit excellentior matrimonio.dicit enim Augu.in lib.de bono cõiugali. Non impar meritum continentie est in Joãne qui nullas expertus est nuptias: ꝛ in Abraam qui filios generauit.facit.xxxij.q.iiij.quis ignoret.de peni.dist.ij.si enim. ver.memento. Item coniugium ordinatur ad bonũ commune: sed virginitas ad bonum priuatum: sed commune preferendum est.vij.q.j.scias.cum concor. Augu.in lib. de bono cõiugali. Quod est cibus ad salutẽ hominis.hoc est concubitus ad salutem humani generis. virginitas ordinatur ad bonum speciale: vt vitent tribulationẽ quam sustinent coniugati.j.ad Corinth.vij. Sed cõtra est quod dicit Augu.in lib.de virginitate. Certa ratione ꝛ sanctarum scripturarum authoritate nec peccatũ esse nuptias inuenimus: nec eas bono vel virginalis continẽtie vel etiam vidualis equamus. Hiero.ad Pammachium. Tantum interest inter nuptias et virginitatem: quantũ inter nõ peccare et benefacere: immo (vt leuius dicamus) quantũ inter bonũ ꝛ melius.illa cõparatur spinis: ista rosis. ℂ Respondendũ est ꝙ sicut patet in lib. Hiero. contra Jouinianum: hic error fuit Jouiniani: qui posuit virginitatem nõ esse matrimonio preferendã.qui error ponitur.xxiij.q.iij. quidam.ver. Jouinianiste. Qui quidem precipue destruitur exemplo christi: qui matrem virginẽ elegit: et ipsa virginitatem seruauit. Et ex doctrina apostoli qui.j.ad Cor. vij.virginitatẽ cõsuluit tãꝙ melius bonum. Et ratione. q: bonũ diuinũ est potius bono humano. Tum q: bonũ anime prefertur bono corporis.xij.q.j.scimus.xxviij.di. sedulo. Tum q: bonũ cõtẽplatiue vite prefertur bono actiue. ff de regu.licet. Uirginitas aũt ordinatur ad bonum anime ẜm vitam contemplatiuã: que est cogitare ea que sunt dei.coniugium autẽ ordinatur ad bonum corporis: qđ est multiplicatio generis humani: et pertinet ad vitã actiuã: quia mulier et vir in matrimonio viuẽtes necesse habent cogitare que sunt mũdi.vt patet per Apostolũ.j. ad Cor. vij. vnde indubitanter virginitas preferenda est continẽtie coniugali. Ad illud de coniugio Abraam dicendum ꝙ meritum non solũ pensatur ex genere actus: sed magis ex animo operanti. Habuit autẽ Abraam animum sic dispositum vt paratus esset virginitatẽ seruare: si tẽpori fuisset congruum.quia ẜm Augu.in lib.de bono cõiugali. Abraã in habitu habuit cõtinentiã quã in opere Joãnes habuit. Ad aliud dicendum ꝙ bonum commune potius sit bono priuato: si sit eiusdem generis: sed potest esse ꝙ bonũ priuatum sit melius ẜm genus suũ. Et hoc modo virginitas deo dicata prefertur fecũditati carnali.vnde Augu.in lib. de virginitate dicit ꝙ fecunditas carnis etiam illarũ que in hoc tẽpore nihil aliud in cõiugio ꝙ prolẽ requirũt quã mancipẽt christo: ꝓ amissa virginitate cõpẽsari non posse credenda est. ℂ Ad quintũ videtur ꝙ virginitas sit maxima virtutũ. vnde Cyprianus dicit ꝙ est illustrior portio gregis christi. Itẽ maxima est virtus cui maximũ debetur premiũ: sed fructus cẽtesimus debetur virginitati. Mat. xiij.in glos. Preterea tãto virtus maior est: quanto per eã aliquis amplius christo cõformaẜ: sed maxime aliqs christo per virginitatẽ conformaẜ. Apoc.xiiij.vbi de virginibus ꝙ sequũtur agnũ: et cantãt canticũ nouũ ꝛc. Sed Aug.cõtra in lib.de virginitate videẜ dicere. Nemo quantũ puto ausus fuit virginitatẽ preferre monasterio. Et in eodẽ lib. dicit. Preclarissimũ testimoniũ ꝓhibet ecclesiastica authoritas in qua fidelibus nomẽ sit quo loco martyres et quo defuncte sanctimoniales ad altaris sacramenta recitenẜ. Per qđ daẜ intelligi ꝙ martyriũ virginitati preferẜ: ꝛ similiter monasterij status. ℂ Rñdeo ꝙ aliqđ põt dici excellẽtissimũ dupliciter. Uno modo in aliquo gñe.et sic virginitas est excellẽtissima.s.in genere castitatis.trãscẽdit enĩ castitatẽ vidualẽ ꝛ coniugalẽ. Et q: castitati attribuiẜ decor: ideo virginitati ꝑ cõsequens attribuiẜ maxima pulchritudo ꝛ excellẽtissima. Unde Amb.dicit in lib.de virginitate. Pulchritudinẽ qs põt maiorẽ existimare decore virginis que amaẜ a rege: ꝓbaẜ a iudice: cõsecraẜ deo: semꝑ spõsa: semꝑ innupta: ꝛ sic loquũtur prima ar. Alio modo põt dici aliqđ excellẽtissimũ simpliciter.ꝛ sic virginitas nõ est excellẽtissima virtutũ. Semꝑ enĩ finis excellit id qđ est ad finẽ: ꝛ quãto aliqđ efficacius ordinaẜ ad finẽ: tãto melius est. Finis aũt ex quo virginitas laudabilis reddiẜ: est vacare rebus diuinis.vt dicit Apls.ꝛ dictũ est.s. Uñ ipe virtutes theologice ꝛ etiam virtus religionis quarũ actus est ipsa occupatio circa res diuinas: preferunẜ virginitati. Similiter ꝛ vehemẽtius operanẜ ad hoc ꝙ inhereãt deo martyres: qui ad hoc postponũt propriã vitã: et viuentes in monasterijs: qui ad hoc postponunt propriã voluntatẽ ꝛ oĩa que põt habere: ꝙ virgines: que ad hoc postponunt venereas voluptates: ꝛ ideo simpliciter virginitas nõ est maxima virtutũ. Illud de Cypriano verũ est ꝑ cõparationẽ ad viduas ꝛ cõiugatas. ℂ Ad aliud dicẽdũ ꝙ cẽtesimus fructus attribuiẜ virginitati. ẜm Hiero. ꝓpter excellẽtiã quã hꝫ ad viduitatẽ cui debetur.lx.ꝛ ad matrimoniũ cui debetur.xxx. Sed sicut Augu.dicit in lib.de questionibus euangelij. Cẽtesimus fructus est martyrum.sexagesimus virginũ.trigesimus cõiugatorum. ℂ Ad aliud dicẽdũ est ꝙ virgines sequũtur agnũ quocũꝙ ierit: q: imitãtur christũ nõ solũ in integritate mẽtis: s; etiã in integritate carnis.vt dicit Aug.in li.de virgini.ꝛ ideo in pluribus sequunẜ agnũ.nõ tñ oportet ꝙ magis de propinquo: q: alie virtutes faciũt ꝓpinquius inherere deo ꝑ imitationẽ mẽtis. Canticũ aũt nouũ qđ sole virgines cãtãt: est gaudiũ qđ habẽt de integritate carnis seruata.ẜm Grego.et.s.dixi. Et super illud Apoc.xiiij. Cãtabãt cãticũ nouũ.dicit glos.interlinearia. de integritate aie ꝛ corporis exultant.

ℂ De Excellentia

Anvirginitas dicẽda sit virtus.

An virginitas matrimonio sit preferenda.

Utrũ virginitas sit virtutũ excellẽtissima.

Virginalis excellentie testimonia.

Excellentia autem virginum et dignitas sic sumpta sicut dictũ est/quadrupliciter manifestat. Primo q: ipse sunt singulares sponse eterni regis sicut dicebat beata Magne virgo. vnde Ambro.ã.§. primo ꝟ. Respondeo. Pulchritudinẽ quis põt ⁊c. Secũdo quia cõparãtur angelis. vt dictũ est.ã.sepe. Ambro. Virginitas cõditionem humane nature supergredit. per quã hoies angelis associant. maior est tamen victoria virginũ ꝙ angelorum. angeli eñ sine carne viuunt: virgines vero in carne triumphant. Tertio q: illustriores sunt fidelib⁹ vniuersis. Cyprian⁹. Virginitas est flos ecclesiastici germinis: dec⁹ atq₃ ornamentũ gratie spũalis: lete indoles laudis/ ⁊ honoris: opus integrum atq₃ incorruptum dei: imago rursus dei: sanctimonia dei: illustrior portio gregis christi. Quarto q: preferũtur cõiugatis vt dictũ est. Hec autem excellentia quam habet virginitas respectu copule coniugalis: ptz ex multiplici cõparatione ad ipsam. Illa eñ impinguat ventrem: ista mentẽ. Augu. Generosi⁹ elegit in carne vitã iam imitari angelorũ: ꝙ ex carne numerũ augere mortalium. ¶ I Siquis seduxerit virginẽ: cõcubueritq₃ cũ ea: dotabit eã habebitq₃ vxorem. Si vero pater dare noluerit: reddet pecuniam iuxta modũ dotis quã virgines accipere consueuerũt. Exo.xxij. et de adul. c.j.⁊.ij.xxxvj.q.ij.tria. Qui per vim deflorat ꝟginẽ: capite punitur. insti.de publi.iudi.§.si autẽ. Si autẽ attentat sacratam virginẽ etiã ad matrimoniũ: similiter capite punitur. de peni.dist.j.in.l.canonizata.siqs non dicã.⁊.xxxvj. q.ij.siquis.ij. Canones execrantur.xxxvj. q. ij. raptores. c. siquis virginẽ. De triplici genere eunuchorũ. Mat.xix.et xxxiij.q.v.tunc saluabit. als est sub.c.q̇ finit. ¶ K Quomodo autem status virginalis purissimus in ecclia sancta quodãmodo cecidit a sua puritate clarum est: quia sacrate virgines in monasterijs aut corporaliter per pessimas familiaritates ⁊ carnales seculariũ clericorũ et maxime religiosorum quorũdam deuotiones/aut per corruptos sensus ⁊ mentẽ libidinosam spũaliter corruerunt. Alique etiam earũ primã fidem irritam facientes. xxvij. q.j.c.j.⁊.ij. se incestis ⁊ adulterinis et sacrilegis nuptijs tradiderũt: aliq̃ties in semetipsis indicẽdã turpitudinẽ scelestissimis ⁊ execrabilib⁹ modis et actibus operantes Alie etiã virgines in seculo se voto christo in virginitate seruire vouentes/et alie virgines maritande male a parẽtibus custodite modis similibus corruerunt: ⁊ in virginitate desponsate non fuerunt. sed florem virginitatis impudici alij rapuerunt. vt prophetie antique de ruina virginum isto tempore sint complete. Thrẽ.j. Virgines ei⁹ squallide. ibi exposui. in ista. ij. parte in arti. iiij. in litera deleth. Et ibi. Virgines abierunt in captiuitatem. ibi exposui in litera Sade. in.iiij.ar. Et Threno.ij. Destruxit in furore suo munitiones virginis iuda. ibi exposui in litera beth. in.v.ar. Et ibi. Abiecerunt in terra capita sua virgines hierusalem. ibi exposui in litera Ioth. in ar.⁊ ibi. Cui exequabo te: ⁊ consolabor te virgo filia sion? et.j. Quis medicabitur tui? ibi exposui. ⁊ ibi. Virgines mee ceciderunt in gladio. ibi exposui. Humiliate sunt virgines per corruptionẽ. Thrẽ.v.ibi. Mulieres in sion humiliauerunt: ⁊ virgines in ciuitatibus Iuda. ibi exposui in oratione Hiere. Recordare. i. viij.ar. ¶ L Vere hodie virgines ad incremẽtũ nõ sunt perducte. Esa.xxiij. circa pri. ⁊ ibi. Non adijcies vltra vt glorieris calumniã sustinens virgo filia sidonis. Oblita est hodie virgo ornamenti sui scilicet pudicitie. Hiere.ij. Hodie multe ꝟgines filie Babylonis. i. confusiõis/qb⁹ dicit Esa.xlvij. Descende: sede in puluere virgo filia Babylonis. non est soliũ ⁊c. que verba ponuntur ⁊ exponũtur. xxxij.q.v.si paulus. Hiero. Perijt ergo ⁊ mente virginitas. Iste virgines sunt male virgines carne ⁊ non spiritu. virgines stulte q̃ oleũ nõ habẽtes excluduntur a spõso. Si autẽ ⁊ ille q̃ virgines sunt ob alias tamen culpas virginitate corporũ nõ saluantur: q̇d

Virginalis puritas pluriũ labefacta est.

fiet illis que prostituerũt membra christi: et mutauerunt templũ sancti spiritus in lupanar? xxxij.q.v.si paulus. Itẽ de istis malis virginibus Cyprianus. Si incorrupta inuẽta fuerit virgo ea parte qua mulier potest esse: poterit tamen ex alia parte corporis peccasse que corrumpi potest: ⁊ tamen inspici non potest. certe ipse concubitus. ipse cõplexus. ipsa cõfabulatio ⁊ osculatio ⁊ coniacentium duorum turpis et feda dormitio quantum dedecoris ⁊ criminis confitetur? Si superueniens maritus sponsam suã iacentem cum altero videat: nõne indignatur ⁊ fremit: ⁊ per zeli dolorem portat gladium in manu sua? ⁊ christus dominus ⁊ iudex noster quum virginem suam dicatã sibi ⁊ sanctitati sue destinatam iacere cum altero cernit: quãtum indignatur ei et irascitur. xxvij.q.j.nec aliqua. Qui autem cum muliere sanctificata mechatus fuerit: deponẽdus est si est clericus. si laicus: excõmunicandus. xxvij.q.j. siquis episcopus. Innocen. Si apostolus.j.ad Timo.v. illas que a proposito viduitatis discederent/dixit eas habere damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt quanto magis virgines que pactionis sue fidem minime seruarunt. xxvij.q.j.he vero. De his etiam malis virginibus deo sanctificatis ⁊ de pena earũ quũ corruũt ⁊ earũ corruptorib⁹. xxvij.q.j.ipudicas. cũ.ij.c.seq.c. siquis sacro c.siqua virgo.c.diaconissam.c.quotquot.c. virgines. c. siquis rapuerit. De ꝓhibita familiaritate ⁊ periculosa monacharum. xiij.q.ij.diffinimus.c.in decima actiõe. Et clericorũ.lxxxj.dist. ad reatũ episcopi.

¶ Articulus.lxxxiiij.

Expedito longe late: ex tractatu fundamẽti omniũ statuum in ecclesia sancta dei ⁊ eorũ quantum ad vitam ⁊ puritatem in hac lachrymabili tempore infelici vniuersali ruina: q: scribitur.ij. Paralipo.vij. ꝙ quum templum cõplesset Salomon fundens preces: descendit ignis de celo: ⁊ deuorauit holocausta ⁊ victimas. Ideo in fine istius operis qđ christus Salomon pacificus rex. ex in prohem. decre. rex pacificus. gratia sua incepit: ⁊ perfecte cõpleuit: matrẽ meam vniuersalem ecclesiam gemitibus ⁊ suspirijs genuflexus humiliter interpello: ꝙ preces magis mentales ꝙ vocales. de con. di.v. mediocriter. fundat ad sponsum suum. Eph.v. xxvij.q.j.nuptiarum. christum. ꝙ sicut in ecclesia primitiua misit ignem. i. spiritum sanctum super eam cũ septem suis donis. Act.ij. de conse. di.iiij. proprie. xxiij.q.iiij. ea vindicta. vt eam sibi sacrosanctum tabernaculũ consecraret: eam mundans illuminãs fortificans ⁊ in sua gratia igniens et confirmans: sic missertus eius quasi vidue bonis filijs. Luc.vij. de peni.dist.j. importuna. in tanta eius vite ruina mittat iterum spiritussancti gratiam cum suis donis super eam ad eam mũdandam ⁊ sibi sponsam legitimã consecrandam non habentem maculam neq₃ rugam. ad Ephe.v. xxxij.q. iiij. recurrat. ¶ A Et ideo in calce istius operis de vij. donis spiritussancti de quibus Esa.xj. in prin. de quib⁹ multi alij tractauerũt: sed de allegationibus iuris se non intromiserunt: cum iuriũ fundamento breuiter adnotabo. vt per eius gratiam in sancto suo statu antiquo et debito reformetur: ⁊ placeat sponso sacrificium sponse: sicut a diebus antiquis. Malach.iij. Ldi. purgabit. qđ tempus ante aduentum bestie. Apoca.xj.⁊.xiij. antichristi proculdubio est venturum. Et sicut sponsus eius christus de spiritusancto conceptus. Luc.j. ad mensuram spm̃sanctum non recepit. Ioan.iij. sed super eum plenitudo descendit ⁊ mansit Ioan.j. et requieuit cum donis suis. vt pre.c. Esa.xj. sic et ipsa sancta ecclesia sponsa sua sm suam mensuram recipiat dona eius: ⁊ renouetur per eum. vt dicatur ps.xlv. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. ¶ Effectus autem spiritussancti rectissime dona vocãtur ⁊ septiformis gratia spiritussancti. Quum enim spiritussanctus bonus donatas. Sapiẽ.x. sit/ se ⁊ sua liberalissime cõmunicans: ideo

Spiritussancti dona.

sanctum donum ab eo est. Iaco.i.i.q.ii.ꝙ pia. Aug. Magna est dei misericordia. donum dat equale sibi. nam spiritussanctus donum est in quo dantur liberalissime cetera dona. ideo spiritussancti rectissime dona vocantur. Noie enim doni gratitudo vel liberalitas insinuatur. Donũ em̃ iuxta verbum sapiẽtis est datio irreddibilis: que fit sine spe retributionis. Seneca in li. de beneficiis. Nõ est beneficium quod in questum mittitur. Idem. Si deum imitaris: da beneficia gratis. ad hec ex de dona. c. i. Et differentia est inter donũ: quod est genus: ⁊ munus: quod est species. ff. de verbo. sig. inter donũ. nota. de simo. ⁊ si questiones. in glos. Aliud vocat etiam septiformis gratia: Gratia autem dicitur ꝙ gratis. ad Tit. i. Ro. xi. datur. i. q. i. gratia. Hec septem dona dicuntur septem stelle: in dextera christi. Apoca. i. ⁊ dicuntur stelle: quia noctem presentis ignorantie illuminant. ⁊ in dextera christi: quia per eum omnia dona collata sunt. Io. xvi. Quum venerit paradetus ⁊c. Ephe. iiii. Dedit dona hominibus. Septẽ lucerne. Exo. xxvi. Facies septem lucernas: ⁊ pones eas super candelabrũ. glos. septẽ lucerne sunt septẽ dona spiritussancti: q̃ in christo semper manserunt: ⁊ fidelib⁹ ſm voluntatem eius distributa sunt. Septem lampades. Apoca. iiii. Zacharie. iii. Septem crines Samsonis. Iudi. xvi. Hec septẽ dona opponuntur septẽ malis huius mundi: q̃ sunt stultitia/hebetudo/precipitatio/inanis timor/ignorãtia/duritia/superbia. Contra malum superbie timor qui humiliat. Contra duritiam pietas. Contra timorem inanẽ fortitudo. Contra stultitiam scientia. Contra hebetudinem intellectus. Contra precipitationem consilium. Contra ignorantiam sapientia. Iste sunt septem columne q̃ sustẽtant domũ sanctam ecclesie. Prouer. ix. Sapiẽtia scilicet christus edificauit sibi domũ. scilicet ecclesiam. quum dixit. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meã. Mat. xvi. xix. di. ita. Excidit in ea columnas septẽ dona spiritussancti/expellentes septẽ spiritus imũdos. Luc. xi. ⁊ Mat. xii. Superbiam expellit timor: q: cor humiliat. Pietas inuidiã: q: bona cõmunicat. Scientia iram: quia animã illuminat. Fortitudo acidiam: q: torporem expellit. Consiliũ auaritiam: q: dat pauperibus superflua. Intellectus gulam: quia eam temperat. Sapiẽtia luxuriam: quia gustato spiritu caro desipit. Et nota ꝙ a dono timoris sapientia inchoatur. Ecclesiastici. i. ⁊ dono sapientie perficitur. donis vero mediis proficiendo ad consummationem sapientie appropinquatur. Et nota ꝙ donũ sapientie ⁊ donum intellectus pertinent ad contemplatiuã. Dono em̃ intellectus cõtemplamur deum in creaturis. dono sapiẽtie in se. Alia. v. dona pertinent ad actiuã. ¶ B Primo igitur a timore domini incipiendum est. q: initium sapiẽtie timor domini. Eccl'i. i. Et ps̃. cx. Initiũ sapientie timor domini. Scd̃m Aug. super Ioã. x. de mercenario. Timor est fuga mali ne pdat que diligit. Fuga timoris fuga est caute declinationis. Timor em̃ dum timet timetur. Philosophus. Qui timet deum: omnia timent eum. qui vero deum non timet: omnia timet. Item Aug. in li. de ciui. dei. Timor est amor fugiens quod ei aduersatur. Timor est expectatio futuri mali. Et notandum ꝙ spiritussanctus per dona sua. i. per suos effectus edificat iustitiam: q̃ constat ex septẽ beatitudinibus de quibus Mat. v. ⁊ ex septẽ virtutibus. tribus theologis: scilicet fide/spe/⁊ charitate ⁊ quatuor cardinalibus/prudẽtia/temperantia/fortitudine/⁊ iustitia. ⁊ hoc per similitudinem quam habet cum igne in. vii. ¶ Primo ꝙ ignis quod altum est/incinerat: ⁊ humiliat. sic spiritus timoris per humilitatem virtutẽ quam inducit cor' elatum: humiliat ⁊ deprimit: ⁊ in fide solidat. ⁊ sic se omnib⁹ subiicit recolens illud Ecclesiastici. i. Qui sine timore est non poterit iustificari. Scd̃o ignis consolidat. sic spiritus pietatis per virtutem mansuetudinis quam inducit ad omnem iniuriam sustinendã patientem efficit. vnde dicit glos. ꝙ spiritussanctus pietatis specie patiendo corroborat. Ecclesiastici. ii. Deprime cor tuum subaudi per timorẽ. Et sustine subaudi. per mansuetudinem. Tertio illuminat. sic spiritus scientie per beatitudinem ⁊ virtutem que est luctus. nam quum quis videt: ⁊ proximorum miseriam ⁊ celestis regni luget absentiã. ⁊ sic attenditur charitas ⁊ dilatatur. ps̃. xli. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte ⁊c. Quarto semper ignis esurit: sic spũs fortitudinis sitim habet iustitie: ⁊ esurit altiorem perfectiõis gradum. Quinto ignis omnibus se cõmunicat. sic donum consilii omnibus se exponit per virtutem misericordie quaz introducit: que se nulli in necessitate subtrahit. q: misericordia deus est victus. lxxxvi. di. non satis. Sexto purgat ⁊ mũdat ignis. sic donum intellectus q: intus legit is interiora mundat ⁊ parat virtutem munditie. Septimo ignis naturaliter sursum tendit. sic donum sapiẽtie per virtutem pacis quam introducit sursum ad meditandum celestia rapit. Sapiẽtia enim consistit in cõtemplatione diuinorum ⁊ supernorum. ideo roboratur per hoc donum iustitia: que pacem pectoris seruat ⁊ mẽtis quietem. Et nota ꝙ omnia dona ⁊ virtutes ad hoc tendunt: vt tranquillam reddant cõscientiam. solus timor nititur vt eam semper solicitam faciat ⁊ suspectã. Bern. Timore anima concutitur. conscientia discutitur. letalis sopor extinguitur. solicitudo incitatur amor domini custoditur. Qui habet hanc gratiã: omnem odit iniquitatem. Sine hac gratia preuia gratiarum nullum bonum pullulare vel manere potest. Omne virtutũ edificium ilico vertitur in precipitium: si huius gratie amiserit presidium. ¶ Ad commendationem diuini timoris multa faciũt. Primo scriptura sacra. Deutero. vi. Deum time. Iosue. x. Timere dominũ. ps̃. xxxiii. Timete dominũ omnes sancti eius. Luc. xii. idem Mat. x. Timete eum qui postꝙ occiderit habet potestatem mittere in gehennam vbi Ambrosius. Mors enim nature finis non pene est. ⁊ ideo mortem supplicii corporalis esse defectum: penam vero anime esse perpetuam. deumq; solum metuendum cuius potestati non natura prescribat: sed eadem natura subiaceat. concludit dicens: Ita dico vobis hunc timete ⁊c. Secundo promissiones. Tobie. iiii. Habebis multa bona si timueris deum. Ecclesiastici. i. Timenti deum bene erit in extremis. ⁊ in die defunctionis sue benedicetur. Tertio beatificatio. Prouer. xxviii. Beat⁹ homo qui semper est pauidus. Ecclesiastici. xxv. Beatus homo cui datũ est habere timorem domini. Quarto excellentia quam tribuit ei scriptura inter oẽs gratias. Eccl'i. xxv. Timor domini super omnia se superposuit. Bern. super Can. In veritate didici nil eque efficax esse ad gratiam promerẽdam/retinendam/recuperandam: ꝙ si omni tempore coram deo inueniaris non altum sapere: sed timere. Time ergo quum arriserit gratia. Time quum abierit. Time quum denuo reuertetur. et hoc est semper pauidum esse. Quum adest timene non digne opereris ex ea. Si recesserit: multo magis timendum. quia reliquit te custodia tua. vbi enim deficit tibi gratia: deficis tu. dicente datore gratie Ioan. xv. Sine me nihil potestis facere. Ita si gratia repropitiata redierit: multo amplius tunc timendum ne forte contingat recidiuum pati qd̃ vtiq; deterius est. Luc. vi. de peni. dist. iiii. refugientes. Quinto quia timor valde placet deo. ps̃. xxxii. Ecce oculi domini super metuẽtes eum. Eccl'i. xxxiiii. Oculi dñi ad timẽtes eum. Sexto q: expellit peccatum: ⁊ multa bona alia operatur. Eccl'i. i. Timor domini expellit peccatum. Gregorius. Praua mens si non prius per timorem auertitur ab assuetis vitiis: non emendatur. Hiero. Timor virtutum custos est. quia ianitor cordis. Securitas ad lapsum facilis. q: q̃ timet deum: nihil negligit. Eccl'e. vii. Bern. Timor domini omnium virtutum plenitudinem operatur: dum per iustitiam defert maiori. per prudentiã non credit se sibi. per tẽperantiam refugit aliena discutere. per fortitudinem se totum obedientie subdit non discernende sed adimplende. Hunc timorem sequitur spiritus. Itẽ mittit initium sapi-

Timor diuinus.

Donorũ spiritussancti cũ igne cõparatio.

Diuini timoris cõmẽdatio.

entie. Prouer.j.Bern.Timoꝛ domini eſt initium ſapiētie: quia tunc pꝛimo deus anime ſapit:quū eam ad timēdum afficit:non ad ſciendū inſtruit. Nihil melius ꝙ timoꝛ dei Eccli.xxiij.in fi.Qui timet deū:conuertitur ad coꝛ ſuum. Eccli.xxj.Greg.Anchoꝛa mentis eſt pondus timoꝛis. hominem foꝛtē ad obediendum ⁊ pꝛomptū reddit. Idē.Timere deum/eſt nulla que facienda ſunt preterire.Eccli.ij. Qui timent deū cuſtodiunt mandata eius. Septimo vanam mundi delectationē cohibet:et friuolā atqꝫ inſipidā reddit.dicens illud Apo.xiiij.Timete dñm:⁊ date illi honoꝛem. Octauo, ſentit deū.pſ.xxx. O ꝙ magna multitudo dulcedinis tue domine:quā abſcondiſti timentibus te ⁊c.

¶ Sunt tres cauſe timoꝛis. In conſpectu multoꝛum peccata latentia.pſ.xviij.Delicta quis intelligit: Diuini iudicij incertitudo. quia quedam iudicantur ab hominibus bona: ⁊ a deo mala.Gregoꝛius.Plerumqꝫ foꝛdet in conſpectu interni iudicis:quod in intentione fulget operantis. Finalis vite incertitudo.q: qui modo eſt iuſtus:neſcit an perſeuerabit.Eccle.ix.Sunt iuſti atqꝫ ſapientes:⁊ opera eoꝛū in manu dei:⁊ tamen neſcit homo vtrū amoꝛe an odio dignus ſit.ſed oīa ſeruantur in futurū incerta.ex de pur.ca.accepim⁹.ibi.⁊ ſi ſimplex.Et Job.ix.⁊c.Ideo ſemper ⁊ vbiqꝫ timendum eſt.q: de quolibet ſtatu damnātur aliqui.Mat.xxiiij.⁊ Luce.xvij.Duo erunt in agro ⁊c.⁊.j. Unus aſſumetur:alter relinquet.Remigius.Tres oꝛdines eccleſie demonſtrantur.Per duos in agro/oꝛdo pꝛedicatoꝛum:quibus cōmiſſus eſt ager eccleſie. Per duos in mola/oꝛdo cōiugatoꝛum:qui dum per diuerſas curas nunc ad hec nunc ad illa flectūtur:quaſi molā in circūitu trahunt. Per duos in lecto/oꝛdo continentiū:quoꝛū requies nomine lecti deſignatur. In ijs aūt oꝛdinibus ſunt boni ⁊ mali.iuſti ⁊ iniuſti.⁊ ideo ex eis quidā relinquuntur: ⁊ quidā aſſumunt. Ideo ſancti viri ſemper ⁊ vbiqꝫ timēt ⁊ timoꝛe repletis nō eſt quo ſe ingerat ſuperbia. nec ſolū timent in malis:ſed etiam in bonis. Job.ix. Uerebar oīa opera mea.gloſ.etiam bona.Greg. Piarū mētium eſt ibi culpam timere:vbi culpa nō eſt.v.di.ad eius.ex de obſer. ie.c.ij.Greg.Si placere veraciter cupimus poſtꝙ peruerſa ſubegimus:ipſa etiam in nobis bene geſta timeamus. Idem. Iuſti qꝺ agunt metuunt:dum caute conſiderant ante quantum iudicē ſtabunt. De timoꝛe plene habetur Eccli.j.et.ij.ibi vide.¶ C Species timoꝛis ſunt ſeptem

Timoꝛis triplex.

¶ Pꝛimus naturalis.quo qs timet naturaliter nociuum nature.Hic timoꝛ nec eſt meritoꝛius nec demeritoꝛi⁹:ſed indifferens.q: non ſubeſt libero arbitrio. Hoc timoꝛe timuit chꝛiſt⁹ moꝛtē naturaliter.Mar.xiiij.Mat.xxvj.Cepit ieſus pauere ⁊c.vbi Theophilus.Qui eīn totū aſſumpſerat hominē:aſſumpſit ⁊ naturales hominis pꝛopꝛietates.pauere ⁊ tedere ⁊ contriſtari naturale eſt.nam homines naturaliter inuiti rēdūt ad moꝛtē.vide qꝺ no.xj.q.iij. non ſolū.in gloſ.non remouet.quā aliqui libꝛi non habēt. Item ibi.Triſtis eſt aīa mea vſqꝫ ad moꝛtē.Beda.Quaſi deus in coꝛpoꝛe cōſtitutus fragilitatem carnis exponit vt eoꝛū qui ſacramentū incarnationis obiurgant/excluderetur impietas.Nā qui coꝛpus ſuſcepit:oīa debuit ſuſcipere q̄ coꝛpoꝛis ſunt:vt eſuriret.Mat.iiij.Luc.iiij. ſitiret. Jo.iiij.⁊.xviij.angeretur.contriſtaretur. Diuinitas enim per hos neſcit cōmutari affectus.¶ Secūdus humanus quū ſcꝫ aliquis plus debito timet coꝛpoꝛi ſuo. hoc pꝛohibetur Mat.x.Nolite timere eos ⁊c.xj.q.iij.nolite.Hoc puenit ex nimio amoꝛe pꝛeſentis vite.¶ Tertius mundanus.quū quis timet de rebus mūdanis perdendis nimis ⁊ iſte multū cruciatur.Aug.Diuitie plus cruciant adeptē timoꝛe amiſſionis:ꝙ cōcupite ardoꝛe adeptionis.Iſto timoꝛe iudei chꝛiſtū occiderūt.Jo.xj.¶ Quartus ſeruilis iſte non eſt in charitate.j.Jo.iiij.xxiij.q.vj.§.ex ijs.q: vt dicit Aug.hoc timoꝛe cōtinet hō a peccato ſolū ꝓpter gehēnam.vnde Augu.Inaniter putat victoꝛē ſe eſſe peccati:q̄ timoꝛe nō peccat.q: ſi nō impletur foꝛis negotiū male cupiditatis:ipſa tñ mala cupiditas intus eſt hoſtis:et ideo non facit qꝺ non licet fieri:q: non pōt impune fieri.⁊ vellet nō eſſe iuſtitiam punientē:⁊ eā ſi poſſet auferret. Inimicus igitur iuſtitie eſt q̄ timoꝛe pene nō peccat. Amicus autem erit:ſi ei⁹ amoꝛe non peccet. In tali viuit peccādi voluntas:⁊ ſequeretur opus:ſi ſequeret impunitas. Peccare non vult charitas:etiā ſi ſequat impunitas. Iſte timoꝛ non tantū pene eterne:ſed pene tēpoꝛalis metu retrahit a peccatis.vt patet in multis ſecularib⁹ ⁊ religioſis.ad hec di.iiij.facte ſunt.xxiij.q.v.non fruſtra. in ꝓhem.decre.rex pacificus. Iſte tamen timoꝛ ſeruilis charitatē introducit vt ſeta introducit filū ſm Aug. Nam creſcit charitas ſm eum:⁊ minuit timoꝛ:⁊ ecōuerſo.De hoc legit ⁊ no. de pe. ni.di.ij.ſicut ſeta.ſub.§.j.hinc Augu.ait.¶ Quint⁹ initialis.qui eſt quū in perfecta charitate q̄ hūc habet/partim timet puniri:partim a deo ſeparari. Hūc pfecta charitas foꝛas mittit.j. Jo.iiij.¶ Sext⁹ timoꝛ filialis.q̄ eſt cum pfecta charitate in ſeculū ſeculi.ſm pſ.xviij. Timoꝛ dñi ſanctus permanet in ſeculū ſeculi. Hic cauet offendere celeſtem patrē:non tñ timoꝛe mali/ſed reuerentiali amoꝛe:ſic ut bonus fili⁹.de hoc no.in pꝛe.c.ſicut ſeta.⁊ habet.xxiij.q. vj.§.ex ijs.¶ Septimus timoꝛ reuerentialis. q̄ de legitimo amoꝛe ad patrē pꝛocedit. Iſto timoꝛe filius indulgentiſſimū patrem ſolicito reueret affectu.dum eius nō verba neqꝫ vitia:ſed vel tenuē amoꝛis foꝛmidat offenſam.Cuius timoꝛis magnificentiā pꝛopheta elegāter Eſa.xxxiij. expꝛeſſit dicens.Timoꝛ ipe eſt theſaurus eius.⁊ pſ.xxxiij. Timete dñm oēs ſancti ei⁹.Qui eīn hoc timoꝛe dñm metuit:perfectioni ei⁹ certū eſt nihil deeſſe. Hoc timoꝛe fuit repletus ille hō dñicus.Eſa.xj.ſm Cheremonē in collatione de perfectione in li.colla. Jo caſſi.Et notādū ꝙ quum timoꝛ ſit fuga mali:malum vero diuidatur in malū culpe ⁊ pene.ex de iureiu.etſi chꝛiſtus.j.rñ.timoꝛ filialis ⁊ reuerentialis fugit malū culpe ſcilicet dei offenſam.alie ſpēs timoꝛis fugiunt malū pene.¶ Poteſt etiā timoꝛ deſcribi ſic. Timoꝛ eſt ſpiritualis rei pꝛepotētis vel excellentis.Et notandū ꝙ in omni periculo iminente ille tantū timēdus eſt qui habet oīa in ſua poteſtate. Grego. Quicqꝺ eſt qꝺ exterius ſeuit:per hoc ille timendus eſt qui hoc interius diſponit.pſ.xxxiij.Timete dñm omnes ſancti ei⁹ ⁊c.Aug. Si creature ſeuiunt:deū time nō illas.q: oīa ſub ipo ſunt. gloſ.Cupiditatē nocendi per te habes:poteſtatē niſi ipſe dederit non habes.Scꝺm Climacū. Timoꝛ eſt pꝛemeditatum periculū contremiſcens/ſenſus coꝛdis de incertis euentibus frangens/cōſternans ⁊ triſtans.Timoꝛ eſt ſecuritatis ⁊ certitudinis pꝛiuatio.Qui factus eſt ſeru⁹ domini:ꝓpter dñm ſolū ipm timebit.q̄ vero hunc nondū timet ſuam vmbꝛam multoties pertimeſcit. ¶ D

Multe ſunt timoꝛis cauſe.

Unt autē multe cauſe timoꝛis. Pꝛima/zel⁹ diuine iuſtitie cōtra peccata pꝛopter q̄ chꝛiſtum opoꝛtuit crucifigi.Ro.viij. Pꝛopꝛio filio ſuo non pepercit.Secūda/acerbitas paſſionis chꝛiſti.Luc.xxij.Si in viridi ligno ⁊c. Bern.Filius dei iubet occidi:vt vulneribus noſtris pcioſa ſanguinis ill⁹ balſama medeant. Agnoſce o hō ꝙ grauia ſunt multa vulnera pro q̄bus neceſſe fuit chꝛiſtū dñm vulnerari.Si nō eſſent hec ad moꝛtē:⁊ ad moꝛtē vtiqꝫ ſempiternam:nunꝙ ꝓpterea dei fili⁹ moꝛeret. Tertia/podus diuini examinis. Job.xxxj. Pōdus ei⁹ ferre nō potui. Idē xxiij. Conſiderās eū timoꝛe ſolicitoꝛ.Eſa.xv.Scꝺm magnitudinē operis ⁊ viſitatio eoꝛū. Quarta/cōſideratio pene luciferi ⁊ cōplicum.ij. Pe.ij. Rudērib⁹ inferni detractatos in tartarū tradidit cruciandos in iudiciū reſeruari.Rudentes ſunt funes q̄bus naute vela ſuſpendunt:vt flante aura poꝛt⁹ trāquillitatē relinquant:ſeqꝫ ambiguis fluctib⁹ credant.quib⁹ immūdoꝛū ſpirituū conamina cōparant. q̄ moꝛ vt flante ſupbia ſe cōtra deū erexerūt: ipis ⁊ elationis ſue conatib⁹ in abyſſi ꝓfundū rapti ſunt. Pene etiā Ade ⁊ alioꝛū q̄ in diluuio perierūt.Gene.vij.ex de ſacra vnc.c.vnico.§.penul. Quita penetrabilitas diuini iudicij.Hebꝛe.iiij.Omnia nuda ⁊ aperta ſunt oculis ei⁹.

Oia videt oculus illi⁹. Eccl'i.xxiij.xviij.q.ij. perniciosam. Septa facilitas cadēdi.j.ad Coꝛ.x. Qui stat videat ne cadat. Septima hostiū inuisibiliū ⁊ innumerabiliū persecutio.ps̄.xxxix. Multiplicati sunt sup capillos capitis ⁊c. Octaua extremi iudicij cōsideratio.ij.ad Coꝛ.v. Roma.xiiij. Omnes nos adstare opoꝛtet ante tribunal chꝛisti.ex de peni.⁊ re.cum ex eo.vbi Gualfredus. Quid omni spiritui rationali tam acerbū ꝙ̄ terribilis illa expectatio iudicij: Pungit quidē moꝛtis memoꝛia: sed multo magis conpūgoꝛ his verbis. Nona cōsideratio penarū inferni. Et primo acerbitas. Nam acerbissime pene hui⁹ vite minores sunt pena purgatoꝛij.ſm Aug.de peni.dis.vij.nullus. Decima aduersitas.ps̄.x. Ignis sulphur ⁊c. Frigus stridoꝛ dentiū. Mat.viij.xiij.xxij.⁊.xxv. Luc.xiij. Fames. Deutero.xxxij. Cōsumenf fame.ps̄.lviij. Et famē patienf vt canes.⁊ Iob.xviij. Attenuetur fame robur ei⁹. Sitis. Iob.xviij. Exardescet ꝯ eū sitis. Fetoꝛ. Esa.xxxiiij. De cadaueribus eoꝛ ascendet fetoꝛ. Toꝛtiōes ⁊ doloꝛes. Apoc.xvij. Mādicabūt liguas suas pꝛe doloꝛe. Esa.xiij. Toꝛtiōes ⁊ doloꝛes tenebūt eos. Aug. Necq̄ toꝛq̄t fatigatꝫ: nec q̄ toꝛquef moꝛif. Greg. Ibi moꝛs sine moꝛte.finis sine fine.defect⁹ sine defectu. q: moꝛs semꝑ ibi viuit: ⁊ finis semꝑ icipit: ⁊ defect⁹ deficere nescit. Apoc.ix. Querēt hoies moꝛtē: ⁊ nō inuenient. Aug. Nihil aūt pei⁹ in moꝛte: ꝙ̄ esse in moꝛte sine moꝛte. Hoꝛroꝛ carceris illi⁹ obscurissimi ⁊ fetidissimi ardentissimi, et demonū hoꝛribiliter apparentiū. Bernar. Quis tibi pauoꝛ O aīa: quū relictis oībus quoꝛū hic tā grata fuit pꝛesentia: in regionē pꝛoꝛsus ignotā ingredieris: tot ibi terribiliū demonioꝛū agmina occurrētia videbis. Ibi erit tūc met⁹ ⁊ pena simul ſm Aug. Diuturnitas. Iob.xx. Luet q̄ fecit oīa nec tñ consumetur. Ite maledicti in ignē eternū. Mat.xxv.vñ Gualfredus. Misera habitatio vbi doloꝛ acerrimus: ignis deuoꝛās: ⁊ nullus terminus in ardoꝛib⁹ sempiternis.⁊ glos.sup pꝛe.loco Iob. Et sine fine cruciabit: viuere sine fine cōpellif.de peni.di.j.voluissent. Pene ⁊ doloꝛis vniuersalitas. Greg. Tāta erit ibi vis doloꝛis: ꝙ mens ad aliud dirigi nō poterit: nisi ad qḋ vis doloꝛis impellit. Penitētia sine fructu. Sapiē.v. Penitentiā agentes: ⁊ pꝛe angustia spūs gemētes. Plus hic vna lachꝛyma operat: ꝙ̄ ibi totū mare plenū lachꝛymis. Aug.de fide ad petrū. In inferno etiā erit cumul⁹ penitudinis: nulla erit ibi coꝛrectio volūtatis. Amissio gloꝛie.q̄ est maioꝛ pena ꝙ̄ gehenna ſm Chꝛys.⁊ Augu. De hoc timoꝛe Bern. Contremisco a dentib⁹ bestie scʒ diaboli. Apo.xix. Appꝛehensa est bestia.ps̄.lxxiij. Ne tradas bestijs ⁊c. infernalis. A ventre inferi inferioꝛi.ps̄.lxxxv. Ex inferno inferioꝛi. A rugientibus scʒ demonib⁹. Eccl'i.li. pꝛeparatis ad escā. Hoꝛreo vermē rodentē scʒ conscientiā. Esa.vlti. Mar.ix. Ignē toꝛrentē et deuoꝛantē. Esa.xxxiij. Mat.xxv. Fumū ⁊ vapoꝛes. Iosue.ij. Sulphur ⁊ spiritū ꝓcellaꝝ.ps̄.cxlviij. Hoꝛres tenebꝛas exterioꝛes. Mat.xxij. Frater Egidius soci⁹ bti Frācisci laicus dixit. Timoꝛ dñi sanctus omnē timoꝛē malū expellit: ⁊ custodit illa bona que nō possunt lingua expꝛimi nec cogitari.qꝛ habere quia magnū est donū non omnib⁹ datū est. Qui nō timet ostēdit se nō habere qḋ perdat. Timoꝛ dñi regit et gubernat hoiem: ⁊ facit eū venire in gratiā dei.quam si hō habet: timoꝛ dei cōseruat eā.⁊ si non habet: facit ad eam ꝑuenire. Oēs creature q̄ ceciderunt nunꝙ̄ cecidissent: si hoc donū habuissent. Hoc sanctū donū non est nisi sanctoꝛū et sanctarum. Et quanto quis magis est gratiosus: tanto magis est timoꝛat⁹. Multū timere debet hō a supbia sua ne pꝛecipitet eū sicut luciferū. A teipso caueas. Non pōt hō esse securus: dum est inter inimicos.inimicus noster caro est.⁊ ipsa semꝑ cū demonib⁹ aduersaria est anime nostre. Maioꝛē ergo timoꝛē debet hō habere ne malitia sua vincat eū: ꝙ̄ de aliqua remūdi. Impossibile est ꝙ aliq̄s possit ad gratiā dei ascēdere nec in ea ꝑseuerare sine timoꝛe.quē q̄ non habet signū est percūdi. Qui plus timet: plus oꝛat dixit abbas Iacob. Sicut lucerna obscurū cubiculū illuminat: ita timoꝛ dei si venerit in coꝛ hoīs: illuminat eum: ⁊ docet oēs virtutes ⁊ mādata dei. Dixit Machari⁹. Sicut lignū in manu hoīs quo frutices in igne versantur ⁊ reuersantur semper ab igne cōsumitur, ita si hō manducaueris habēs mentē suā in timoꝛe dei: timoꝛ dei ossa ei⁹ consumit.iuxta illud.ps̄.cxviij. Cōfige timoꝛe tuo carnes meas. Dixit pastoꝛ. Sicut fumo expellunf apes vt tollaf dulcedo operis earū: ita coꝛpoꝛalis quies timoꝛē dñi expellit.

Articulus.lxxxv. A

Post donū timoꝛis

dicendū est de dono pietatis. Nā vt ait Augu.a timoꝛe ascendif ad pietatē. Pietas duobus modis accipif. Pꝛimo ſm ꝙ est bonum nature: quo sanguine cōiunctis ⁊ patrie beneuolis cōpassionis cultus exhibef.vt ait Tulli⁹ in officijs.hmōi ipsa natura ducit.facit.lxxxvj.di.non satis.ꝗ.est ꝓbanda. Scḋo modo ſm ꝙ est donū gratie spūs.et est hic idē pietas qḋ cultus diuinus cū opere mie. Vñ super illud Apostoli.j.ad Timo.iiij. Exerce te ad pietatē.dic glos. Chꝛys.i.ad fidē puram ⁊ veritatē rectā scʒ vite.vel ad pietatem.id est ad cultū dei ⁊ opera mie. Cultus eñ dei est in dilectione ⁊ sacrificij exhibitione atq; reuerentia. de hoc no. de con.di.iij.venerabilis.glos.ij. Et dicif latine pietas grece theosebia.i.cultus dei.ſm hoc sic diffinitur. Pietas est qua de⁹ recte colitur: et pꝛoximo hilariter subuenif. Hec virtus ⁊ donū perficif ex fide pura et vita recta. Et sicut adaptaf timoꝛ humilitati siue paupertati spūs: pꝛo eo ꝙ diaboli superbi laqueos euadit.sic pietas mansuetudini: eo ꝙ terrā viuentium certissime faciat possidere. Mat.v. Ideo dicit apl's.j.ad Timo.iiij. Pꝛomissionē habens vite que nūc est ⁊ future.i.vt hic abundet bonis gratie et etiā tēpoꝛalibus.xvj.q.j.reuertimini ⁊ etiam in futuro bonis gloꝛie: habens benedictionē sinistre ⁊ dextre. Cañ.viij. Leua ei⁹ ⁊c. Gregoꝛius videf velle ꝙ pietas pꝛout est donū sumaf pꝛo misericoꝛdia.dicit eñ. Pietas opera docet. Sʒ quibusdā videtur ꝙ pietas pꝛout est donū differat a mia q: pietas respicit spiritualē.versus. Cōsule.castiga.solare remitte.fer.oꝛa.necessitatē.mia coꝛpoꝛalē.de peni.di.j.misericoꝛdia.⁊.c.medicamentū.vñ glos.in pꝛe.c.j.ad Timo.iiij.q̄ est Ambꝛo.ait, Ois disciplina chꝛistiane religionis consistit in operib⁹ mie.quā siquis sequif: etiā si lubꝛicum carnis patiaf: vapulabit: sed nō peribit.de hoc.xlij.dis.§.j. Opera eñ misericoꝛdie humiliant hoiem ad susceptiōes gratie: per quā liberatur hō a lubꝛico moꝛtali. Itē sustentant hoiem in lubꝛico veniali: sentiēdo pꝛimos motus: ne decidat in moꝛtali. Pōt etiā dici ꝙ pietas releuando miseriam pꝛoximi ꝓcedat ex pꝛincipijs fidei.q: chꝛist⁹ reputat sibi fieri qḋ fit pauperi Mat.xxv.mia vero ꝓcedat ex pꝛincipijs iuris naturalis.q: frater noster naturalis eiusdem speciei est nobiscū.facit ad hoc.j.di.ius naturale.ibi.cōis oīm possessio.⁊.xij.q.j.c.ij. Iob.v. Visitās spēm tuā nō peccabis. Eccl'i.xiij. Omne aīal diligit simile sibi. Hec virtus vel donū hoiem iugo dei mansuetū subijcit. vt ait Augu. Saluti oīm studet ⁊ ꝓfectui. Est vita oīm nostrarū actionum.nā visibilis actio quasi coꝛpus est.sed deuotio pietatis est quasi spūs. Deuotio actionem viuificat sicut aīa.ex de cele.miss.in quadā.coꝛpus. Actio sine deuotione est q̄si coꝛpus sine aīa. Pietas actionis inchoat in tēpoꝛe: sʒ nō finif cū tēpoꝛe. Hec est quasi medulla sine coꝛtice. Hugo de sancto victoꝛe. Hec virtus vt ait Greg.sciētie discretione dirigitur. De ista pietate ad Titum.ij.ibi. Ut abnegantes impietatem ⁊c.et sequitur. Iuste ⁊ pie.xlij.distin.per totum.lxxxvj.distin.non satis.

Articulus.lxxxvj. A

Post donū pietatis

dicendū est de dono sciētie.q̄ sic describitur ſm Aug. Scientia est humanoꝛū rerum cognitio saluberrime fidei deseruiens. Idem

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Pietas bifariaʒ cōsiderari potest

Misericoꝛdia.

Sciētia.

Huic scientie tribuo illud tantū quo fides saluberrima q̄ ad verā beatitudinē ducit/gignit͂ nutritur robora͂t. Ité pōt sic describi. Scientia est lumē hoiem ſm deū dirigens in actione ⁊ vsu tēporaliū. Itē Aug. Sapientia est in contemplatione eternorū. sciētia in actione tēporaliū. Idem. Distat ab eternorū cōtēplatione actio qua bene vtimur tēporalibus. illa sapiētie: hec sciētie deputa͂t. Idē. Hec est sapientie ⁊ scientie recta distinctio/vt ad sapiētiā pertineat eternarū rerū intellectualis cognitio: ad scientiā vero tēporaliū rerū cognitio naturalis: Ad hoc donū ꝑtinet cognoscere bona ⁊ mala: discernere inter vera bona ⁊ vera mala: ⁊ inter minora bona ⁊ maiora: ⁊ inter maiora mala ⁊ minora. Hoc donū facit hoiem interi⁹ lamētantē: nō exterius se iactantē. vt ait Augu. de doctrina christiana. Et super illud Mat. v. Beati q̄ lugent. dicit glos. Ii scientie spū illustrant͂ vt sciant q̄bus malis inuoluunt͂. ¶ Et nota ꝙ maloꝝ in q̄bus sumus in hoc exilio/q̄ ad cognitionem hui⁹ doni pertinent: q̄dam sunt ex parte aie: q̄dam ex parte corporis: quedā ex parte proximorū: quedā ex parte demonum: quedā ex parte rerū temporaliū subiectarū. Ex parte aie sumus in egypto tenebrarū. q̄ interpreta͂t tenebra/quantū ad vim rationalē vbi multis percutimur plagis. ⁊ ideo erram⁹ crebro in iudicijs. quantū ad vim concupiscibilē/sumus in mari rubro: vbi varij fluctus cōcupiscentiarū sibi inuicē succedunt. vbi feror. ex͂ de presump. cū in iuuētute. carnalis voluptatis ⁊ salsedo sitim cōcupiscētie ꝓuocant. Io. iiij. Qui biberit ex aqua hac ⁊c. Quantū ad vim irascibilē sumus in deserto mundi: vbi sunt serpētes. Deutero. viij. Ductor tu⁹ fuit in solitudine in qua erat serpens flatu adurens. q̄ significat superbiā/⁊ scorpio. luxuria. ac dipsas. q̄ mordendo facit hoies vsq̧ ad mortem sitire. i. auaritia. igniti scꝫ motus ire/inuidie/detractiōis suspitionis/ꝑuersi iudicū. Ex pte corporis sum⁹ in multis malis. Corpus em̄ corruptibile est grauis sarcina aie Sapiētie. ix. Corpus qđ corrumpit͂ ⁊c. Ex parte proximorum sum⁹ in maximis periculis. Primo q: hoies sibi dāt adinuicē occasionē ⁊ viā perditionis. ij. ad Cor. xi. Periculum in falsis fratribus. Paucissimi sunt q̄ se ꝓpter christum diligant: semper q̄rentes q̄ sua carnalia sunt. Phil. ij. viij. q. i. sunt in ecclesia. ij. ad Timo. iij. Et erunt hoies se ipsos amantes. Michee. vij. Inimici hoīs domestici eius. Mat. x. et ibidē. Tradet aūt frater fratrē in mortē ⁊c. Ad literā hodie cōpletur ⁊ in fratrib⁹ generaliter christianis ⁊ in fratrib⁹. i. religiosis. quorū aliq̄ se amplius mutuo ꝑsequunt͂ ꝙ seculares. vñ quidā philosoph⁹ interrogatus q̄d esset inimicissimū homini. r̄ndit alter hō. Ex parte demonum sumus in magno periculo. q: demones sine causa sola inuidia habent nobiscū bellū implacabile ⁊ inexorabile. xvj. q. ij. visis. de pe. dis. ij. §. romanos. ⁊. c. princeps. Ex parte rerū inferiorū q̄ nobis cōcedunt͂ ad vsum/similiter sumus male circūdati. q: oia plena sunt laqueis. de quib⁹. ps̄. cxxiij. laque⁹ contritus est ⁊c. ¶ Ad discretionē doni scientie pertinet omniū predictoꝝ mala cognoscere discernere/discutere/⁊ eorū pericula operante dei gratia euitare: victoriā q̧ existere. Hec est sancta sciētia. Ad hanc pertinet discernere magna bona ⁊ parua/magna mala ⁊ parua/diuidere ⁊ eligere inter verā vitam ⁊ verā mortē/inter falsam similiter. Hiere. ix. In hoc glorie͂t q̄ gloriatur scire ⁊ nosse me. i. ad Cor. ij. Non em̄ iudicaui me scire aliq̄d inter vos: nisi iesum christū ⁊ hūc crucifixū. Vera vita ſm Aug. est cōiunctio aie deo: hic ꝑ gr̄am: ibi ꝑ gloriā. Vera mors est gehēne: quā hoies nō timent. cui⁹ causa peccm̄ est: q: stipendiū peccati mors. Ro. vi. Ad hoc donū ꝑtinet cognoscere oēs spūales infirmitates aie prouenientes ex originali culpa ⁊ ex ei⁹ effectu. scꝫ fomite. de con. dist. iiij. c. ij. c. nō ex quo. xxxij. q. v. si paulus. Hec est em̄ fons lepre ꝑspicue ⁊ inolite cuti toti Ade supficiē ⁊ interiora inficiēs ꝓpter quā eiect⁹ est de castris sanctoꝝ. Ex hoc scaturiunt febris luxurie. Io. iiij. hydropisis auaritie. Luc. xiiij. Phrenesis ire. Mat. v. Curuitas tristitie. ij. Corin. vij. Stupor acidie. i. tepiditas. Apoc̄. iij. de ociosis Mat. xx. Embolismus gule. Luce. xvj. Apostema suꝑbie. Mat. v. ⁊. xi. Insania arrogātie ⁊ iactātie ianitas. Pusillanimitas. Luc. xij. vani timoris. Mat. x. Que oia ⁊ similia ꝑ donū sciētie discernunt͂. Huic dono addit͂ dolor. q: q̄ addit sciētiā: addit ⁊ laborē. Eccl'es. i. in fi. De duplici sciētia spūali. prima practice. i. actuali q̄ emēdatione morū ⁊ viroꝝ purgatione ꝑficit͂: altera theorice q̄ in contēplatione diuinaꝝ rerū ⁊ sacratissimorū sensuū cognitione cōsistit: est in li. colla. Ioā. Cassi. collatio vtilissima Nesteroth. ibi vide. In isto etiā ope i diuersis locis de scīa tractaui. vñ hic aplī⁹ nō immoror.

Sapientia.

Undiq̄ ꝙ nos mala circumstat.

¶ Articulus. lxxxvij. A

POst donum sciētie

dicendū est de dono fortitudinis. Donū sciētie docet lugere mala sua et ꝓximi. Donum fortitudinis iustitiā facit sitire et esurire. et sic crucifigit iustos mundo: ⁊ mundum iustis. Gala. vlti. Fortitudo sic describit͂ ab Augustino in li. de morib⁹ ecclesie. Fortitudo est amor oia facile tolerans ꝓpter illud qđ ama͂t. Tulli⁹ in. i. rhetoricorū. Fortitudo est cōsiderata periculorū susceptio. ⁊ laborū ꝑpessio. Idē in rhetor. ij. Fortitudo est magnarū rerū appetitio: ⁊ viliū contēptio: et cū ratione vtilitatis laborū ꝑpessio. Itē glos. sup Mat. xiiij. Erāt q̄tuor milia ⁊c. Fortitudo est firmitas animi cōtra molestias seculi. Cōmendatio fortitudinis. Iosue. i. Confortare ⁊ esto robust⁹. Deutero. xxxi. iij. Regū. ij. Danie. x. To. iiij. Forti animo esto. Hec virt⁹ plus videt͂ habere virtuositatis ceteris virtutib⁹. Primo q: deū letificat. Neemie. viij. Gaudiū em̄ dn̄i erit fortitudo vestra. De hostib⁹ triūphat. ij. Reg. xxij. Accinxisti me fortitudine ad preliū q: homini bona sua seruat. Mat. xij. ⁊. Luc. xi. Quū fortis armat⁹. Diuitias spūales auget. Prouer. x. Man⁹ fortiū diuitias parat. Idē. Robusti habuerūt diuitias. q: regnū occupat. Mat. xi. Regnū celorū vim patit͂: et violēti rapiunt illud. vñ Hiero. Grādis est enim violētia in terra esse nos generatos: ⁊ celorū sedē q̄rere: ⁊ possidere per virtutem qđ nō tenuim⁹ ꝑ naturā. Fortitudo em̄ ſm ꝙ donum est donū qđ gratia cōfortāte cōtra oia aduersa cōfidētiā persistentiā ⁊ perfectā administrat virtutum cōfidentiā. Hoc donū sicut dicit Greg. cōtra aduersa cōfidentiā trepidanti dat. Idē. Vile est ꝯsiliū sine fortitudine. q: qđ tractando inuenit: sine virib⁹ ad actū nō ꝑducit. Cui hoc donum adest: nec bona mūdi cōcupiscit: nec mala ꝑtimescit: sed iustitiā esurit. Mat. v. ⁊ pro ea tuēda fortiter cōtēdit. Donū fortitudinis in hoc differt a fortitudine virtute cardinali: ꝙ fortitudo virt⁹ cardinalis est circa arduū nature simpliciter. fortitudo vero donū circa arduum nature etiā est a gr̄a adiuuāte. vt est subire pro christo martyriū: relinq̄re oia: subijcere se volūtati aliene: ⁊ similia q̄ ꝓpter sui difficultatē vel arduitatē nō sunt in p̄cepto. De fortitudinis virtute in prima parte isti⁹ operis dixi. nec hic repeto. ¶ De fortitudine in Cañ. iij. c. ps. xvij. Domin⁹ fortitudo mea. Et itē. Fortitudinē meā ad te custodiā. Prouer. vlti. Mulierē fortē q̄s inueniet. De fortitudine corporali. Iob. vi. Nec fortitudo lapidū mea fortitudo. Hiere. ix. Nō glorie͂t fortis in fortitudine sua. xlvij. di. oēs. Oēs hui⁹ seculi dilectores in terrenis reb⁹ fortes sunt: in celestib⁹ debiles. De fortitudine spirituali. ij. Cor. xij. Quū infirmor: tunc potēs sum. alias fortior sum. ex͂ de renū. nisi cū pridē §. alia vero. Triplex autem est fortitudo spiritualis: fidei/spei/et charitatis. De prima. i. Pet. v. ibi. Cui resistite fortes in fide. Hebre. xi. Fortes facti sunt in bello scꝫ fide. diabolo draconi quū tentat in occulto/⁊ leoni quū tentat in aperto/ſm Aug. resistim⁹: dū peccato nō cōsentim⁹: ⁊ tūc ipsum cōculcam⁹. vñ ps̄. xc. Cōculcabis leonē ⁊ draconē. De secūda Hebre. vi. Fortissimū solatiū habeam⁹: q̄ cōfugimus ad tenendā ꝓpositā spem: quā sicut anchoram anime habemus tutā ac firmā. Greg. Quāuis rerū perturbationibus adhuc anim⁹ fluctuet iam tamen spei nostre:

Fortitudinis definitio.

Fortitudo spiritualis triplex.

anchorã in eterna patria figite: ⁊ intentionẽ vestrã vera luce solidate. De tertia. Can. viij. Fortis est vt mors dilectio. Gregorius. Uirtuti mortis dilectio comparatur: quia nimirum mentem quam semel perfecte ceperit ab amore mundi penitus auellit. Hiero. Uere in talibꝰ fortior est q̃ mors / dilectio. q: morte vinci non põt. de hoc de peni. di. ij. valida. De triplici fortitudine predicta. ij. Reg. xxiij. Irruperũt tres fortes castra Philisthinorũ: ⁊ hauserunt aquã de cisterna Bethleem. Tres fortes sunt fides / spes / ⁊ charitas: per castra vitiorum irrumpẽtes: ⁊ aquã lachrymarum de cisterna cordis contriti haurientes: et ipsam regi Dauid scilicet christo offerentes.

Articulus. lxxviij. A

HUnc dicendũ est de dono cõsilij. qđ donũ consilij donũ fortitudinis modeste ⁊ caute deducit ne propria fiducia imoderatius ĩnixũ precipitiũ patiatur. Habet enĩ hoc donũ cũ acutissimo ⁊ callidissimo hoste cõgredi. ⁊ ideo indiget semp̃ ⁊ vbiq; cõsilij dono. qđ ratiõe aĩm implet: ⁊ precipitiũ inopinatũ p̃hibet. Prouer. xxiiij. Erit salus vbi multa cõsilia. Large accipiẽdo consilium / Consiliũ est aliq̃d faciendi vel nõ faciendi ratio vere examinata vel excogitata. Rationẽ intellige. i. opus ratiõis: respõsionẽ scʒ rationabilẽ / certificantẽ eũ q̃ petit consiliũ. Stricto modo Cõsiliũ est diuina volũtas p̃fecta: ad quã p̃pter sui arduitatẽ nullus experio obligat᷑. xiiij. q. j. q̃sq̃s ⁊ c. qđ precipit᷑. q̃ ꝯsilia sapiẽtia dei patris filiꝰ cõsiliarius de celo attulit. Esa. ix. que sunt Abrenuntiatio / Castitas / Obediẽtia / Patiẽtia / Humilitas. de q̃bus in prima ⁊ secunda parte plene scripsi. Circa hoc donũ quinq; sunt cõmendabilia. Primũ / gr̃a cõsiliũ req̃rendi ⁊ non p̃prio sensui initendi. To. iiij. Consiliũ semp̃ a sapiente reqre. ex̃ de cõstitu. ne innitaris. De bonis cõsiliarijs. xxiiij. dis. q̃ñ. j. q. j. estote. De malis. lxxxvj. di. tanta. Secundũ / consiliariũ eligẽdi. Eccli. xxxvij. A malo cõsiliario serua animã tuam. Tertiũ / gratia consiliũ dandi. j. Macha. ij. Ecce Simon frater vester scio q᷑ vir est cõsilij. Quartũ / consiliũ examinandi. qđ nõ fecit Eua nec Adã q̃ malo cõsilio diaboli crediderũt. Gen. iij. Dicit sapiẽs ecclesiasticꝰ. Eccli. vj. Cõsiliariꝰ sit tibi vnꝰ de mille. Quintũ / cõsilio acq̃escẽdi. qđ superbi nõ faciunt et corrupti: sibi nõ alijs credentes. ex̃ de cõstitu ne innitaris. de hoc etiã in p̃ma parte tractaui istiꝰ operis. De cõsilio s̃m iura legit᷑ ⁊ no. ex̃ de re. iur. nullus ex cõsilio. li. vj. de sen. ex nuper. glos. ij. de homi. sicut dignũ §. illi etiã in glos. de persuasu. ⁊ in glos. nota q᷑ homicidiũ ⁊ l. dist. si quis viduam. glos. et ita j. q. iiij. presulatus. ⁊ ex̃ de vo. ⁊ vo. re. ex multa. §. ij. glos. idem dicit.

Articulus. lxxix. A

REstat dicere de donis intellectꝰ ⁊ sapiẽtie p̃tinẽtibꝰ ad contemplationẽ. Cõtemplatio aũt s̃m Greg. est charitatẽ dei ⁊ p̃ximi tota mẽte. de peni. di. ij. charitas. ij. retinere: ab exteriorũ actione q̃escere: soliꝰ cõditoris desiderio inherere. de peni. di. ij. charitas. ij. vt nihil iã agere libeat: sed calcatis curis oĩbus / ad videndũ faciem sui cõditoris aĩusꝰ iã ardescat: ita vt iã nouerit carnis corruptibilis põdus cũ merore portare: ⁊ totis desiderijs appetere illis hymnidicis angelorũ choris interesse: celestibus ciuibꝰ admisceri: de eterna ĩ cõspectu dei incorruptione gaudere. B Donũ intellectꝰ est gr̃a intelligẽdi salubres significationes signorũ naturaliũ ⁊ positiuorum. Signa naturalia sunt oẽs creature: q̃ oẽs loquunt᷑ nobis ad Ro. j. ibi. Inuisibilia ⁊ c. dei laudẽ ⁊ nostrã eruditionẽ. Hoc donũ petebat. ps̃. cxviij. quũ dicebat / Da mihi intellectũ: ⁊ scrutabor legẽ tuã. Et iterũ. Da mihi intellectũ ⁊ viuam. Et iterʒ ps̃. cx. Intellectus bonꝰ oĩbꝰ faciẽtibꝰ eũ ⁊ c. Hoc donũ dedit christꝰ discipulis. Luc. vlt. ibi. Tũc aperuit illis sensum: vt intelligerẽt scripturas. Ad hoc donũ p̃tinet aperire parabolas euangelicas: et reserare mystica eloq̃a scripturarʒ. Hoc donũ excludit hebetudinẽ ab intellectu. Aniĩꝰ hebes est: ⁊ rebꝰ heret a foris: nõ ingrediẽs p̃ se ad significata earũ. quã hebetudinẽ donũ intellectꝰ expellit. Uñ dicit᷑ intellectꝰ interna lectio. Sapiẽ. j. Spũs discipline effugiet fictũ: ⁊ auferet se a cogitationibꝰ q̃ sunt sine intellectu. i. a cordibꝰ carnalibꝰ visibilia ⁊ caduca solũmodo cogitantibus. Bern. Intelligere est intus legere id est interiora ⁊ spũalia cogitare. j. ad Corin. ij. Animalis hõ non percipit q̃ sunt spũs dei. Hoc dono caruerũt philosophi. ⁊ iõ visibilia huiꝰ mundi nõ acceperũt vt signa: sed quasi naturaliter. cõtra q̃s Paulꝰ ad Rom. j. Inuisibilia enĩ ipsiꝰ a creatura mũdi per ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciunt᷑. Similes fuerunt illi philosophi pueris ⁊ rudibꝰ q̃ morant᷑ in calicibꝰ pulchris vel ecclesijs exaratiões pulchras exteriꝰ aspiciẽtes: sed nõ curant inuestigare interiꝰ latẽtes significationes. vñ arguunt᷑ Sap. xiij. in p̃n. ibi. Et de his q̃ vident᷑ bona / non potuerũt intelligere eũ qui est: neq; operibꝰ attẽdẽtes agnouerũt q̃s eẽt artifex. et. j. A magnitudine enĩ speciei ⁊ creature cognoscibiliter poterit horʒ creator videri. et. j. Si enĩ tñ potuissent scire vt possent estimare seculũ: quõ huiꝰ d̃ñm nõ faciliꝰ inuenerũt. vñ ⁊ iterũ dicit᷑ eis Ro. j. Dicẽtes se esse sapiẽtes stulti facti sunt. Aristoteles interrogatꝰ a q̃ tot ⁊ tanta didicisset r̃ndit. A rebꝰ q̃ mẽtiri nõ norũt. Aug. Quocũq; te verteris: veritas vestigijs q̃busdã q̃ suis operibꝰ impressit / loquit᷑ tibi: ⁊ te in exteriora relabentẽ ipsis exteriorũ formis intus reuocat. Itẽ idẽ. Ue his q̃ p̃pter nutꝰ tuos dimittũt te ignorantes q̃d innuãt. Ad donũ ergo intellectꝰ p̃tinet ea q̃ nobis creature naturaliter significãt / aperire. q̃ significatio est maxime similitudinis. ⁊ s̃m hoc creature sunt q̃si libri naturales. Signa positiua sunt sacramẽta / forme ecclesiarʒ / ornatꝰ ministrorũ / habitꝰ religiosorʒ / ordinatio p̃sonarũ ecclesiasticarũ q̃ sunt nobis q̃si libri fictitij: ĩ q̃bꝰ p̃ donũ intellectus legimꝰ ⁊ accipimꝰ q̃ ad nr̃am salutẽ p̃tinẽt. Ad hec de con. di. j. c. j. et dis. ij. sacrificiũ. ⁊ c. signũ. j. q. j. q̃cq̃d. ex̃ de sacra vnc. c. vnico. Dicit᷑ etiã donũ intellectꝰ lumẽ quo inuisibilia cognoscunt᷑. Unde Aug. Sextꝰ gradus est intellectꝰ vbi ab omni falsitate carnalis vanitatis corda mũdantur: vt pura intẽtione dirigant᷑ in finẽ. Bern. in li. de cõsideratione distinguens inter intellectũ fidẽ et opinionẽ / ponit eorʒ descriptiões sic. Fides est volũtaria q̃dã ⁊ certa prelibatio necdum p̃palate veritatis. Intellectꝰ est rei cuiuslibet inuisibilis certa et manifesta notitia. Opinio est q̃si p̃ vero habere aliq̃d qđ falsum eẽ nesciat. In eodẽ. Intellectus rationi innitit᷑. fides authoritati. Opinio sola veri similitudine seruat᷑. Cui concordat Augu. in li. de vtilitate credendi dicens. Qđ credimꝰ debemus authoritati. q᷑ intelligimꝰ rationi. q᷑ erramꝰ opinioni. Ad hoc donũ p̃tinet cordis munditia. iuxta illud Mat. v. Beati mũdo corde.

Articulus. xc. A

ULtimo sequit᷑ de dono sapientie. Sapiẽtia q̃ñq; large sumit᷑ p̃ sapida sciẽtia. Et s̃m hoc sapiẽtia dicitur quasi sapore virtutũ condita sciẽtia. Sapid. i. scientiam habet cui res quas cognoscit prout debent sapiunt q̃ñ scʒ mala culpe. vide. xxij. q. j. ita ergo. Mat. vj. ibi. Sed libera nos a malo. Sunt ei amara bona tẽporalia ⁊ vilia bona spũalia chara. Bern. Inuenisti plane sapientiam: si prioris vite peccata defleas: si huiꝰ seculi desiderabilia p̃uipendas: si eternã beatitudinẽ toto desiderio ꝯcupiscas. Inuenisti plane sapientiã si singula horũ tibi sapiũt p̃ut sunt. Stricte sumit᷑ sapiẽtia pro cognitione eternorʒ cum gustu. vñ Aug. in li. de tri. Hec est (inq̃t) sapiẽtie et sciẽtie recta distinctio: vt ad sapientiã p̃tineat eternarũ rerũ cognitio intellectualis: ad sciẽtiã p̃tineat rerũ inferiorũ cognitio rationalis. Et s̃m hoc sapiẽtia nõ est diuersa a dono itellectꝰ / large loquẽdo. Sumẽdo strictiꝰ accipit᷑ sapientia p̃ cognitione suauitatis diuine habita p̃ experiẽtiã. ⁊ hec

Cõsiliũ q̃d sit.

Intellectꝰ donũ

Sapientia.

diuersa est a dono intellect⁹. Differt etiā ib sapiētia a dono intellectus. scʒ quia sapiētia veritati tm̄ contēplande intendit. Intellectus vero nō modo de eternis est: sed etiaʒ de rebus visibilib⁹ ⁊ spūalibus tēporaliter exortis. Intellectu intelligibilia tm̄ capimus. vt angelos/virtutes/animas. Sapientia vero nō modo supiora capim⁹: sed etiaʒ incognitis delectamur. Cognitio que habet per donum intellectus est q̄si per visum. Cognitio vero que habet per donū sapientie est quasi per gustū. ps̄. xxxiij. Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dn̄s. Donū sapiētie tranquillat mentē ⁊ reficit per paceʒ quā efficit. glos. sup Matth. v. In septimo gradu est sapientia. i. cōtemplatio veritatis pacificās totum hoiem. Grego. Ab intellectu ascēditur ad sapiētiā vt hoc qd̄ acute intellectus inuenit: sapientia mature disponat. August. Cum ad sapientiā in finem peruentū fuerit iam requiescat: propter hoc septimo loco ponitur sicut beati pacifici Matth. v. Greg. Illa sapiētia clara est que non verbis volat: sed que virtutibus cōstat. Bern. Hec est vera sapientia: si obedientia mortificat propriā voluntatem: si cōtinentia amputat voluptatē: si patientia modestiam corporalē: si paupertas mundialē sustinet egestatē. Nam sapiētia dei humiliat: nō extollit. Ille vero sapit: cuius animus in christo est: cuius interior oculus erigit ad superna. Augu. Nō inuenit locū sapientia vbi non est patientia. De illa sapiētia vera q̄ est donum: Iaco. iij. in fine. Que autem desursum est sapientia: primum quidem pudica est: deinde pacifica: modesta: suasibilis: bonis cōsentiēs: plena mia ⁊ fructib⁹ bonis: iudicās sine simulatione.

¶ Articulus. xci. A

HUnc dicēdū est de vita contēplatiua quam sapientia exprimitur. Et primo de preeminentia vite cōtemplatiue ad actiuā. Sunt aūt duodecim in q̄bus preeminet contemplatiua.

vite actiue p̄stat contemplatiua.

Primū quia intēdit meliori scʒ deo: quum actiua intēdit primo. Contēplatiua dicit. ps̄. lxxij. Mihi aūt adherere deo bonum est. Luce. x. Porro vnuʒ est necessarium. glos. Bede. Deo scilʒ iugiter adherere. Item ibi. Reliquit me solam ministrare. Augu. Erat enī intenta Maria dulcedini verbi dn̄i. intenta erat Martha quō pasceret dn̄m. intenta Maria quomodo pasceret a dn̄o. A Martha conuiuiū dn̄o parabatur: in cuius cōuiuio iam Maria iocūdabat. Dum ergo Maria suauiter audiret verbum dulcissimū: et corde intentissimo pasceret: interpellato dn̄o a sorore sua/quō putamus eam timuisse ne diceret ei dn̄s/Surge: ⁊ adiuua sororē tuā? Mira enī suauitate tenebatur. q: profecto maior est refectio mentis q̄ ventris. Act. vj. Non est equū nos derelinquere verbum dei: ⁊ ministrare mēsis. ibi glos. Quia meliora sunt fercula mētis q̄ corporis. Item Aug. Preponit aūt vnū multis. nō enī a multis vnū: sed multa ab vno. xxxiij. q. ſi. c. ſi. Unū sunt pater ⁊ filius ⁊ spūs. Ad hoc vnū non nos pducit: nisi multi habeam⁹ cor vnū. xij. q. i. c. ij. ⁊ c. scimus. Et ibi Theophilus. Usq̄ enī adeo honorat. xxxv. dist. sexo die. ⁊ xlij. disti. c. ij. hospitalitas: donec ad necessaria nos attrahit. Quū vero incipit ab vtiliorib⁹ impedire: manifestū est q̄ honorabilior est diuinorum auditus. Itē ibi super illud. Maria optimā partē elegit q̄ non auferet ab ea. Augu. Non tu malā: sed illa meliorē. vn̄ meliorē? q: non auferet ab ea. a te auferetur aliq̄n on⁹ necessitatis. Nō enī quū veneris ad illā patriā: inuenies peregrinū quē suscipias hospitio. Mat. xxv. sed bono tuo auferet. vt qd̄ meli⁹ est detur. Tu nauigas. illa in portu est. Eterna enī est dulcedo veritatis. In hac tn̄ vita augetur. in illa pficiet. nunq̄ auferet. Itē Amb. Agat erga te sicut Mariā desideriū sapiētie. hoc enī maius hoc pfectius opus. Nec ministerij cura cognitionem verbi celestis auertat. nec arguas eos ⁊ ociosos iudices quos vides sapiētie studere. Itē Gregi. vj. moraliū. Per Mariā que verba dn̄i residēs audiebat: contēplatiua vita describitur. per Marthā exterioribus obsequijs occupatā/actiua vita signat. sed Marthe cura nō repbenditur: Marie vero laudat. q: magna sunt actiue vite merita: sed cōtēplatiue potiora. vn̄ nec auferri vnq̄ Marie pars dr̄. q: actiue vite opa cū corpore trāseunt. cōtēplatiue autem gaudia meli⁹ ex fine conualescūt. de hac ps̄. xxvj. Unā petij a dn̄o ⁊c. De vtraq̄ ex. de renū. nisi. §. ne putes. de regula licet. §. illa. xxxvj. dis. siq̄s. xix. q. ij. due. viij. q. i. qui episcopatum. ⁊c. Isidorus in lib. differētiarū. Inter actiuā et cōtēplatiuā hec distātia est. Actiua vita in opib⁹ iustitie ⁊ pximi vtilitate versatur. Contēplatiua aūt ab omni negotio vacās in sola dei dilectiōe defigit. Una in ope cōuersationis: altera in cōtemplatione immutabilis veritatis. viij. q. i. qui epatum. Itē in libro de summo bono. Actiua vita mūdanis rebus bn̄ vtitur. Cōtēplatiua vero mūdo renūtians soli deo viuere delectat. Differentiā lati⁹ descriptaʒ per Aug. sup Ioā. xxj. in homi. dixit dn̄s. Petro. inter actiuā et cōtēplatiuā vitā require in legēda beati Io. euāge. et inter alia ibi dicit. Una flagellat malis: ne extollat in bonis. Altera tāta plenitudine grē caret oi malo: vt sine vlla tentatione supbie cohereat summo bono. Una inter mala ⁊ bona discernit. Altera q̄ bona sunt/cernit. Una ergo bona est: sed adhuc misera. Altera melior ⁊ beata. Et illa significata est per aplm̄ Petrū. Ista per Ioannē. Et q̄ vita cōtemplatiua figuret per Ioannē euangelistā tāgit glos. sup illud Io. vlti. Conuersus Petrus vidit discipulum que diligebat iesus. et sequit in glos. Hanc plene christus diligit ⁊ seruat in eternū. et loquit de vita contēplatiua. Utraq̄ etiā hec vita per duos pphas figuratur fm̄ Greg. per Esaiā actiua. p Hieremiam contēplatiua. viij. q. i. in scripturis. De vtraq̄ etiā legit. c. q. c. qui epatū. Item Greg. sup Ezech. ait. Uita cōtēplatiua maior est q̄ actiua. q: actiua in vsu p̄sentis operis laborat. Contēplatiua vero sapore intimo venturā iam requiē degustat. ar. ad hoc. i. q. ij. siq̄s neq̄. ¶ Secundū/q: clarius videt. vn̄ dr̄ de Lia. q̄ signat actiuā. vt ex̄ de renū. nisi. §. ne putes. q̄ erat lippis oculis. Gen. xxix. Greg. Mens que cōtēplando otia appetit/plus videt: sed minus generat. facit pre. c. qui epatū. ¶ Tertiū/mūdicia siue pulchritudo. xxx. q. v. femine. Un̄ de Rachele significāte contēplatiuā. vt pre. §. ne putes. dr̄ Gen. xxix. q̄ erat venusto aspectu. ¶ Quartū/securitas. Prouer. ix. Frustra iacit rete aū oculos pennatorum. glos. Facile euadit laqueos in terris: q̄ hʒ oclos in celis. Prouer. iij. Dēs semite illi⁹ pacifice. expressum pre. §. ne putes. ibi. Magis secura. ¶ Quintū/quies. Luc. x. dicitur Maria sedere ad pedes dn̄i. Martha satagebat circa fre. mi. vbi glos. Maria sedet. q: cōtēplatiua pacata variorū tumultib⁹ optata iam in christo mētis quiete fruit. Martha stat. quia actiua laborioso desudat certamine. Cañ. ij. Sub vmbra illi⁹ quē desiderabā sedi ⁊c. Sedi inquam per quietem contemplationis. Thren. iij. Sedebit solitarius: ⁊ tacebit: et leuabit se supra se. In vmbra significatur refrigerium diuine protectionis ꝯ estum tentationis ⁊ tribulationis. ps̄. xvj. Sub vmbra alarū tuarum. glos. Alarum mie et charitatis. Nota q̄ dicit/quē desiderabā. ps̄. xlj. Quēadmodū desiderat ceru⁹ ad fontes aquarum ⁊c. Ceruus vexatus a venatorib⁹ lassatur: ⁊ estuat: et fonteʒ desiderat. sic aia fidelis a venatorib⁹ infernalib⁹. i. demonijs ⁊ prauis hoib⁹ agitata/fontē christū desiderat. fontē vtiq̄ de quo ps̄. xxxv. Apud te est fons vite. Nota etiaʒ q̄ sequitur ibi in Cāti. Fructus ei⁹ dulcis gutturi meo: vere dulcis ⁊ omni melle dulcior. Eccli. xxiiij. Spūs me⁹ super mel dulcis ⁊c. Augu. Dedit nobis dn̄s pignus spirit⁹ in quo sentimus eius dulcedinē: ⁊ desideram⁹ ipsum vite fontē. De hoc gustat hic cōtēplatiu⁹: in q̄ sitis hui⁹ mūdi extincta ē. Aug. Qui biberit de fluuio padisi cui⁹ vna gutta maior est oceano: restat vt i eo sitis hui⁹ mūdi extincta sit. ¶ Sextū/iocunditas. Martha enī turbat. Luc. x. sed Maria iocūdat. vt ait Aug. ⁊ Gregi. Hec i vsu p̄ntis opis laborat. Illa vero sapore intimo vēturā iā requiē degustat.

¶ Septimū/permanentia.nam actiua et eius vsus cum
corpore ꝛ tēpore deficit.cōtēplatiua hic incipit ꝛ in gloria
perficit.vt dicit glos.sup illud Luce.x. Maria optimam
partē elegit ꝛc. ¶ Octauū/deuotio. vñ de Maria legit
ꝙ vnxit christū. Matth.xxvi.Luc.vij. Joā.xij. ¶ Nonū/
familiaritas qđ significatū est in Joā.euangelista. vnde
glos.sup illud Jo.vlti. Uidit em̄ discipulū quē diligebat
iesus.Hūc christ⁹ plene diligit ꝛ seruat in eternū. ¶ Deci
mum/q: preciosior hec:q: rarior.xcij.dis.legim⁹.ibi.Om
ne rarum.ij.q.vij.in sancta.p̄ciosum. Jsidorus. Actiua cō
munis multoꝝ est:contēplatiua vero paucoꝝ. Vñ arca in
cubito fuit consummata:licet lata esset inferius. Gen.vi.
¶ Undecimū/q: celesti vite similior. Augu.in lib.xxij. de
ciui.dei. Jbi vacabimus ꝛ videbimus ꝛ amabimus.ama
bimus ꝛ laudabim⁹.ps̄.xlv. Uacate ꝛ videte qm̄ ego sum
deus. ¶ Duodecimum/q: est finis actiue. quia de actiua
trāsitur ad contēplatiuā.ꝛ finis melior est.Greg.Qui ad
arcem contēplatiōis ascēdere desiderat:prius necesse est
vt in cāpo actionis se exerceat.precedit em̄ actio:sicut spi
na granum ꝛ sicut limus aiam inspiratā.fm Jsaac de vi
ta contēplatiua. Jtem cōtēplatiua figuratur per Enoch.
de quo Gen̄.v.ibi.Ambulauit cū deo:ꝛ non apparuit: q:
tulit eum deus.Actiua per Noe fabricantē arcam ꝛ plan
tantē vineā.Gen̄.vi.ꝛ.ix. Jtem contēplatiua p Moysen
loquentem cum dño.Actiua per Aaron loquentē ad po
pulū.Exo.iiij.xxxvi.dist.c.si.Jtem cōtēplatiua per Jacob
manentē in tabernaculis.actiua per Esau venatorē.Ge
nes.xxv.lxxxvi.distin.esau. ¶ B

Spēs cō
tēplatio
nis qua
tuor.

Nunc videndum circa que debeat versari cō
templatio. Bern̄. in lib. de consideratione
ponit.iiij.species contēplationis circa ea q̄
dei sunt.Et est expositio illius vbi apostoli
Ephes.iij. Jn charitate radicati ꝛ fundati:
vt possitis cōprehendere cum oibus sanctis que sit latitu
do ꝛ longitudo et sublimitas et p̄fundū. ¶ Prima cir
ca maiestatis admirationē.Hec requirit cor a vitijs pur
gatum ꝛ liberū:et a terrena sarcina exoneratū.vt facile
ad superna se leuet:et per aliquas interdū morulas stu
pore et extasi admiratione ibi se teneat.Hec comprehen
dere nititur quātū est possibile diuinā sublimitatē. ¶ Se
cunda circa diuinoꝝ iudicioꝝ varietatē et ordinationem
qđ vehementer concutit intuentis animū.Hec fugat vi
tia.fundat virtutes.initiat ad sapientiam.seruat humili
tatem:q̄ est virtutū fundamentū stabile.sine qua virtutū
congregatio nihil nisi ruina est. hec nititur cōprehēdere
profundum. ¶ Tertia circa largitatem diuinoꝝ bñficio
rū.quorum consideratio est mirabilis via ad intuendum
dei bonitatem.et que multū ei⁹ amorē accendit.Hec niti
tur cōprehendere que sit latitudo charitatis. Horū obli
uio ingratum:recordatio gratum cōprobat. ¶ Quarta
circa expectationē promissoꝝ:q̄ quū sit consideratio eter
nitatis:longanimitatē alit:et perseuerātie dat vigorem.
Hec nititur cōprehendere que sit longitudo: p̄pter eter
nitatem.latitudo:propter charitatē.sublimitas: propter
maiestatem.p̄funditas:propter sapientiā. Jsta nō dispu
tatio sed sanctitas cōprehēdit.Sanctū facit affectio san
cta:que in timore et amore est. quibus affecta anima q̄si
duobus brachijs cōprehendit/amplectit/stringit/timet.
Quid tam timendū q̄ potestas cui resistere non potes?
q̄ sapientia cui abscondi non potes? Quid tam amabile
q̄ amor ipse quo amaris? Stupēda plane sublimitas ma
iestatis.pauenda abyssus iudicioꝝ. Feruorem erigit cha
ritas:eternitas perseuerantiā sustinendi. ¶ Et nota ꝙ
Bern̄.distinguit inter contēplationē et cōsiderationē di

Cōside
ratio.

cens.Considerationē nō id per oia qđ cōtēplationē intel
ligi volo.q: contēplatio ad rerū certitudinē: cōsideratio
ad inq̄sitionē magis se hꝫ.Et fm hunc sensum pōt contē
platio definiri sic.Cōtēplatio est ver⁹ certusq: intuit⁹ ani
mi de quacūq: re:siue apprehensio veri nō dubia.Conside
ratio est intenta ad inuestigandum cogitatio: vel inten
tio non inuestigantis verum.sed frequenter vnum poni
tur pro alio. Jdem. Quatuor consideranda reor.que in
te:q̄ sub te:que circa te:q̄ supra te sunt. A te tua cōsidera
tio inchoet:ne frustra extēdaris i alia te neglecto. ¶ C

Cōside
rationis
species.

Considerationis spēs fm Bern̄.tres sunt. Prima dicit
dispēsatiua:sensibus sensibilibusq: reb⁹ ordinate vtens
ad p̄merendū deū.Que fit quidē quū quis sensuū vsus
velut quasdā opes solo pietatis intuitu expēdere satagit
in suā multorūq: salutem. Scđa existimatiua: prudēter
ac diligenter queq: scrutans:ꝛ inuestigando ponderās.
Quod fit quū q̄s ex visibilib⁹ inuisibilia occulta rimat.
et hec perfectior est prima.dulcior ꝛ felicior.sed p̄ma for
tior et vtilior. Tertia speculatiua se in se colligēs: ꝛ quā
tum diuinitus adiuuat rebus hūanis se eximens ad con
tēplandū deū.Quod fit quū spreto ipo rerū ꝛ sensuū vsu
quantum humane fragilitati fas est: ad sublimia se at
tollere cōsueuit.Hec perfectissimoꝝ est. Vñ prima optat:
scđa odorat.tertia degustat.ad quē m̄ iustū perducunt ꝛ
cetere:etsi tardius:prima m̄ laboriosius:scđa quieti⁹ pue
nit. ¶ D Jtē fm Bern̄.Octo sunt gradus qb⁹ ad cō

Cōtēpla
tiōis gra
dus.

tēplationē ascendit.Primus/perfecta obedientia deo et
homini.Secūdus/corpus in seruitutem redigere.vt desi
piat caro.Terti⁹ est/vsum boni per discretionē in consue
tudinē vertere. Quart⁹ est/attēte intelligere q̄ in doctri
na fidei apponūtur.Quintus/mundā aiam conseruare.
Sext⁹/transire de iudicio rōnis in affectū mētis. Septi
mus/reuelata facie dei gloriā speculari. Octau⁹/trāsfor
mari a claritate in claritatē.ij.Cor.iij. ¶ E Talis fuit
Paulus rapt⁹ in tertiū celū.ij.ad Cor.xij.vbi glos.distin
guit tres spēs visionū.est em̄ corporalis/imaginaria/et in
tellectualis.Corporalis/quū quedā dei munere corpalr vi
dentur ab aliquo:que alij videre nequeūt.vt Balthasar
manū.Dan̄.v. Jmaginaria/quum aliq̄s somno vel extasi
videt nō corpora sed imagines corpoꝝ.et hoc dei reuela
tione.vt Petr⁹ discū.Actuū.x. Jntellectualis qua nō cor
pora nec imagines vident:sed in substantijs incorporeis
mētis intuit⁹ intra dei pomeria figitur. ¶ F Et talis
fuit Pauli visio.vñ Aug.sentit ꝙ Paulus viderit deū fa
cie ad faciē.dicit enim.Cur nō credam⁹ ꝙ tanto aplo vo

Deus ne
mo vidit
vnq̄ ꝛc.

luit de⁹ demōstrare vitā in qua post hanc videndus est in
eternū? nec est ꝯ illud Exod.xxxiij.ꝛ Joan.i.Deum nemo
vidit vnq̄ nisi vnigenit⁹ ꝛc. Non videbit me homo ꝛ vi
uet.q: loquitur de hoie humano modo viuente.vñ Aug.
in lib.de trinitate.Uideri diuinitas hūano visu nullo mo
do pōt.sed eo visu videt:quo qui vident/nō iam homies
sed vltra hoies sunt. Et Greg. in glos.super illud Exod.
xxx. Nō videbit me homo et viuet. Jn hac carne viuenti
bus contemplationis acumine potest eterna claritas vi
deri.sed qui sapientiam que deus est/videt:huic vite fun
ditus moritur:ne eius amore teneatur.Et nota ꝙ q̄ vere
raptus est:sensu non vtitur. ¶ G

De preparatorijs ad cōtemplandū aliquid
est videndum. ꝛ sunt duodecim fm Bern̄.
¶ Primū/exercitatio in operibus actiue.
q: de actiua nascit contēplatiua. non em̄ q̄

Ad cōtē
platiōē
conducē
tia.

cito peccator deo recōciliatur:dignus est vi
dere faciē p̄ris.qđ fuit in Absalon figuratū.ij.Reg.xiiij.
¶ Secūdum/cordis puritas. Bernard. Hoc ineffabile
quum non nisi ineffabiliter videatur/qui vult videre:cor
mundet.quia nulla ratione nisi cordi mundo. Matth.v.
ꝛ humiliter amanti videri potest vel apprehendi.Augu.
in libro solilo.Quum fueris talis vt nihil prorsus terre
norum te delectet:mihi crede eodem momēto.eodē pun
cto poteris obtinere quod cupis.Frater Egidius.Puri
tas deum videt.deuotio ipsum manducat.Unde Aaron
non intrauit in sancta sanctorum:nisi prius.Leuitic.viij.
Exod.xxx.ꝛ vltimo lotus. ¶ Tertium est solitudo. Osee
ij.cap.Ducam eam in solitudinem: ꝛ loquar ad cor eius.
Et in monte viderunt discipuli iesum transfiguratum.
Matth.xvij.Marci.ix. et Luce.ix.cap.vbi Remigius.

In quo docet q2 necesse est hominibus qui deum cõtemplari desiderant: vt non in infimis voluptatibus iaceãt: sed amore supernorũ semper ad celestia erigatur. Berñ. O aia/sola esto: vt illi te solã serues quẽ solũ ex oibus elegisti. Dei em̃ filius verecũdus amator est. ꝛ nõ vult spõse sue secreta in publicũ reuelare. Unde Jacob solus remanẽs cũ angelo luctatus est. Geñ. xxxij. Lucta est oratio et contẽplatio. vñ Esa. xlix. dicit glos. q Jacob pugnauit cũ angelo: nõ manibus/sed precibus. Berñ. Aiam quã videris relictis oibus soli verbo votis oibus adherere: verbo viuere: verbo se regere: a corporalib⁹ sensib⁹ studiose secedere: vt sese non sentiat dũ sentit verbũ: atq; ineffabili illecta verbi dulcedine quodãmodo se sibi furatur: immo rapiatur atq; labit a seipsa: vt verbo fruat: hãc esse spõsam nõ dubites summi spõsi. ¶ Quartũ est desolatio. Deuterõn. viij. Afflixit te penuria: et dedit tibi cibum mãna. Mãna est dulcedo cõtẽplationis: que datur aie post tristitiã presentis desolationis. Hoc notat Esa. liiij. Paupercula tempestate cõuulsa ꝛ absq; vlla cõsolatiõe. ecce ego sternam per ordinẽ lapides tuos. Jacob cõtristat⁹ timore fratris ab angelo meruit consolari. vnde dicit. Uidi dñm facie ad faciẽ ꝛc. Geñ. xxxij. vbi Grego. Exeunte prius tristitia caligo detergit. ꝛ sic resplendente raptim incircũscripto lumine mens illustrat: ꝛ in gaudio quedã securitas absorbet. ¶ Quintũ est silentiũ. Thre. iij. Bonũ est cũ silentio prestolari salutare dei. ꝛ ibi. Sedebit solitarius ꝛ tacebit. xvj. q. j. perlatũ. ij. Vñ Maria tacet. Luc. x. Verbũ em̃ in eternũ/qd audire ad contemplationẽ pertinet: in magno silentio vult audiri. ps. lxxxiiij. Audiã qd loquatur in me dñs deus. ¶ Sextũ est gratiarũ actio et vox laudis. ps. xlix. Sacrificiũ laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei. i. christum. Alia tangunt Geñ. xviij. vbi dr. Apparuit de⁹ Abraã in cõualle mãbre. quorũ primũ est humilitas. glos. interli. Apparet de⁹ humilib⁹. ꝛ s̃m Greg. aque ad valles descendunt. i. grã ad humiles. Mãbre interpretat claritudo vel perspicuitas. ꝛ significat duplicẽ humilitatẽ mentis ꝛ corporis: qua de⁹ clarius videtur. Berñ. Magna fratres magna ꝛ sublimis virt⁹ humilitas. que promeretur qd non docet. digna adipisci qd nõ valet addisci. Superbo oculo de⁹ nõ videt sincere. Idẽ. Quisquis curiosus est scire qd sit hoc verbo fari: paret illi non aurẽ/sed mentem. non em̃ docet hoc lingua sed grã. ¶ Scdm mentis quies. qd tangit ibi. Sedẽs. Threñ. iij. Sedebit solitari⁹ ꝛc. Et Jacob dormiẽs in itinere vidit scalam. vbi Greg. In itinere dormire/est in via hui⁹ seculi ab impedimento seculariũ actionũ quiescere. De hoc somno Cañ. v. Ego dormio ꝛ cor meũ vigilat. Et de hoc somno cõtẽplationis s̃m Ber. intelligit illud Geñ. ij. ibi. Immisit ergo dñs soporẽ in Adã. cumq; obdormisset ꝛc. de peni. dis. ij. §. Romanos. ¶ Tertiũ/desideriũ egrediendi de corpore. qd no. ibi. In ostio tabernaculi. Ostium tabernaculi est exit⁹ de corpe. ij. Pet. c. j. ibi. Uelox est depositio tabernaculi mei. In ostio tabernaculi sedent: q mortem hñt in desiderio: ꝛ vitã in patiẽtia. Phil. j. Cupio dissolui ꝛ esse cũ christo. ¶ Quartum/feruor charitatis. qd tangit ibi. In feruore diei. vñ Aarõ cũ igne et thymiamate intrat in sancta sanctorũ. Leuit. xvj. Amor em̃ s̃m Dionysium trãsformat amantẽ in amatum. vt dicat. Uulnerasti cor meũ soror mea. Cañ. iiij. ¶ Quintũ/cordis eleuatio et de supernis meditatio. qd tangit ibi. Cũ eleuasset oculos suos. Sapien. viij. Cogitare de illa sensus est consummatus. ¶ Septum/oratio quod tangitur ibi. Ne transeas seruum tuum. vnde Luce. iij. Jesu orante apertũ est celũ. Berñ. Quum foris missa fuerit omnis immũditia: et adfuerit seculariũ cure abscissio: carnis afflictio/cordis contritio/frequens et pura delicti confessio/ꝛ lauacrum fletus: tunc sursum attollunt os essentie dei admirabilis meditatio/caste veritatis inspectio/oratio munda ꝛ valida/iubilus laudis/ꝛ desideriũ ardens in deum.

Circa hoc notãdũ est q Richardus de scõ victore i lib. de cõtemplatione distinguit inter cõtemplationẽ/meditationẽ/et cogitationẽ. Contemplatio s̃m eum est libera mẽtis perspicacia in sapientie speculo cum admiratione suspensa. Uel sic. Contẽplatio est perspicax ꝛ liber animi intuit⁹ in res perspiciẽdas vsq;quaq; diffusus. Meditatio est studiosa mentis intentio circa aliqd inuestigandũ diligẽter insistẽs. Uel sic. Meditatio est prouidus animi obtutus in veritatis inquisitione vehemẽter occupatus. Cogitatio est improuidus animi respect⁹ ad euagationẽ pron⁹. Et q̃uis contẽplatio ꝛ speculatio pro inuicem soleãt poni: aptius tñ speculationẽ dicimus qñ per speculũ cernimus. Contemplationẽ vero qñ veritatẽ sine aliquo inuolucro sine vmbrarũ velamine in sua puritate videmus. et sic hoc nomẽ contẽplatio stricte accipit. Joã. Cassi. in lib. coll. in prima collatiõe Moysi que est de destinatiõe monachi ꝛ fine sic ait. Contẽplatio dei multifarie cõcipitur. Nam deus non solũ incõprehensibilis illius substãtie sue admiratione cognoscitur: qd tñ adhuc in spe pmissionis abscõditũ est: sed etiã creaturarũ suarũ magnitudine: vel equitatis sue consideratione: vel quotidiane dispensationis auxilio puidetur. qñ scz que cũ sanctis suis per singulas generationes egerit mente purissima perlustramus. quũ potentiam eius qua vniuersa gubernat/moderat/ac regit cũ immẽsitate sciẽtie eius ꝛ oculũ quem latere secreta cordiũ non psit. xxvj. q. v. nec mirũ. in fi. tremẽti corde miramur. quũ arenã maris vndarumq; numerũ dimẽsum ei et cognitũ cogitamus. quũ pluuiarũ guttas/quũ seculorũ dies/quum preterita futurave obstupescentes sciẽtie ei⁹ adsistere cõtẽplamur. quũ ineffabilẽ clementiã ei⁹ miramur: qua innumera flagitia q singulis qbusq; momentis sub ipsi⁹ cõmittunt aspectu/indefessa longanimitate sustinet. quũ vocationẽ qua nos nullis pcedentibus meritis grã sue miserationis accuit. j. Cor. xv. j. q. j. grã. de cõse. dis. iiij. grã. quũ deniq; qd occasionẽ salutis tribuit adoptãdis/cum quodã admirationis intuemur excessu. q ita nos nasci precepit, vt ab ipsis incunabulis grã nobis legisq; notitia sue traderet. q ipse aduersariũ vincẽs Luc. xj. in nobis p solo beneuolũtatis assensu eterna beatitudine ac ppetuis nos premijs remunerat. quũ postremo dispẽsationẽ incarnatiõs sue quam p nr̃a salute suscepit: ac mirabilia ministrorũ suorũ in cũctis gẽtib⁹ dilatauit fideli ꝛ deuoto speculamur intuitu. ¶ Idẽ in collatione Paphuntij de trib⁹ abrenũtiationibus dicit sic. Tertia renunciatio est qua mẽtẽ nostrã de psentib⁹ vniuersis ac visibilibus euocãtes/futura tãtũmodo contẽplamur. Et. j. Cuius renũtiatiõis tertie verã pfectionẽ merebimur obtinere: qñ mens nr̃a nullo carnee pinguedinis hebetata cõtagio/sed peritissimis elimatiõibus expolita ab oi affectu ꝛ qlitate terrena p indesinentẽ diuinarũ rerũ meditationẽ spũalesq; theorias ad illa q inuisibilia sunt eousq; trãsierit: vt circũdatã se fragilitate carnis ac situ corporis supernis ꝛ incorporeis intẽta nõ sentiat. atq; in huiusmõi rapiat excessus: vt nõ solũ nullas voces auditu recipiat corporali: nec intuẽdis pretereuntiũ imaginib⁹ occupet. sed nec adiacẽtes qdẽ moles et ingẽtes materias obiectas oclis carnis aspiciat. Cui⁹ rei fidem atq; virtutẽ nemo nisi is capiet q hec q dicunt expiẽtia magistra pcepit. Cui⁹ videlz ita dñs oclos cordis ex vniuersis psntibus auocauerit: vt ea nõ tamq̃ trãsitura sed q̃si transacta iã reputet: ꝛ velut inanẽ fumũ in nihilũ resoluta cõspiciat: ãbulãs vt Enoch Geñ. v. cũ deo ac de humana cõuersatiõe moribusq; trãslatus non inueniat in psntis seculi vanitate. huc usq; Paphunti⁹. ¶ Itẽ in collatiõe Sereni. Ad mẽsurã etatis plenitudinis christi. Ephe. iiij. nemo peueniet als in futurũ nisi q imbut⁹ ea fuerit i psnti: eãq; adhuc in h̃ sclo posit⁹ prelibauerit; christiq; mẽbrũ pciosissimũ designatiuũ arrarũ cõ

paginis illi⁹ per quā corpori mystico qđ est ecclesia. xxiiij. q.v. de liguribus. ad Colos. j. j. Cor. xij. eius valeat copulari: in hac carne possederit. vnum dumtaxat desiderans: vnū sitiens: ad vnuz nō solum actus suos; verū etiā cogitationes semper intendens. vt illud qđ in futurū dicitur j. Cor. xv. de beata cōuersatione sanctoꝝ iam subarratuz teneat in p̄senti. i. vt sit ei deus omnia in oībus. ¶ Item in coll. Ysaac prima de oratione. Oratio dñica prouehit domesticos suos ad illam igneaz et perpaucis cognitam vel expertam immo ineffabilem orationem / que omnem transcēdens humanū sensum nullo modo (dicā sono vocis nec lingue motu nec vlla verboꝝ pronuntiatione) distinguitur: sed quā mens celestis illius infusiōe luminis illustrata non humanis atq; angustis designat eloquijs: sed conglobatis sensibus velut de quodā fonte lucidissimo ꝛ copiosissimo effudit vbertim. Huius orōnis formulam dñs figurauit: quum in orationis agonia cōstitutus etiā guttas sanguinis inimitabili profudit exēplo. Luce xxij. Occasionē aūt huius orōnis ignite multa prebent. Psalmi versiculus decātatus. xxi. dis. c. j. versi. lectores. Canora fraterne vocis modulatio. Instrumentoꝝ vel organorum pulsatio. Psallētis grauitas. Exhortatio viri perfecti. et collatio spūalis. Interitus chari vel fratris. Recordatio peccatoꝝ. et ne glorie tenteris contemplatio gehennalis. Item in eadē. Et vt orationis vere percipiatis affectum: non meā vobis: sed beati Antonij sententiam pferam. quem ita nonnunq̄ in oratione nouimus perstitisse: vt eodē in excessu mentis frequēter orante quum solis ortus cepisset infundi: audierimus eū in feruore spūs proclamantē / Quid me impedis sol: qui ad hoc iā oriris vt me ab huius veri luminis abstrahas claritate? Cuius etiā sentētia non hūana sed diuina hec est. Nō est (inqt) perfecta oratio in qua se monachus: vel hoc ipsum quod orat nō intelligit. Idem in. ij. collatione de orōne eiusdez Ysaac. Hic nunq̄ finis totius perfectionis est: vt eousq; extenuata mens ab omni situ carnali ad spūalia sublimetur: donec oīs eius conuersatio oīs cordis volutatio vna et iugis efficiatur oratio. ¶ Item in collatione Joānis abbatis cenobite ꝛ eremite / idem Joannes ait / Pio domini nostri munere memini me in huiusmodi raptum excessum frequēter: vt obliuiscerer me sarcina corporee fragilitatis indutū mentēq; meā ita oēs exteriores sensus subito respuisse: ꝛ a cūctis materialib⁹ reb⁹ oīb⁹ exulasse: vt neq; oculi neq; aures mee proprio fungerētur officio. Et ita diuinis meditationibus ac spiritualibus theorijs meus anim⁹ replebat: vt sepe ad vesperā cibum me percepisse nescirem: ꝛ sequenti die de hesterna absolutiōe ieiunij penit⁹ dubitarē. Item in collatione Theone de anacoreticis. Una ergo ꝛ sola est theoria. i. contēplatio dei cui merito omnia virtutum studia postponūtur. multos etenim sanctos ꝑuis bonorum operum terrenis studijs occupatos: tamen a contemplatiōe illius summi boni retrahuit ac retardant. Dicit frater Egidius laicus socius beati Francisci maximus cōtemplatiuus q̄ gradus contemplationis sunt: ignis / vnctio / extasis / gustus / contemplatio / requies / gloria. Item dicebat q̄ nullus potest ad contemplationem ascendere: nisi per actiuam fideliter ꝛ deuote exercitatus fuerit. Ad contemplandā etiā gloriā diuine maiestatis nullus pōt ascēdere: nisi p feruorē spiritus et frequentē orōnem. Per feruorem spūs accendit homo: ꝛ ad contēplationem ascendit: qñ cor cum ceteris mēbris est ad hoc totū dispositū plene: ita q̄ nihil aliud etiā vult nisi qđ hꝫ et sentit ꝛ pōt cogitare. Ille esset bon⁹ contēplatiu⁹: q̄ si haberet incisos pedes ꝛ manus et extractos oculos ꝛ incisum nasum aures ꝛ linguā: pre magnitudine suauissimi ineffabilis ꝛ inestimabilis odoris gaudij et dulcedinis nulla alia mēbra nullaq; alia q̄ q̄ circa eiū excogitari ꝑnt / curaret: vel habere desideraret: p̄ter id qđ hꝫ ꝛ sentit: sicut Maria secus pedes dñi tantam recipiebat dulcedinē verbi dei: q̄ nullū habebat membrū qđ posset vel vellet facere aliud q̄ faciebat. ꝛ hoc signum q̄ conquerēti sorori q̄ nō adiuuaret eā nullo verbo vel indicio respondit. cuius aduocatus christus factus est: pro Maria respōdēs que respōdere nō poterat. Luc. x. Idē. Contemplari est ab oībus esse diuisum: ꝛ soli deo esse cōiunctum. Item frater Rogerius ꝑuincialis vir extaticus ait. Quid putas erit si intimo tuo intimus sit deus? lib. j. A quātis tenebris ad quātas duceris claritates per spm̄ eius? a. Si illas que in intimis illis siue internis secretis sunt nosses intimas cōtēplationes: si illas lucidas illuminationes / si illos feruidos splēdores / si illos simplos radios / si illos puros fulgores / si illos viuificos ardores / si illos pacificos sapores / si illos deliciosos: immo deliciosissimos dulcores / si res incognitas ꝛ innominabiles res tamē experimētales pfecte perciperes. A homo si hec experimēto nosses: puto q̄ vt ego tenebras ferres grauiter vite tue. a. Qñ aūt erit? Putasne videbo? qñ. qñ. qñ. oīa in mora. nimium flenda dilatio boꝝ. a. a. a. Quid tibi sum ego: aut q̄d tu mihi deus me⁹? sed q̄d nō mihi es? hec verba silentij sunt: nec hec extra silentiū ꝛ deuz inueniri pñt. q: alibi nō sunt. O q̄ beatus hō cuius in deo aīa fieri nouit deus. supple nō substantialiter: sed vnitiue ꝛ transformatiue. Attende aūt ꝛ admirare q̄ dico / excessus / introitus / defectus / transitus / apprehensio / transformatio / ad oim causam amorū motio in silentiū illud bona / quietatio punctalis / infiniti visio. Nec terrearis q: punctalē audisti. illā enī qñ vult: ꝛ vult: ꝛ vt quantū vult dilatare pōt qui finitissimū in se infinitare pōt. Hec magna sunt. Sentire ea vis? Attende qm̄ nullus sic intrat: nisi prius excesserit. nec deficit: nisi pri⁹ introierit. nec transit: nisi pri⁹ defecerit. nec apphendit: nisi pri⁹ transierit. nec transformatur: nisi prius apprehēderit. nec intuet: nisi trāsformatio precesserit. nec sic in illū amorē mouetur: nisi qui intus et valde intus fuerit. nec in beato illo silentio quietat: nisi qui illū amorē nouerit. Post hec videtur deus. q̄re et si in quolibet p̄cedēti est visio: post hec tm̄ sequit dei visio manifesta. Sed p hoc qđ dictū est de⁹ me⁹ q̄a vnq̄ sensus ad hoc sufficit? quū etiā angelic⁹ intuitus qui hoc continue Mat. xviij. experit: i hmōi plene nō possit: nō ꝓprijs imitatur dīie virib⁹. Qui hoc q̄rit: totū tibi se exhibeat. vt in te trāseat totus. hucusq; Rogeri⁹ vene. Talia q̄ merā cōtēplationē respiciūt ſm Bern. nō docet lectio: sed vnctio spūsscī in sua dona sapientie gustāte. que vnctio docet de oībus his. j. Jo. ij. ex̄ de sacra vnc. c. vnico. §. j. v. de secūda. De vtraq; vita actiua ꝛ cōtemplatiua q̄ simul teneri pōt a p̄latis ecclie. xxxvj. dis. siqs. viij. q. j. in scripturi. c. qui episcopatū. ij. q. vij. scīā. vij. q. j. scias. xvj. q. j. nos autē. xix. q. ij. due. ex̄ de renū. nisi. §. ne putes. ꝛ de regula. licet. §. penul. ¶ Expeditis tuis donis sacratissimis alme spūs nūero septenario designatis / Ego frater pctōr scriptor isti⁹ operis gemitib⁹ inenarrabilibus a te. Rom. viij. datis oro te veni hauster calide scē spūs ignee. perfla hortum meuz. Can. iiij. in fi. i. eccliaꝫ q̄ est hort⁹ ꝯclusus. vt in eodē. c. iiij. xxiiij. q. j. oībus. ꝛ. c. qm̄. Meū inquā. q: ecclia est mr̄ mea et oim fideliū magistra. ex̄ de priuil. antiqua. Et fluēt aromata illi⁹. i. v̄tutes ſm Greg. in homi. pasce. q̄ vitia in ea i. in mēbris suis corruptis cristēria expellāt. xxxij. q. j. cum renūtiat. Et currat in odorē vnguētoꝝ sponsi sui. Can. j. cū ecclia primitiua talibus virtuosis odoribus fecūdata. vt in fine istius ecclesie militantis iam in proximo veniēte extremitas defectuose vite redeat ad principiuz sancte vite: ꝛ reuolet. o. ad. a. xxxv. dist. ab exordio.

¶ Articulus. xcij.

Flante prospe sui

dignissima gratia dicta haustro / et completa ista scđa parte istius operis de ruina in vita magna statuū ecclesie sancte dei / nō ad detractionē sed correctionem pscripta: Iā ratis mea desiderat i litore collocari. Ad.

xxvii. Joã.iii.xxvii.q.i.nuptiarum. Mat.xxv. Leuãs manus oculos ⁊ cor ad illũ spõsum eccl'ie Jesum christũ vnicum dñm nostrũ filiũ dei viui et verũ deũ. Mat.xvi.qui est principium ⁊ finis.Apoc.i.⁊ qui vere fuit principiũ isti⁹ opis et cõsummatio.grãs vberes sibi reddens: corde ⁊ ore benedico:sibi dicẽs/Gloria laus ⁊ honor tibi sit rex christe redemptor:et bñdictio/⁊ claritas/⁊ sapiẽtia/et gratiarũ actio/honor/⁊ virtus/et fortitudo tibi deo nr̃o in secula seculorum.Amen.Apoc.vi.Ac deinde ad te papa beatissime dñe Joan.xxii.de Jesu christi dñi nostri in terris vicarie generalis ⁊ sponse legitime eccl'ie sue sancte/cũ tuo venerabili et sacro collegio dñorũ Cardinaliũ genibus flexis b[illegible]endo sermone:hoc opus qđ iam fecisti scribi suppliciter recõmendo. Ipsum corrigas:⁊ corrigi facias. Fauorem sibi largiaris.Salus ibi tue ⁊ nostre eccl'ie continet. Sicut etiã dixi in suo principio:sic et nũc in fine eius dico nihil aliud sentio nec teneo nec doceo:nisi quod sentis tenes ⁊ doces cũ tua sancta matre eccl'ia:que nunq̃ a veritate catholica deuiauit.xxiiii.q.i.a recta.c.memor.c.in sede.Si ergo in aliquo ex ignorãtia vel improuisiõe vel nimia occupatiõe sicut homo minus bene dixi: per te. lxiii. dist. valẽtinianus.corrige:qr tibi p̃cipue christiane religionis zelus incũbit.xxiiii.q.i.officii. Alia canonice dicta tua authoritate corrobora ⁊ cõfirma.xxv.q.ii. postea. ¶ Cõpleui autẽ hoc opus dei grã comitante/currẽte anno dñi M.cccxxxii.pontificat⁹ tui anno.xvi.in fi. In festo sancte Marie niuis/in Auinione vbi tunc cum tua curia residebas.Et incepi anno dñi. M.cccxxx.põtificatus tui anno xiiii.in ciuitate eadẽ vbi cũ tua curia eras et ego seruus pedum tuorum et officialis indignus in penitentiarie officio regnante dño nostro Jesu christo cum patre et spiritusancto benedicto et glorificato in secula seculorum.i.ad Timo.i.⁊ vlti.de cõse.dis.i.hi duo.⁊.c.porro gloria ⁊c.

¶ Authoris subscriptio.

Manu propria vna vice correxi ⁊ apostillaui anno domini.M.cccxxxv.in Algarbia Portugallie vbi sum presul in villa Ramra. Secundo correxi et apostillaui in sancto Jacobo de cõpostella anno domini.M.cccxl. ¶ In p̃ma parte istius opis sunt.lxx.articuli. In scđa vero pte.xcii.

¶ Ad lectorem.

Habes tandem lector humanissime fratris Aluari Pelagii viri sane peritissimi opus desideratissimũ: cui titulũ indidit ipse. De planctu ecclesie. Opus inquã supra veri fidẽ eruditiõis plenũ:quadragesimotertio abhinc anno stanneis characterib⁹ primũ Vlme(que germanorum est ciuitas)excusũ. In quo nimirũ reponẽdo pristinoq; nitori/ quoad fieri potuit/restituendo quãtũ sit desudatũ quãtũq; laboris (qđ citra gloriã dixerim) exhaustum:penes eum sit fides qui germana exemplaria cũ recentioribus hisce cõtulerit. Non tñ ita nobis ipsi placemus:vt quicq̃d inerat mendarũ nr̃o dispũctum obelo velim⁹ existimari. Preter enĩ paucula vel heracliticis tenebris obscuriora in q̃bus nihil oĩno potuimus integritatis expiscari: nõnulla certo scimus nr̃os (hoies enĩ sumus) oculos ⁊ fefellisse et effugisse.Hoc tamen admonitũ te velim nostrũ exemplar nescio quib⁹ malis auibus tam portentosis erratorum mõstris passim scatuisse:vt vix i eo decimũquodq; verbum integrũ illesumq; (ne dicã penitus aut inuersum aut adulteratũ) fuerit reperire. Qr si tã insignia hec scripta rursum impressioni (qđ vtiq; speram⁹) cõrigerit demandari:diis bene iuuantibus emendatiora fortassis in vulgus prodibũt. Impressum est autẽ denuo preclarum hoc opus in famatissimo Lugdunensi emporio apud virum integerrimum Joannem Cleyn bibliopolam et industrium et de bonis literis optime meritum. Anno post christũ natum sesquimillesimo supra decimũ septimo ad Calendas Augustas. Vale.

Distichon.

Plurima qui latuit vix villi secula notus
Exerit e tenebris Aluarus ecce caput.

